
3 1761 07833900 9

THESAURUS RESOLUTIONUM

Sacræ Congregationis

CONCILII

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R.MO P. D. CAVALCHINO

Archiepiscopo Philippensi,

PRODIERUNT

In caussis sub annos 1739., *&* 1740. *propositis*,

Episcopis, eorumque Vicariis, Caussarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico foro versantibus apprime utilis, ac necessarius.

TOMUS NONUS

TRIPLICI INDICE

A DOMINICO MAINARDI


LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCXLIII.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali.

Superiorum facultate, & Privilegio Sanctissimi.


LIBRARY
SEP 10 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

INDEX
TITULORUM CAUSARUM
Quæ Anno 1739. *in Sac. Congreg. Concilii propositæ sunt*.

Ma-

Majoricen. Reſidentiæ 10. Jan.
Marturanen. Diſmembrationis 24. Jan.
Mazzarien. Concurſus 1. & 22. Aug. & 12. Septembris.
Montis Regalis Reductionis Miſſarum 11. Aprilis, & 1. Maii.
Montis Faliſci Irregularitatis 16. Maii, & 6. Junii.

N

NEapolitana Reſtitutionis in integrum 28. Febr. & 14. Martii.
Nolana Reductionis Miſſarum 28. Febr. & 14. Martii.
Nullius Terræ Pontiani Cappellaniæ 28. Febr. & 14. Martii.
Nullius, ſeu Farfen. Unionis Canonicatuum 21. Nov.

O

OVeten. Coadjutoriæ, & Diſtributionum 16. Maii, & 6. Junii.

P

PAnormitana Tranſlationis Oneris Miſſarum 26. Sept.
Panormitana Reſtitutionis in integrum 26. Septembris.
Piſana Reſtitutionis in integrum 10. & 24. Januarii.
Piſauren. Concordiæ 4. Julii.
Piſtorien. Celebrationis Miſſarum 16. Maii, 6 Junii, & 4. Julii.
Pragen. Profeſſionis 4. Julii.

R

RAvennaten. Diſtributionum Quotidianarum 1. Auguſti.
Romana Cappellaniæ 10. & 24. Jan.
Romana Utenſilium 11. Apr.
Romana Servitii Chori, & Punctaturarum 2. Maii.
Romana Subſidii Dotalis 1. Auguſti.
Romana Oneris Miſſarum 5. Dec.

S

SAbinen. Diſpenſationis 2. & 16. Maii.
Salernitana Unionis 21. Nov.
Salutiarum Parochialis 28. Februar. & 14. Martii.
Senogallien. Juris ſepeliendi 10. & 24. Jan.
Senogallien. Cappellaniæ 16. Maii, & 6. Junii.
Senogallien. Funerum 11. Aprilis, 5. & 19. Decembris.
Spoletana Expenſarum 22. Auguſti, 12. & 26. Sept.

T

TErracinen. Diſmembrationis 2. & 16. Maii.
Theleſina Concordiæ 6. Junii, 4. Julii, & 29. Sept.
Tyburtina Locorum Seminarii 26. Sept.
Tolentina Cathedratici 28. Februar. & 14. Martii.
Tolentina Servitii Chori, & Miſſæ Conventualis 2. & 16. Maii.
Tolentina Miſſæ Parochialis, & Profeſſionis Fidei 2. & 16. Maii.
Tridentina Tranſlationis Oneris Miſſarum 10. & 24. Jan. 11. Apr. 1. Aug. & 12. Septembris.
Tudertina Sponſalium 10. Jan.

V

VAlentina Fundationis Conventus 22. Aug. & 12. Sept.
Viterbien. Subſidiorum Dotalium 11. Apr. & 2. Maii.

Die Sabb. 10. Januarii 1739.

QUatuor sequentes Causæ, quæ descriptæ in Folio postremæ Congregationis habitæ sub diem 20. Decembris anni mox elapsi partim ob petitam a Collitigantibus dilationem, partim vero ob temporis angustiam discussæ non fuerunt, in hodierno Senatu definitionem expectant. Resumpto itaque memorato Folio, dignabuntur EE. PP. Dubiis mox describendis respondere.

MAJORICEN. RESIDENTIÆ. Sess.6. cap. 1. & sess.23.c.1. de ref.

An Parochus Faner teneatur ad residentiam in casu &c.

Ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem.

SENOGALLIEN. JURIS SEPELIENDI. Cap. 4. sess. 24. de ref.

I. *An liceat Ven. Societati Sanctissimæ Assumptionis, & Rosarii Civitatis Senogalliæ sepelire sine licentia Reverendissimi Capituli Curati Cathedralis ejusdem Civitatis Cadavera Confratrum sibi eligentium Sepulturam in Ecclesia, seu Oratorio ejusdem Societatis.*

II. *An Capitulum Curatum dictæ Civitatis teneatur concedere licentiam sepeliendi Cadavera etiam aliorum, licet non Confratrum, qui sibi sepulturam elegerint in Ecclesia Societatis.*

III. *An in quocumque casu sepeliantur in Ecclesia dictæ Societatis Cadavera tam Confratrum, quam aliorum non Confratrum, emolumenta ceræ, associationis, funeris, ac etiam depositi integre spectent ad Capitulum Curatum, vel potius in qua rata in casu &c.*

Dilata ad primam.

APRUTINA SERVITII CHORI. Sess.24. c.12. de ref.

An Canonicis, & Mansionariis Ecclesiæ Cathedralis Aprutinæ concedenda sit facultas assistendi Choro, & Horis Canonicis per Turnum, & alternis hebdomadis in casu &c.

Pro gratia a mense Novembris usque ad Quadragesimam tantum cum solitis restrictionibus.

CONSTANTIEN. TAXÆ SEMINARII. Sess.23.c.18. de ref.

An Ordines Equestres, & Regulares, de quibus agitur in Diœcesi Constantiensi, teneantur ad contributionem taxæ pro erectione, & manutentione respective Seminarii Marispurgensis, & in qua summa in casu &c.

Exequatur Votum unius ex Eminentissimis, & ad mentem.

Seß. 24. c. 3. de Matrim.

TUDERTINA SPONSALIUM. Interjecta nomine Annæ Mariæ Lanzi appellatione adversus Sententiam Vicarii Generalis, qui die 23. Junii 1735. pronunciaverat, *constare de Sponsalibus contractis inter eamdem Annam Mariam, & Bonaventuram Bartoccini*, fuit in Congregatione habita sub diem 24. Maii præteriti anni disceptatum Dubium: *An constet de Sponsalibus in casu &c*, dilata autem illius decisione, Eminentissimi PP. jusserunt, memoratam Puellam Annam Mariam e Monasterio S. Catharinæ Oppidi S. Gemini, ubi educationis causa degebat, ad aliquod Monasterium Diœcesis Interamnensis traduci, ibique post aliquod temporis intervallum interrogari super facti circumstantiis, quibus inita fuisse asseruntur controversa Sponsalia, ejusque hodiernum animum explorari, num scilicet, mutata opinione, vellet in illa consentire, nuptiasque cum præfato Bonaventura celebrare.

In obsequium ejusmodi mandatorum fuit Puella Anna Maria die 30. insequentis mensis Junii in Monasterio Civitatis Interamnensis collocata, deinde vero, nimirum sub diem 9. Augusti formali subjecta examini, in quo post enarratas rerum gestarum circumstantias, quæ occasione assertorum Sponsalium evenere, ad binas postremas interrogationes, alteram nempe, *in qua voluntate nunc sit circa prædicta Sponsalia*, alteram autem, *an ab aliquo fuerit seducta ad non assentiendum Sponsalibus cum dicto Bonaventura*, respondit: *Io mai ho avuta volontà di contrarre Sponsali con detto Bonaventura, & adesso più che mai sono di non contrarre Matrimonio con detto Bonaventura, & assolutamente dico di nò*; deindeque subjunxit: *Io non sono stata da veruno sedotta a dire di non volere contrarre li Sponsali col detto Bonaventura, ne meno a dire, che non gli ho contratti, perche la verità si è, che non gli ho contratti, ne vi ho prestato alcun consenso, e non voglio mai prestarlo, atteso, che tal Matrimonio non e di mio contentamento, & assolutamente torno a replicare, che non ne voglio saper niente.*

His itaque superadditis, dignabuntur EE. VV. definire.

An constet de Sponsalibus in casu &c.

Negative, & amplius.

Seß. 22. c. 4. & 6. de ref.

TRIDENTINA RTANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. Disceptatis in hac Causa ad petitionem tam Priorum Villæ Pellizzani, quam Sacerdotis Gasparis Particella quinque Dubiis, I. nempe, *An sustineatur erectio Beneficii, de quo agitur, seu potius obstet voluntas Testatoris, juxta quam Legatum florenorum* 400. *relictum Ecclesiæ B. Mariæ Pellizzani censendum sit simplex opus pium cum onere Missarum.* II. *An sit servanda Transactio anni* 1720. III. *An Jus præsentandi Beneficiatum, seu nominandi Cappellanum spectet ad illos de Familia Gariscchetta, seu potius ad Rectorem d. Ecclesiæ S. Mariæ Pellizzani:* IV. *An sit locus Indulto translationis oneris Missarum; & quatenus negative.* V. *An sit locus dispensationi ad vitam Oratoris in casu &c.*, sub die 13. Septembris superioris anni rescriptum fuit: *Ad* I. *negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad reliqua provisum in primo, & amplius.*

Resolutioni huic minime acquiescens præfatus Gaspar Particella inter nova quædam documenta ab ipso comparata, quibus probari contendit, erectionem Beneficii, de quo disceptatur, rite, valideque fuisse ab Ordinario peractam, non modicum posuit fundamentum in Relatione tam a

nonnullis Germanicæ linguæ Interpretibus in Urbe commorantibus, quam a pluribus probatæ fidei viris Patriæ Testatoris indigenis exarata, qua unanimes exposuere, ex verbis ab Alexandro Josepho Guarischetti in suo Testamento adhibitis deprehendi, quod ipse non simplex Missarum Legatum, sed erectionem Ecclesiastici Beneficii, si germanus eorumdem verborum sensus attendatur, præcipere voluerit; quibus propterea documentis instructus cum obtinuerit sibi fieri potestatem impugnandi præmissam Resolutionem, hodie inter alia jura, quorum præsidio confidit obtinere recessum a Decisis, plurimum authumat sibi suffragari deductа per *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. n. 58. & seqq. Castropalao oper. moral. tract. 13. de Benef. disp. 1. punct. 6. n. 3. Panimoll. dec. 21. n. 4. & Piton. de contr. Patron. alleg. 34. sub n. 21. & alleg. 49. n. 31.*, & præsertim Decisionem 1100. *coram Emerix Jun.*

Onus itaque erit EE. VV. deliberare,

An, & in quibus erit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

ROMANA CAPPELLANIÆ. Causa hæc, in qua, discusso Dubio, *An una, vel duæ Cappellaniæ sint erigendæ in casu &c.* die 6. Decembris mox elapsi rescriptum fuit: *Duas Cappellanias esse erigendas*, ad preces Fratrum de Angelis, qui nuperrime ad novæ Audientiæ beneficium fuerunt admissi, iterum subjicienda est examini; quocirca rogantur EE. PP. Folium tunc distributum resumere, & sapientissimo, quo solent, oraculo pronunciare. *Sess. 2. cap. 6. de ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

FERETRANA. Livia Cionini sub diem 15. Maii 1713. universalem omnium Bonorum donationem, quæ inter vivos dicitur, publicum per Instrumentum fecit Cajetano Marini germani fratris sui filio hisce adjectis oneribus „ Con dichiarazione, che detto suo Signor Nipote, subbito seguita la morte di essa Signora Donante sia tenuto, ed obbligato in termine di sei mesi da principiarsi il primo dì della morte di detta Signora Donante, e finire, come segue, celebrare per la di lei anima Messe cinquanta in tutto, in qual Chiesa parerà, e piacerà al sudetto suo Signor Nipote, e per lo spazio d'anni cinquanta da principiarsi dal giorno della di lei morte, e finire, come segue, celebrare, o far celebrare per l'Anima sua, dove parerà, e piacerà al detto D Gaetano Messe 24. l'anno, cioè Messe due al mese „ Deindeque, substitutis post obitum Cajetani Elisabeth altera sua nepte, ejusque filiis, quos eodem Missarum onere gravavit, Archipresbytero S. Mareni, quem in Executorem ejusmodi suæ voluntatis deputaverat, decedentibus absque Prole filiis Elisabeth, præcepit „ Che sia tenuto, ed obbligato coll'istesso emolumento di tre per cento vendere tutti li sudetti Beni restati, e con il ritratto da quelli far celebrare tante Messe per l'anima della sudetta Livia, e de suoi Congionti nella Chiesa di S. Francesco. *Sess. 22. cap. 6. de Ref.*

Cum vero memoratus Cajetanus Liviæ Donanti prædecesserit, eadem Livia fortasse existimans, donationem ob Donatarii prædecessum evanuisse, sub diem 16. Julii 1723. Testamentum condidit, in quo post scriptos Hæredes prælaudatam Elisabetham, ejusque filios Marinum, & Annam Innocentiam, iisdem injuncto illomet onere, quod in enunciata donatione Donatariis imposuerat, celebrandi scilicet annuas Missas viginti qua-

quatuor spatio quinquaginta annorum nulla tamen facta mentione praecepti in enunciato donationis Instrumento impositi Archipresbytero S. Mareni, vendendi omnia Bona, quae superessent, ac pretium inde retractum in tot Missarum celebrationem erogandi consuetam inseruit clausulam, ut ajunt, in genere derogatoriam cujuscumque praecedentis dispositionis ibi „ Cessando, ed annullando per il presente suo ultimo Testa-
„ mento ogn'altra disposizione, ultima volontà da essa prima fatta, *in specie vero abrogavit* il Legato fatto di scudi trenta a favore del glorioso
„ S. Martino, come in un'altro suo Testamento fatto sotto mio rogito nel
„ dì 21. Marzo 1720., ed anche obbligati nella donazione da essa fatta a
„ favore del quondam Signor Gaetano Cionini, come parimente per mio
„ rogito fatto sotto il dì 15. Maggio 1713. quale obbligo, e Legato di scudi
„ trenta vuole, che si abbia per non fatto, stante l'osservanza della pro-
„ messa fatta d'altri scudi trenta al detto Santo, dal detto quondam Signor
„ D. Gaetano, a quali dovevano essere uniti quelli promessi dalla detta
„ Signora Testatrice, volendo, che questo solamente vaglia, e prevaglia
„ ad ogn'altro, non solo in questo, ma in ogn'altro miglior modo.

Secuto Liviae Testatricis obitu, praefata Elisabeth haeres una cum suis Filiis instituta possessionem totius assis haereditarii, quod valorem scutorum 871. non excedere asseritur, hactenus pacifice obtinuit; Verum quia novissime gemini ejusdem Elisabethae Filii obierunt, eique nulla amplius est spes aliam procreandi sobolem, coepit ipsa conscientiae stimulis, anxiisque dubitationibus vexari, num scilicet memorata donatio, ut supra, per Liviam exarata, sive per Donatarii praedecessum, sive per posterius testamentum satis revocata censeri queat, vel potius illa adeo subsistat, ut omnia Bona haereditaria Liviae consentanee ad legem in eadem donatione indictam debeant saltem, defunctis absque prole filiis suis, per saepedictum Archipresbyterum S. Mareni venundari, atque ex illorum pretio tot Missae celebrari. Cum autem conscientiae suae tranquillitati consultura humillime postulaverit a Summo Pontifice declarari, licitum sibi fore supradicta Bona haereditaria testamenti jure retinere, liberumque pariter esse, superaucto ad uberiorem cauthelam moderato aliquo Missarum numero ultra onus 24. Missarum per 50. annos celebrandarum in donatione impositum, subindeque in Testamento repetitum, de eisdem Bonis disponere; petitio haec fuit a Sanctitate Sua ad Sacrum hunc Consessum remissa, super qua jussus Episcopus Sacram Congregationem instruere, excitatis Fratribus Min. Conventualibus d. Terrae S. Mareni, & Archipresbytero ejusdem Terrae, in quorum Ecclesiis Missae in donatione relictae deberent celebrari, rogantur modo Eminentissimi PP. inspecta Ordinarii relatione, in qua praefertur dd. Fratres Min. Conventuales compositioni ab Elisabeth exoptatae suum non praestare assensum, Archipresbyterum vero S. Mareni, utpote Romae tunc temporis commorantem, audiri non potuisse, necnon perpensis juribus, siquae illorum nomine afferentur, cum causa, ipsis per consuetas intimationes lacessitis, proponatur, sapientissime decernere.

An, & quomodo sit locus declarationi per Elisabetham Cionini petitae in casu &c.

PI

Sess. 25. cap. 18. de reg.

PISANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Frater Thomas Gambacciani validitatem suæ professionis impugnaturus duplici sub obtentu, altero nempe quod eam in Conventu S. Antonii Ordinis Servorum B. M. V. emiserit anno 1717. violentiis sibi a Luca Bocci ejus Tutore illatis adactus, altero autem, quod contra Constitutiones d. Ordinis ita statuentes: *Qui vero a Capitulo admissus non fuerit, aut ipse profiteri noluerit, statim ad suos redeat, habitu deposito (abeuntique ante Professionem omnia restituantur, quæ sua erant) neque possit in eodem, aut in alio Conventu amplius recipi*: admissus fuerit ad profitendum, tametsi prope finem anni Novitiatus prima vice inchoati, resumpto sæculari habitu, suaque a capessendo Religionis instituto aliena prorsus voluntate Superioribus patefacta, e dicto Conventu discessisset, beneficium restitutionis in integrum adversus quinquennium pridem elapsum implorat.

Violentias, quibus emissam asserit controversam Professionem, satis probari, contendit ex testimonio, quod Frater Joannes Maria Stella ejusdem Ordinis Sacerdos in hæc verba sub jurisjurandi Religione perhibuit: „ Il „ d. Gambacciani si fece Religioso mosso da li strapazzi, che gli faceva detto „ suo Tutore; Inoltre attesto col mio giuramento, che, terminato l'anno „ del suo Noviziato lasciò l'abito dichiarandosi non avere vocazione allo „ stato Religioso, e ritornò alla Casa di d. Tutore, e dopo cinque Mesi „ ritornò novamente alla Religione, perchè, come egli ha più volte detto, fu scacciato dalla Casa del sudetto Tutore, e restò privo della Casa, „ e degl'alimenti, sopra delle quali cose per più anni, che l'ho conosciuto nella Religione, l'ho sentito più volte riclamare, e dire di voler fare „ la Causa della nullità della sua Professione, *tum etiam ex jurata depositione Podii Confessionis testantis*, come il Padre Tomaso, al Secolo Luca „ Gambacciani di Livorno Sacerdote dell' Ordine de Servi di Maria Vergine, dopo aver terminato l'anno del suo noviziato, essendo per fare la „ professione, dichiarò l'animo suo di non volerla fare, e deposto l'abito „ ritornò in Livorno nella Casa del suo Tutore Luca Bocci, ma essendo stato discacciato dal medesimo con varie violenze, ed essendo restato privo „ della Casa, e degl'alimenti in età di anni sedici; Io infrascritto Testimonio lo ricevei per una notte, li trovai breve ricovero, e l'assistei, „ acciò potesse portarsi nuovamente in Firenze dove egli diceva, che ritrovandosi in stato di disperazione, voleva ritornare alla Religione, „ come effettuò, essendo stato nuovamente ricevuto alla Religione medesima de' Servi di Maria Vergine, e fatto l'anno del Noviziato, fece la „ professione, inoltre attesta, che il medesimo ha più volte detto, che la „ Professione la fece necessitato dalle violenze del Tutore, e per disperazione, e che voleva fare la Causa, e provare invalida d. sua Professione.

Verum plura sunt, quæ ad ineundam deliberationem super hodierna Fratris Thomæ petitione præstat in facto adnotare; primo, quod præfati Testes quidquid mox relatum est, in simplici tantum fide deposuere, nulli hactenus examini rite subjecti; Secundo quod nihil ex scientia propria, sed ea solum, veluti ab ipso Oratore accepta, referunt ajentes, „ che il medesimo ha più volte detto, che la Professione la fece necessitato dalle violenze del Tutore, e per disperazione, come egli ha più volte detto, fu scacciato dalla Casa del sud. Tutore, e restò privo della Casa, e degl'alimenti „ Tertio, quod neque ex eorumdem Testium depositione, neque aliunde apparet, Oratorem fuisse e Domo Tutoris ejectum in eum finem, ut ad ingrediendam Religionem adigeretur; Quarto, quod Orator, absoluto fere probationis anno, e memorato qui-

quidem Conventu ante annum 1716. discesserit, sed hanc ob causam: „ Non parendogli di poter reggere alla Religione e per le difficoltà dell'ubbidire „ ad eundem vero Conventum postea redierit, supplicans d'essere „ ammesso nuovamente all'abito per Figlio di questo Convento, obligandosi a fare da capo il Noviziato intero „ ut testatur prædictus Frater Joannes Maria Stella: Quinto, quod memorati Testes, licet affirment, „ che il detto Religioso ha più volte reclamato, e detto di voler fare la „ causa della nullità della Professione, e ha fatte le diligenze per trovare „ gli attestati, li quali negl'anni decorsi non ha potuto conseguire per essersi trovati i Testimonj in Paesi da lui lontani, e per essere stati in alcuni „ tempi infermi „ non explicant tamen, a quo tempore cessaverint impedimenta, ob quæ Orator hactenus distulit invaliditatem suæ Professionis proponere, cum de cetero præfatus Lucas Bocci Tutor, qui assertas violentias intulisse dicitur, e vivis decesserit circa annum 1721. & sexto demum, quod Orator super asseris violentiis non fuerit formiter examinatus, sed extrajudicialem dumtaxat emiserit declarationem, in qua recensuit impedimenta, quibus detentus asserit, non potuisse adversus Professionem judicialiter reclamare.

Quod autem attinet ad legem in Constitutionibus d. Ordinis indictam ne scilicet quis semel ab aliquo ex Conventibus dicti Ordinis aut rejectus, aut dimissus amplius in eodem, aut alio Conventu admittatur, inspiciendum est, num memoratæ Constitutiones fuerint a Sede Apostolica in forma, ut ajunt, specifica approbatæ, & an dici possint Decreto Professionem explicite irritante communitæ; notissimum quippe est Juris principium, quod Professio contra Legem in peculiaribus Constitutionibus alicujus Ordinis præscriptam non soleat irrita declarari, nisi hæc ipsa nullitatis pœna fuerit in eisdem Constitutionibus a Sede Apostolica specifice approbatis adjecta, secundum ea, quæ tradit *Fagnan. in cap. Qui Presbyterum n. 8. & seq. de pænit.*, *& remiss. Portell. in Dub. Regul. in Verbo Professio nulla ex defectu ætatis n. 14. Bordon. in contr. moral. 21. de ætat. Profess. qu. 9.* egregie *Eminentissimus Petra ad Constit. 2. Anastasii* II. *n. 9.*, *& seqq. ad Const. 5. Greg. IX. n. 22. & seqq. Tom. 2. & ad Constit. 3. Calixti VI. n. 17. tom. 5.*, & colligitur ex Decretis hujus Sacræ Congregationis in *Neapolitana* 14 *Junii* 1681. *lib.* 31. *Decr. p.* 415. *in Grossetana* 5. *Aprilis* 1710. *lib.* 60. *Decr. pag.* 122. *in Neritonen. Restitutionis in integrum* 23. *Februarii* 1715. *lib.* 65. *Decr pag.* 83. *& in Calaritana nullitatis Professionis* 15. *Martii* 1727. *lib.* 77. *Decret. pag.* 149.

Omnibus itaque perspectis, placeat EE. PP. rescribere.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Die Sabb. 24. Januarii 1739.

Decisio Causæ priori loco mox describendæ fuit in postrema Congregat. die 10. labentis Mensis, ita postulante Capitulo Cathedralis, ad hodiernam dilata; discussio autem aliarum quatuor, quæ subnectentur, nequivit, ceteris negotiis totum tempus occupantibus, assumi. Dignentur itaque EE. PP., resumpto Folio tunc distributo, respondere.

SENO-

SENOGALLIEN. JURIS SEPELIENDI. *Cap. 4. sess. 24. de ref.*

I. *An liceat Ven. Societati Sanctissimæ Assumptionis, & Rosarii Civitatis Senogalliæ sepelire sine licentia Reverendissimi Capituli Curati Cathedralis ejusdem Civitatis Cadavera Confratrum sibi eligentium Sepulturam in Ecclesia, seu Oratorio ejusdem Societatis.*

II. *An Capitulum Curatum dictæ Civitatis teneatur concedere licentiam sepeliendi Cadavera etiam aliorum, licet non Confratrum, qui sibi sepulturam elegerint in Ecclesia Societatis.*

III. *An in quocumque casu sepeliantur in Ecclesia dictæ Societatis Cadavera tam Confratrum, quam aliorum non Confratrum, emolumenta ceræ, associationis, funeris, ac etiam depositi integre spectent ad Capitulum Curatum, vel potius in qua rata in casu &c.*

Ad I. affirmative. Ad II. licentiam petendam esse ab Episcopo. Ad III. Pro Cadaveribus Confratrum, & habentium sepulchrum gentilitium spectare quartam funeralem tantum, pro aliis vero integre omnia emolumenta.

TRIDENTINA TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. *Sess. 22. c. 4. & 6. de ref.*

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Prævio recessu a Decisis ad I. affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Ad II. negative. Ad III. affirmative ad primam partem, negative ad secundam, Ad IV. & V. negative.

ROMANA CAPPELLANIÆ. *Sess. 2. cap. 6 de ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

FERETRANA. *Sess. 22. c. 6 de ref.*

An, & quomodo sit locus declarationi per Elisabetham Cionini petitæ in casu &c.

Non esse locum petitæ declarationi.

PISANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. *Sess. 25. c. 19 de regul.*

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 25. c. 6. de ref.

GERUNDEN. JURIS CONVOCANDI CAPITULUM. Cum Eminentissimi PP. ad petitionem Episcopi, & Archidiaconi majoris nuncupati de *Rogationibus* contendentium, non esse executioni mandandas Apostolicas literas in forma Brevis a Sanctiss D. N. per Canonicos Cathedralis Ecclesiæ sub diem 11. Maii 1735. impetratas, quibus fuerat eis tributa facultas convocandi Capitulum libere, & independenter tam ab Episcopo, Sede plena, quam ab Archidiacono, Sede vacante, quoties in eo agendum fore, putarent de litibus, quæ inter se, & memoratos Episcopum, ac Archidiaconum vertuntur, aut deinceps possent excitari, duo hæc discusserint Dubia: I. *An sit locus aperitioni oris adversus Breve*, & quatenus affirmative: II. *An, quomodo, & in qua parte sit exequendum, vel potius revocandum dictum Breve in casu &c.* die 13. Septembris superioris anni rescripsere: *Ad* I. *affirmative*. *Ad* II. *reducendum esse ad terminos indulti fa. me. Julii III.* Admissis autem Canonicis ad novæ Audientiæ beneficium, contingit hodie disceptari.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 21. c. 4. de ref.

MARTURANEN. DISMEMBRATIONIS. In supplici libello sub nomine Cleri, & Populi sparsim in Villa Sancti Thomæ, aliisque conterminis Pagis nuncupatis *Borvoroso*, *Colla*, *Vaccurizo*, *Pirillo*, & *Manelli* degentium Sacræ huic Congregationi dudum porrecto expositum fuit: „ come per loro disgrazia si ritrovano aggregati, parte alla Parocchia della Terra detta la Motta di S. Lucia, parte a quella di Pediviglia-
„ no Scigliano, e parte alla Castagna, parimente di d. Diocesi, e di detti
„ luoghi sopra espressati ve ne sono alcuni lontani dalle dette Parrocchie
„ circa miglia sette: E benchè li Parochi ten ssero un' Economo Coadjutore
„ con appoggiare la cura di detti Popoli al medesimo ora numerosi, pure
„ sono malamente governati, perchè li Parochi sudetti non contenti della
„ congrua delle sudette loro Parocchie, vogliono anche per loro tutte le
„ decime dell'Oratori, e dar poca mercede al sudetto Economo, quale non
„ si cura nulla di ben guidare le loro Anime, con cibarle della parola di
„ Dio, ed instruirli nella Dottrina Christiana, che in detti luoghi ne vi-
„ vovo innocenti per tal mancanza, ed altro, che devono gli Parochi su-
„ detti, e lo più delle volte muojono senza Sagramenti, e mai hanno assi-
„ stenza de' Sacerdoti nel tempo, che sono moribondi, e tutto ciò per non
„ avere il proprio Parocho vicino; *proindeque Eminentissimi PP. supplicatum, ut juberetur* la separazione, o sia esenzione da dette Parocchie, de-
„ siderando tutti di costituire, ed avere il loro proprio Parocho nella Chiesa
„ di detto Casale detto S. Tommaso commodo a tutti, dove ancora à il Po-
„ polo più numeroso, che sono circa Anime ottocento, e vi sono Sacer-
„ doti dell'istesso luogo abili, ed idonei alla cura, molto più, che tutte le
„ Decime oltre il Jus Stolæ ascendono a circa tumula cento di grano ger-
„ mano, che fanno la congrua pro Parocho, e nell'istesso tempo anche alli
„ Parochi sudetti il frutto delle loro Parocchie gli forma la d. congrua ma-
„ gis, & minus, quali vogliono tutto per loro, e poco si curano delle
„ Anime Oratrici.

Ad has autem preces non aliter censuit Sacra Congregatio sub diem 24. Martii 1736. respondendum esse, nisi ut *Episcopus procederet ac provideret ad formam Sacri Concilii Tridentini Sess.* 21. *cap.* 4. *de ref.*; quocirca idem Episcopus existimans, concurrere causas ab Alexandro III. volitas *in Cap. ad audientiam de Eccles. ædific.*, & a Tridentino approbatis *cit. cap.* 4.

cap. 4. *Sess.* 21. *de ref.* „ attenta obligatione per eosdem Incolas facta „ medio publico, & solemni Instrumento manu mag. Francisci Fermondi „ prædictæ Civitatis Martyrani sub die 3. currentis Mensis, & anni de „ manutenendo, & providendo eorum impensis dictam novam Parochialem „ Ecclesiam de Oleo, & Cereis, thure, aliisque necessariis ad formam alte- „ rius obligationis alias factæ manu magnifici Notarii Nicolai Arturi Ci- „ vitatis Scigliani, & insuper de solvendo quotannis novo Parocho, & „ Successoribus canonice intrantibus in dotem ducatos decem, & octo, do- „ nec Ecclesia prædicta de sufficientibus annuis reditibus providebitur, & „ de solvendo debitam eleemosinam, aliaque subministrando R. Prædicatori „ Quadragesimali singulis annis per Episcopalem Curiam in perpetuum no- „ minando, eligendo, & prædictæ novæ Parochiæ deputando, *providit,* „ *atque decrevit*, Venerabilem Ecclesiam sub invocatione S. Michaelis Ar- „ changeli sitam, & constructam ex pietate fidelium enunciatorum locorum „ Oppidanorum fore, & esse instituendam in Parochiam, & Parochialem, „ Filialem tamen jam dictæ Matricis Ecclesiæ Pedevigliani, ipsamque de „ Rectore Curato provideri cum facultate exigendi anno quolibet decimas, „ obventiones, fructus, & emolumenta Curæ hactenus per Incolas prædi- „ ctorum Locorum d. Parocho Matricis Ecclesiæ Pedevigliani solvi solita, „ & consueta, quæ omnia ex nunc, & in perpetuum in augumentum dotis, „ & in beneficium, & substentationem ipsius novi Parochi deputandi, ejus- „ que Successorum omni pleno jure assignavit, & concessit; cum onere ta- „ men imposito eidem novo Parocho deputando, ut teneatur singulis annis „ de Mense Augusti solvere, & consignare in iisdem supra expressis locis „ Parocho præfatæ Ecclesiæ Matricis Pedevigliani in futurum, & in perpe- „ tuum media quadraginta siligenis vulgo detto *Germano* juxta loci mo- „ rem, & cum onere pariter de prædictis reditibus, decimis, & emolu- „ mentis eidem novo Parocho assignatis congruum stipendium Æconomo „ Curato perpetuis temporibus per ipsum manutenendo, & ab Episcopo ap- „ probando, & deputando pro necessario alimento, & gubernio Anima- „ rum „ : *Mandavitque præterea nedum ordinaria authoritate, sed etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus præfatam Ecclesiam S. Michaelis Archangeli Casalis S. Thomæ* „ in Parochiam, & Parochialem ut supra „ institui liberam, & absolutam, & a prædicta Matrice Ecclesia Pedeviglia- „ ni, ejusque Parocho independentem de Rectore provideri.

Adversus hoc Decretum Thomas Angotti Rector d. Parochialis Ecclesiæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli Civitatis Sciliani Pedevigliani statim ad S. Sedem interjecit appellationem, quam modo prosequitur coram Supremo hoc Consessu, irritam contendens memoratam dismembrationem duplici potissimum nomine; Primo nimirum, quia citatus ipse, & auditus non fuerit, antequam Episcopus ad ejusmodi dismembrationis actum procederet: Quamvis enim Parochi assensus pro dismembrationis validitate non sit necessarius, nec ejus contradictio quidquam officiat, ubi justæ causæ postulant novæ Parochiæ constitutionem, juxta expressam Tridentini censuram in supra citato *cap.* 4. *Sess.* 21. *de ref.*; adeo tamen negari nequit, ut, illo prorsus inaudito, neque excitato, veteris Parochiæ dismembratio decernatur, cum ea, quæ ab ipso forte objiciuntur, ad salubrius capiendum consilium nonnihil possint aliquando conferre, uti cum aliis recte advertit. *Fagnan. in d. Cap. Ad audientiam n.* 29. itemque *Eminentissimus Petra tom.* 1. *ad Const.* 2. *Pascalis* II. *n.* 17. *ad plures sequen.*

Secundo, quia causæ in enunciato supplici libello enarratæ, atque in ipsomet dismembrationis Decreto admissæ nequaquam in facto subsistant:

prætereaque, etiamsi veræ forent, justæ tamen, atque idoneæ ad statuendam novæ Parochiæ erectionem nequeant æstimari: cum spirituali illius Populi necessitati hactenus fuerit satis consultum per constitutionem Cappellani, seu Vicarii, quod sane remedium in similibus circumstantiis Populi per varia loca effusi adhibendum potius esse, quam alterum divellendi partem veteris Parochiæ, & instituendi novam Parochialem Ecclesiam, firmavit pluries Rotæ Auditorium *dec. 578. n. 4., & seqq. part. 19. To. 2. rec, & in Leodien. Dismembrationis* 1. *Febr.* 1712. *cor. clar. me. Card. Falconer. &* 3. *Jul.* 1713. *cor. Reverendissimo Crispo, &* 25. *Januarii* 1715. *cor. Lancetta*, & passim definivit Sacrum hoc Tribunal in *Cajetana* 24. *Maii* 1659. *in Balneoregien.* 19. *Julii* 1619. *in Placentina* 13. *Aprilis* 1726. *in Derthonen. Dismembrationis* 5. *Aprilis* 1732., *& in Lunen. Sarzanen. Dismembrationis* 8. *Martii, &* 27. *Septembris ejusdem anni* 1732.

Jussus Episcopus super querelis Parochi Sacram Congregationem instruere, ut controversam dismembrationem ab impicta nullitatis, & injustitiæ nota vindicet, hæc inter cætera, quoad methodum, qua ipse processit, enarrat: „ Citatus fuit Angottus, qui ibi aderat, ut dixi, & comparuit: „ fuit auditus, & mihi dixit, se esse Bullatum Parochum, nec ad alium, „ quam ad unum Æconomum tenere: si plures vellent (*nimirum dictorum „ locorum Incolæ*) non suo ære, sed ære petentium sustinerent, & quod „ ad alium Parochum in Montanea, se habere Decretum Episcopi Petræ „ Sanctæ confirmatum ab A. C. de anno 1626., quod nedum de alio Parocho, sed nequidem de Vicario ibi perpetuo, & Bullato, sed tantum amo„ vibili ad nutum fuisse cautum Cymino tum Parocho, & Successoribus; „ nil ergo innovandum fore: „ Quo vero ad causas, ob quas censuit, postposita Parochi impugnatione, omnino expedire, ut nova erigeretur Paræcia, recenset potissime spiritualia incommoda, quibus Populus ille tum ob eorum Locorum distantiam a supradicta Parochia, tum ob itineris asperitatem, ac denique propter negligentiam Vicarii tenui cum stipendio hactenus ibidem deputati fuit obnoxius, additque deinde, præ oculis habendum esse, quod tres antiquitus in sæpedicta Ecclesia SS Petri, & Pauli aderant Parochiales Portiones, ibique tres consueverint jamdudum institui Parochi, adeout ex recenti suo Decreto neque reipsa dici queat inducta sæpedictæ Parochiæ dismembratio, sed potius enunciatæ Parochiales Portiones in unam temporis successu confusæ ad binas nova discretione redactæ, quo casu non ita graves, ac justæ causæ, quæ pro sustinenda vera Parochiæ dismembratione requiruntur, necessariæ sint, quemadmodum colligi videtur ex Resolutionibus adductis in *Mileten. Dismembrationis* 15. *&* 29. *Januarii* 1735.

Omnibus igitur ponderatis, onus erit EE. VV. pronunciare.

An dismembratio Ecclesiæ Parochialis SS. Apostolorum Petri, & Pauli Siciliani Pedevigliani, & erectio Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli in Parochialem sustineatur in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo pro meliori informatione juxta instructionem.

LYCIEN.

LYCIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Pater Antonius de Baptista, inita deliberatione impugnandi solemnem Professionem, quam in Ven. Monasterio S. Crucis Ordinis Cœlestinorum Lycii jam a decennio emiserat, circa finem anni 1735. Summum adiit Pontificem, eique exponens „ essere stato constretto per le minaccie, e strapazzi de' Parenti, „ sino ad essergli negato il congruo mantenimento a farsi Religioso Celesti- „ no, e benche nell'anno del Noviziato sperimentasse di non potere in ve- „ run conto continuare in tale stato, niente di meno le replicate violenze „ de Parenti lo sforzarono a professare contro sua voglia „ beneficium restitutionis in integrum adversus quinquennii lapsum postulavit; At ejus precibus ad hunc Sacrum Consessum remissis, discutere modo oportet, num petita in integrum restitutio debeat impertiri. *Sess. 25. c. 19. de regul.*

In Processu jussibus Sacræ Congregationis confecto, & ad eamdem subinde transmisso tres tantum comperiuntur ab Oratore inducti Testes, iidemque formali subjecti examini, nimirum Gratia Quaranta Mulier olim familiaris in Domo Patris Oratoris, priusquam iste habitum iuduceret Religiosum, Nicolaus de Baptista ejusdem Oratoris Frater in Sæculo vivens, & Joseph Maria de Baptista alter ipsius Germanus Ordinis Carmelitarum. Prima ex dictis Testibus deponit, quod Vitus Orator Pater:
„ lo villaneggiava, bastonava, e maltrattava con parole austere, chiaman-
„ dolo Uomo di guerra, e dicendogli, che se ne fusse andato da detta sua
„ Casa a farsi Monaco, e più, e diverse fiate lo minacciò, che di sua ma-
„ no l'averebbe fatto morire, li negava il vitto, discacciandolo di conti-
„ nuo dalla sua tavola, di maniera che quello atterrito dalle minaccie del
„ Padre, non andava a mangiare a tavola, e si cibava degl'avvanzi: onde
„ poi, essendo quello entrato in Religione de' Celestini, tengo di certo,
„ che avesse ciò fatto di sua mala volontà. *Secundus hæc habet*: Sò, ed è
„ vero, che Vito di Battista commune Padre determinato aveva di farlo
„ Monaco, perche il medemo non inclinava a farsi Religioso, non ostante
„ le insinuazioni sudette, l'istesso mio Padre si pose a villaneggiarlo, e ba-
„ stonarlo a fine di indurlo a vestirsi Monaco, dicendo, che era meglio,
„ che se ne fuggisse di casa, e andasse a vestirsi Monaco, altrimente esso
„ lui lo manderebbe alla guerra &c., e per causa di dette minaccie reite-
„ rate dal Padre, se ne fuggì dalla propria casa: *Tertius vero in hæc verba*
„ *testatur*: Sò, ed è vero, che in tempo il medesimo era dell'età sua d'anni
„ quindici in circa &c. detto mio Padre lo villaneggiava, e bastonava di
„ continuo, dicendogli, che s'andasse a fare Religioso, altrimenti, che
„ l'averebbe data la morte con le proprie mani, li negava il vitto, e le
„ vesti di comparenza, tanto che detto Articolante &c. si vestiva degl'abiti
„ consumati di Giuseppe, e Nicola Battista altri Fratelli &c., tal che ogn'
„ uno sdegnava d'accompagnarsi con esso lui per non andare vestito da suo
„ pari, e rarissime volte mangiava unitamente con detto nostro Padre, e
„ con Noi nella nostra tavola per il timore appreso dalle minaccie
„ paterne „.

Hæc sunt testimonia, quæ hactenus protulit Orator, jam vero præstat advertere, num ea sufficiant in finem ab ipso volitum, vel quia non constet, assertas violentias fuisse adhibitas prope tempus, quo Religionem ille ingressus est, solemnemque Professionem emisit, vel quia secundus ex dictis Testibus, postquam enarravit, Oratorem ob minas paternas ab ejus domo aufugisse, seque in Oppidum quoddam contulisse, ita subdit: „ Do-
„ ve poi andiede a trovarlo detto mio Padre, lo indusse con persuasive an-
„ che d'amici a farsi Religioso Celestino „ vel quia etiam memorata Gratia Quaranta, post recensitas easdem violentias, re ipsa non affirmat, metum antea

antea ex iis incussum perdurasse usque ad tempus ingressus in Religionem, sed tantum ex propria opinione inquit „ Onde poi essendo quello entrato
„ nella Religione del Celestini, tenni di certo, che avesse ciò fatto di sua
„ mala volontà „ vel demum quia dubitari possit, metum, quo inductus est Orator ad profitendum, fuisse tantum reverentialem, quemadmodum fassus ipsemet fuit in supplici libello Sanctitati suæ porrecto ibi: „ Appe-
„ na saputosi dall'Oratore, che la Professione fatta per vim, & metum re-
„ verentialem sia nulla, protestò in publico Refettorio in presenza dell'Ab-
„ bate, e Monaci, che intendeva allegare la nullità della professione,, cum tamen receptum sit, metum reverentialem ad irritandam Professionon sufficere, secundum ea, quæ tradunt magis communiter Canonistæ.

Ceterum, ubi etiam controversa Professio ab initio judicetur invalida, ponderandum superest, an censeri queat successu temporis tacite ratificata ex eo, quod Orator nunquam adversus illam reclamaverit, neque per decennium conquestus unquam de violentiis Paternis jugo Religionis videatur acquievisse, præsertim cum interea temporis omnes Sac. Ordines ad titulum Religiosæ paupertatis susceperit; Licet enim ipse conetur ejusmodi ratificationem rejicere sub eo dumtaxat obtentu „ Per non avere
„ saputo di competergli il benefizio di dare di nullità alla Professione fatta
„ per vim, & metum credendosi, che la Professione in qualsivoglia modo
„ fatta costringesse sempre, atque semper il Monaco di stare nella Religione
„ anche in quella continua disperazione di Anima, e Corpo „ perpendendum est, num verisimilis, vel potius affectata censeri debeat allegatæ ignorantiæ excusatio ob ea, quæ nomine Abbatis d. Monasterii S Crucis fuerunt in facto opposita hisce verbis: „ Come esso P. Antonio ha saputo,
„ e poteva sapere, anche dentro il termine del quinquennio dal dì della sua
„ Professione, che quelli, li quali pretendono dar de nullità ob vim, &
„ metum della loro Professione debbono comparire in judicio fra detto
„ quinquennio, altrimenti non possono essere più intesi, supponendosi ri-
„ validare la Professione per così longa volontà di permanenza, e tutto
„ ciò egli seppe, siccome potè, e dove saperlo per essere stato, siccome è
„ di mente capace, che ha studiato varie materie, ha pratticato con molta
„ gente letterata in Città, e Monasterj grandi, ha continuamente studiati,
„ & avuti per le mani libri morali, & anche le Constitutioni del Sacro Con-
„ cilio di Trento in maniera, che è cosa impossibile, che egli fra il quin-
„ quennio non abbia saputo, che passato detto quinquennio, non poteva
„ essere più udito.

Religio Oratoris petitioni coram Ordinario se opposuit, hactenus vero nihil, quod possit EE. PP. oculis subjici, ejusdem nomine allatum est; Ordinarius autem in sua Relatione, postquam asserit, ex jurata Testium depositione metum & continuis per Vitum Antonium Baptista præfati Antonii Patrem minis ab infantia Illatis, ut Religioso indueretur habitu, ac etiam prænarrati Viti austeritatem, iracundiam, & minationes executioni demandare soliti constare, *demum concludit*: At quia ex decennii silentio præsumptio tacitæ Professionis resultat, ut ratihabitio, propterea sapientissimo EE. VV. judicio me submitto.

His itaque inspectis, deliberare oportet.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

AMAL-

AMALPHITANA CATHEDRATICI, & PROCURATIONIS, Renuentibus Parochis, ac Beneficiatis Terræ Pramontis annuum Cathedratici Censum Archiepiscopo Amalphitano persolvere, Eminentissimi PP. Sacræ hujus Congregationis, ad quos definitio judicialis controversiæ inde exortæ delata fuerat, sub diem 5. Sept.1705. rescripsere, -- *Parochos, ceterosque Beneficiatos antedictos teneri quotannis solvere Cathedraticum ad rationem carolenorum septem*, -- ut in *lib*.55. *Decr. pag*.326. deindeque altera emergente subalterna quæstione, num scilicet idem Cathedraticum esset solvendum pro *Beneficiis Parochiis unitis & a quo tempore*, die 16. Februarii 1707. censuerunt, *solvendum esse ratione Beneficiorum Parochiis unitorum a die adeptæ possessionis*, -- ut in *lib*.57. *Decr. pag*.67. *Sess.* 21. *c.* 8. *& sess.* 24. *c.* 12. *de Ref.*

Ejusmodi Resolutionum præsidio suffultus Archiepiscopus cæpit Parochum quoque, & Abbatem Commendatarium Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Oppidi Positani Joannem Baptistam Zolla, aliosque ejusdem Oppidi Beneficiatos sub annum 1709. excitare, ut instar aliorum Beneficiatorum Terræ Pramontis Cathedraticum sibi præstarent; At, iis contendentibus ad petitam Cathedratici solutionem compelli non posse, tum quia prædicta Parochialis, & Abbatialis Ecclesia Territorium a Dioecesi Amalphitana distinctum, ac separatum constitueret, tum etiam quia antiquitus ad Monachos Benedictinos pertineret, adeoque, veluti Presbyteris Sæcularibus simpliciter commendata, pristinum Regularem Statum adhuc retinens tam a Lege, ut ajunt Dioecesana, quam ab Episcopali jurisdictione exempta censenda foret, debuit idem Archiepiscopus hujus pariter controversiæ decisionem ab hoc Sacro Senatu deposcere, quam votis suis respondentem obtinuit; Rejecta quippe instantia Parochi postulantis literas, quas remissoriales vocant, ad effectum probandi assertum Territorium separatum, die 6. Julii 1709. resolutum fuit, -- *eumdem Parochum, & Beneficiatos dicti Oppidi Positani teneri ad solutionem Cathedratici ad formam Decretorum, quæ in alia simili Causa superius relata prodierant*, -- ut in *l*.59. *Decr. pag* 2-6.

In obsequium editæ Resolutionis sæpedictus Parochus, seu Abbas Commendatarius Cathedraticum ab anno 1709. usque ad annum 1722. pacifice persolvit; subinde vero cum ab ejus præstatione destiterit, recentiori ipsius exemplo adhærens Abbas Minerva in Commendam dictæ Parochialis, seu Abbatialis Ecclesiæ Successor non solum detrectat hodie Cathedratici jura præstare, verum etiam contendit, Archiepiscopum Amalphitanum, neque præfatam Parochialem, seu Abbatialem Ecclesiam visitare, neque occasione visitationis quidquam posse Procurationis nomine exigere, iisdem prope innixus rationibus, quas jamdudum expendendas Sacræ Congregationi proposuerat ejus Prædecessor.

Ad extinguendas itaque lites inde exortas, atque ad sarta tecta servanda jura suæ Mensæ Archiepiscopus veteri fretus consuetudine, juxta quam putat satis probari, tum Cathedraticum, tum Procurationem Archiepiscopo antedictam Abbatialem, & Parochialem Ecclesiam visitanti fuisse a Parocho, seu Abbate Commendatario sæpedictæ Ecclesiæ anteactis temporibus persolutam, tria mox describenda Dubia, quæ universas quæstiones a d. Abbate Commendatario, seu Parocho excitatas complectuntur, dirimi postulat.

Quocirca, inspectis iis, quæ circa similes controversias adnotata fuerunt in *Maceratan. Cathedratici* 8. *Maii* 1731., & *in Assisien. Cathedratici* 18. *Dec. ejusdem anni*, & 15. *Jan*.1735. aliisque juribus hinc inde fortasse adducendis, onus erit EE. VV. rescribere.

I. *An*

I. *An ab Abbate Ecclesiæ S. Mariæ Terræ Positani debeatur Cathedraticum Archiepiscopo Amalphitano in casu &c.*

II. *An eidem Archiepiscopo competat jus visitandi prædictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ*, & quatenus affirmative.

III. *An d. Archiepiscopo debeatur procuratio in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

*Die Sabb.*28. *Februarii* 1739.

Sess. 21. c. 8. & sess. 24. c. 12. de Ref.

AMALPHITANA CATHEDRATICI, ET PROCURATIONIS. Resumpto Folio postremæ Congregationis sub diem 24. Januarii proxime præteriti habitæ, decidenda sunt tria Dubia, quorum resolutio ad preces Abbatis Commendatarii Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Terræ Positani fuit ea die suspensa, nimirum,

I. *An ab Abbate Ecclesiæ S. Mariæ Terræ Positani debeatur Cathedraticum Archiepiscopo Amalphitano in casu &c.*

II. *An eidem Archiepiscopo competat jus visitandi prædictam Ecclesiam S. Mariæ*: & quatenus affirmative.

III. *An d. Archiepiscopo debeatur procuratio in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. c. 4. de Ref.

FLORENTINA JURIUM PAROCHIALIUM. In Congregatione diei 6. Decembris superioris anni, discussis binis hisce Dubiis -- I. *An facultas exercendi Curam Animarum, & Functiones Parochiales in Ecclesia S. Stephani de Campio spectet cumulative ad Plebanum, seu potius privative ad Cappellanos in casu &c.* II: *An Cappellani ejusdem Ecclesiæ in concernentibus Curam Animarum dependeant a Plebano in casu &c.* -- rescriptum fuit - *Ad I. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad* II. *affirmative* -- Cum autem memorati Cappellani Resolutioni huic non acquiescentes, obtinuerint ad novæ Audientiæ beneficium admitti, rogantur hodie Eminentiss. PP: ut, perpensis juribus, quæ in anteacta Causæ propositione eorumdem Cappellanorum nomine nequiverunt deduci, sapientissimo, quo solent, oraculo deliberare dignentur. *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*

Sess. 25. c. 19. de Regular.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Denegata sub diem 18. Aprilis 1736. Fratri Josepho Mariæ Marci Tertii Ordinis S. Francisci restitutione in integrum, quam postulabat adversus Professionem a se anno 1719. emissam in Conventu S. Antonii Pausylippi, contendens, eam irritam esse tum ob Novitiatus interruptionem, tum ob vim, & metum sibi a Patre incussos, tum denique ex eo, quod nulli Conventui fuisset adscriptus, idem Frater ad novæ Audientiæ beneficium pridem admissus, novis collectis documentis, quibus excluderet tacitam Professionem potissimum desumptam ex Prioris munere, quod exercuit per aliquod temporis intervallum, proponi obtinuit consuetum Dubium -- *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.* -- cum autem die 30. Martii superioris anni, dilata hujus Dubii resolutione, demandatum fuerit, ut Orator ad Claustra suæ Religionis statim rediret, postmodum vero

vero coadjuvarentur probationes -- ,, circa conquestiones, & protestationes ad eodem Oratore peractas, tam ante, quam post quinquennium, ,, præsertim in actu, quo munus Prioris a P Generali sibi commissum suscepit ,, -- ad obsequendum menti Eminentissimorum Patrum non desiit prædictus Frater Joseph Maria, statim ad claustra reverti, curavitque deinde formali examini subjici nonnullos Testes, quorum depositiones ejus Summario circumferendæ, num satis probent conquestiones, & protestationes, quas ipse affirmat tam ante, quam post quinquenii lapsum, ac præsertim in actu suscepti Prioratus emisisse, inspiciendum erit ab EE. VV. quibus incumbit definire.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr.

HISPALEN. DISPENSATIONIS. Marcellina de Aguero post inita jamdudum sponsalia cum Emanuele Stephano Rodriguez, alia sub annum 1729. cum Joanne Bartolomei celebravit, hisce potissimum illecta conditionibus sibi ab eodem Joanne oblatis, nimirum quod, ubi Matrimonio copulati forent, in Hispalensi Civitate moram continuo traherent, nec unquam Marcellina alio migrare cogeretur, ipse vero Joannes officium esset assequuturus, unde sibi, & Sponsæ congrua vitæ subsidia compararet. Eo scilicet tempore, quo Sponsalia hæc fuere contracta, tota Serenissimi Regis Catholici Aula Hispali degebat, & præfatus Joannes utpote Cubicularius prænobilis Viri spectatissimum in eadem Regia Aula munus obtinentis ibidem commorabatur.

At postmodum Catholico Rege, omnique ejus comitatu Matritum repetente, illuc cum Hero suo profectus quoque fuit Ioannes Bartolomei, qui pluribus licet jam transactis annis in eadem adhuc perseverans voluntate contrahendi Matrimonium cum Marcellina Hispali permanente, impetrata a suo Ordinario dispensatione super consuetis denunciationibus, mandatum Procuræ dedit Francisco Escarza, ut ejusdem nomine Matrimonium cum præfata Marcellina celebraret; quemadmodum re ipsa sub annum 1734. in faciem Ecclesiæ peractum est, interdicta tamen sub Excommunicationis poena Conjugum cohabitatione, nisi prius coram Parocho, & Testibus Matrimonium ab ipsis ratum haberetur.

Hisce nuptiis ita contractis, reditum Viri sui expectavit Hispali Marcellina tenax propositi, quod Matrimonium nunquam ipsa foret ratum habitura, nisi conditiones sibi a Ioanne oblatæ servarentur. Contra vero Ioannes plures ad eam literas dedit, quibus ut Matritum accederet, studiose rogavit: At cum amicis hisce invitationibus nihil proficeret, tandem officio Præsidis implorato, obtinuit Marcellinam quamquam prorsus invitam Matritum traduci. Verumtamen ea licet Matriti constituta neque blanditiis, neque minis adduci unquam potuit, ut Matrimonium haberet ratum, Viroque suo cohabitare assentiretur, unde ex pertinaci ejus reluctantia suspicantes Domini Domus, in quam illa fuerat hospitio excepta, virginitatis forte jacturam ab ipsa fuisse factam, minati sunt, ipsius Corporis recognitionem Obstetricibus demandandam esse, qua comminatione perterrita Marcellina non erubuit se defloratam asserere a quodam Viro in Indias postea profecto, subjungens statuisse religiosum habitum in aliquo Monasterio suscipere. Hisce itaque auditis, Ioannes Bartolomei cuicumque juri sibi competenti coram Ordinario non ægre renunciavit, facta Marcellinæ libera potestate, ut quemcumque ipsa mallet, sibi statum eligeret.

Post hæc Hispalim reversa Marcellina sese recepit in Monasterium, a quo tamen subinde egressa supplicem curavit Sanctissimo Domino Nostro porrigi

rigi libellum tum nomine suo, tum præfati Emanuelis Stephani Rodriguez, (cum quo priora injerat sponsalia, quemque virginitatis suæ violatorem fuisse. postmodum confessa est) ubi Summus Pontifex rogatur -- „ annullare il Matrimonio rato fatto per Mandato di Procura trà la Marcellina Oratrice, & il detto Gio. Bartolomei per aver mancato alle condizioni da lui proposte, e dar licenza, che il medemo disponga della sua Persona, e alla medema Marcellina, perchè contragga il Matrimonio con l'Oratore Manuelle per ragione dell'anteriorità della promessa, che si fecero, e per la copula, che trà loro è seguita, col dare a questo effetto, in caso di bisogno le facoltà, e commissione al Giudice Ecclesiastico della loro detta Città di Seviglia, perchè giustificato quanto di sopra si è espresso, faccia la dichiarazione della detta nullitá, e conceda la licenza sopradetta „ -- Cumque ejusmodi preces fuerint ad Sacrum hunc Consessum remissæ, contingit modo juxta Oratorum petitionem disceptare, num præstandum sit consilium Sanctissimo pro dispensatione super enunciato Matrimonio rato, & non consummato.

Matrimonium non fuisse consummatum, satis inde constare asseritur, quod Hispali fuerit per Procuratorem Ioannis Bartolomei tunc Matriti commorantis contractum, quod utrique Conjugi fuerit sub excommunicationis pœna interdicta cohabitatio, donec coram Parocho, & Testibus Matrimonium ab eisdem Conjugibus ratum haberetur, quodque demum post Matrimonium ita contractum nunquam ipsi inter se convenerint, aut fuerint aliquando invicem conversati, ut ambo in suis declarationibus sub jurisjurandi religione emissis deponunt. Causas vero, ob quas petitæ dispensationi annuendum fore, confidunt, summatim exposuit Archiepiscopus Hispalensis, qui suam aperiens Sententiam hæc habet -- „ Arbitramur „ Oratores dignos Apostolica benignitate, nam Puella Monasticam horret vitam, contineri non vult, in contracto Matrimonio seducta fuit, „ deficientibus appositis conditionibus, contractum Matrimonium non potest non rixas, scandala, jurgia generare, si ad debitum Maritale reddendum invicem dissentiant, nec honor Puellæ, incontinentiæque periculum alia via, quam contrahendo cum Emanuele Stephano potest vitari, ambo honestis Parentibus nati sunt, ambo pauperem vitam gerunt, ambo contrahere parati sunt, si Indulgentia accedat Apostolica.

Num vero Causæ istæ ita graves, ac justæ sint, ut exoptatæ dispensationis concessionem mereantur, præter Oratorum Scripta, consulendi sunt *Sanch. de Matrim. lib.2. disp.16.*, *de Justis de dispen. lib.2. cap.10. a n.20.* cum aliis, quos citat *Ursaya. tom.2. part.1 discept.3. & tom.3. part 2. discept.21.* ubi etiam a *n.64. ad* 84. refertur egregium votum Card. Lancellotti, necnon inspicere præstat recentiora exempla, juxta quorum circumstantias Sacra Congregatio modo censuit, locum esse dispensationi, uti contigit in *Januen.*20. *Maii* 1719. *in Urbanien.*12. *Jan.* 1726., *in Cheen* 12. *Martii* 1729. *& in Mediolanen. Matrimonii* 24. *Maii* 1732., modo autem rescripsit, non esse consulendum Sanctissimo pro Dispensationis concessione, & signanter in *Argentinen.*10. *Novembris* 1674., *in Romana* 28. *Martii* 1699., *in Eysteten. Dispensationis* 15. *Maii* 1717., *in Pragen. Matrim.*26. *Januarii* 1732., *&* 27. *Februarii* 1734., *in Tarraconen.*, *seu Pisana Matrimonii* 14. *Novembris* 1733. *in Vvormatien. Matrimonii* 13. *Junii* 1733., *&* 23. *Januarii* 1734.

Ubi vero causæ expositæ satis efficaces judicarentur, ponderandum adhuc supererit, qua ratione rescribi oporteat, ad habendam legitimam probationem, qua indubie compertum fiat, matrimonium non fuisse consummatum eo præsertim tempore, quo Marcellina in Regia Matritensi Villa per-

permanſit, cum ſolis amborum Conjugum quamquam juratis depoſitionibus minime fidendum ſit, ad *Text. in cap. ſuper eo, de eo, qui cognovit*.

Omnibus itaque perpenſis, dignentur Eminentiæ VV. ſtatuere.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione ſuper Matrimonio rato, & non conſummato in caſu &c.

SALUTIARUM PAROCHIALIS. Indicto ſub diem 11. Februarii ſuperioris anni concurſu ad Parochialem Eccleſiam Sancti Michaelis in loco Montis Barcarii tunc redens vacatam, habitoque poſtmodum examine die 3. Martii ejuſdem anni, Sacerdos Ioannes Baptiſta Chiotti omnibus Examinatorum ſuffragiis ad illam fuit idoneus præceteris approbatus; At Vicarius Capitularis ſub obtentu, quod d. Joannes Baptiſta reſponſiones ad ſex caſus in eo concurſu propoſitos hauſerit ex reſolutionibus ibidem datis per Matthæum Hyacinthum Chirium alterum ex Competitoribus, novum indixit concurſum, in quo Sacerdos Gregorius Auguſtinus Battaglia obtinuit primus inter idoneos renunciari, quod ægre ferens memoratus Joannes Baptiſta Chiotti, Sacrum hunc adiit Conſeſſum poſtulans declarari, Judicium ab Examinatoribus Synodalibus in priori concurſu editum ita ſpectandum fuiſſe, ut ſecundus concurſus abſque nullitatis, ac injuſtitiæ labe nequiverit haberi.

Oratoris inſtantia nititur canonicis Juris principio, quo communiter receptum eſt, Examinatorum Synodalium judicium occupare locum Sententiæ celerem, plenamque executionem promerentis, ſecundum ea, quæ ad rem notarunt *Garz. de Benef. part. 9. cap. 2. n. 239. Corrad. in prax. Benef. l. 3. cap. 3. n. 26. verſ. Si vero ſecundum, &* cum aliis *Barboſ. de Offic. & poteſt. Parochi part. 1. cap. 2. n. 137.*, adeout iidem Examinatores Synodales, poſtquam in priori concurſu aliquem magis idoneum renunciarunt, ſuoque functi ſunt munere, prohibeantur ſub nullitatis pœna, ac injuſtitiæ labe alium in ſecundo concurſu in damnum ejus, quem antea aptiorem judicarunt, ſeligere, ſecundum ea, quæ præter Authores ſupra citatos firmavit *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 6.*

Duo tamen adverſus hæc in Relatione præfati Vicarii Capitularis interea defuncti potiſſime opponuntur; alterum ſcilicet, quod antedictus Sacerdos Chiotti pluribus interfuerit aliarum Parochialium Concurſibus, quin unquam meruerit inter Idoneos adſcribi *niſi* (ſunt verba Relationis) *in Concurſu Alpeaſci, in quo, adnitente favore cujuſdam Examinatoris, idoneorum numero præter conſuetum adauctus eſt uſque ad ſeptimum, vel octavum*, noviſſime vero in enunciato priori concurſu ideo primum locum inter approbatos obtinuerit, quia communicatæ illi fuere reſponſiones a ſupradicto Matthæo Hyacintho Chirio, quod veluti tendens in detrimentum Competitorum non potuit abſque concurſus, & examinis invaliditate attentari, uti colligitur ex Reſolutione ſub diem 16. Novembris 1720. edita in cauſa, cui titulus -- *Dubia Concurſuum*.

Alterum. quod Ioannes Baptiſta non fuerit a Vicario in Parochum dictæ Eccleſiæ electus, quia *ex gravibus cauſis aliud*, ut dicitur in eadem Relatione, *conſcientia exigeret*; Id vero fieri utique potuit conſentance ad Sacrorum Canonum diſciplinam, juxta quam non ille ad Animarum curæ onus obeundum eſt aſſumendus, qui majoris dumtaxat ſcientiæ ſpecimen dederit; ſed qui alios exemplo prudentia, morumque honeſtate præcellere dignoſcatur, uti pluribus adductis, animadvertunt *Barboſ. ad Conc. Seſſ. 24. cap. 18. n. 118. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. Gloſ. 4. n. 112. Card. de Luc. de Paroch. diſc. 37. n. 28.*, & conſtat ex Reſolutionibus S. Congregationis in *Abellinen. Concurſus* 28. *Februarii* 1711., & in *Monopolitana Con-*

na Concursus 3. Maii 1713.; E contra vero arceri debeat quisquis vel nihil spiritualis utilitatis, vel potius scandalum Populo sibi concredito sit allaturus, quemadmodum per Textus expressos in *Cap. Inter dilectos* 11. *de excess. Prælat.*, *&* *in Cap. fin. de purgat. Canonic.* docent *Abb. in Cap.*10. *de jurejuran.*, *Reiffenstuel in jus Can. lib.*5. *tit.*37. *num.*60., *&* *Card. de Luc. de Paroch. discurs.*8. *n.*5. *&* 6.

Præcipuum itaque onus erit in hodierna colluctatione dispicere, num exceptiones a Vicario Capitulari contra Joannem Baptistam Chiotti datæ satis in facto comprobentur, vel potius eas plene refellat idem Sacerdos Chiotti præsidio documentorum, quæ exhibet in *Summ. n.*4. 5. *&* 6., ac præsertim amplissima attestatione ipsiusmet Vicarii Capitularis non diu ante habitum concursum, nempe sub annum 1735. exarata, in qua præfertur eumdem Joannem Baptistam Chiotti esse „ Presbyterum bonorum vocis, & famæ, nulla umquam fuisse Ecclesiastica censura irretitum, nec ullo de crimine apud nos, Curiamve nostram, quod sciamus, delatum, in Juventute sua pietatis specimen omnibus exhibuisse, necnon a quinquennio in hac Cathedrali Ecclesia curam Animarum laudabiliter exercuisse, actuque exercere, & in hoc munere, tum in administrandis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentis, cum in edocendo Populo rudimenta Fidei sedulam operam dedisse; ideoque eumdem habilem, idoneum, & sufficientem ducimus ad obtinendum quodcumque Beneficium Ecclesiasticum.

Ex his enim deliberare oportet.

An Judicium editum ab Examinatoribus Synodalibus in primo Concursu sit attendendum, itaut non esset locus secundo Concursui indicto a Vicario Capitulari in casu &c.

*Sess.*25.*c.*19. *de regul.*

ASTEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Frater Cherubinus a Sanctissimo Sacramento, in Sæculo Joseph Felix Cavalli nullitatem Professionis, quam die 21. Februarii 1722. sub Instituto Carmelitarum Reformatorum in Conventu Civitatis Astæ emisit, judiciaria methodo coram Ordinario, & superiore Cœnobii proponere cogitans, supplicem Sanctissimo Domino Nostro sub annum 1737. porrexit libellum, quo adversus quinquennium jam pridem transactum postulavit in integrum restitui; at remissis de more precibus ad hunc Supremum Senatum, transmissoque subinde Processu de mandato Eminentissimorum Patrum in Episcopali Curia confecto, nunc idem Frater Cherubinus, ut voti compos fieri possit, suam sub consuetudo Dubio prosequitur petitionem, cui ex duplici capite annuendum fore confidit.

Alterum est, quod ipse vi, metuque fuerit a Phisico Joanne Baptista suo Genitore ad amplectendam Religionem adactus: Id quippe arbitratur satis evinci ex depositione plurium Testium, qui in formali examine hæc potissimum perhibuere; primo nempe, quod memoratus Joannes Baptista vir esset „ molto collerico, severo, e d'umor forte, ed altero, che la sola sua presenza metteva timore a suoi Figliuoli, e Domestici, e facilissimo a dare in eccessi, ed usar mali trattamenti a' suoi Domestici, e Figlioli, e particolarmente al d. suo Figlio Giuseppe Felice, e nell'occasioni di collera, che erano ben frequenti, non solo minacciava con parole, ma esseguiva le sue minaccie coi fatti, battendo detti suoi Figlioli, e maltrattandoli, e particolarmente detto Giuseppe Felice, or con pugni, schiaffi, e calci, e con colpi di bastone, gettandoli tutto ciò, che li veniva alle mani, e ciò quasi senza ragione, oppure per qualche leggerissimo motivo „: Orator autem ex opposito cum esset Adolescens

lescens „ d'indole quieta, timido, e rispettoso, e per la sua età giovani-
„ le, e bassa corporatura non poteva altrimenti, che per isfuggire i rigo-
„ ri del Padre ritirarsi in una Religione „ : Secundo quod idem Joannes Baptista sæpius Oratori indixerit : „ che non lo voleva più in Casa, che
„ era un briccone, un'ignorante, e che si ritirasse, e andasse a farsi Frate,
„ che altrimenti gli avrebbe rotta la testa „ : minisque hujusmodi plurimum quoque adjunxit „ percosse di pugni, schiaffi, calci, e colpi di ba-
„ stone „ : Et tertio, quod reipsa paulo ante ingressum in Religionem Orator fuerit „ gravemente percosso, e ferito sopra la fronte dal d. suo Pa-
„ dre, per cui grondava sangue, e dopo uscito dalla Sala, in cui segui-
„ rono dette percosse, accorse detto Medico (*nempe Joannes Baptista*)
„ verso la persona di d. Capitolante, e gettò contro il medesimo una tevo-
„ la, o sii mattone, con cui poco mancò, che non lo colpisse sul capo, e
„ se lo colpiva, era in pericolo di darli la morte „ : Quodque multigenæ istæ Patris sævitiæ eo tenderent, ut Orator regularem statum amplecteretur, comprobari contenditur ex Epistola, quam idem Orator Augustæ Taurinorum existens dedit ad Petrum Josephum Bersanum suum Avunculum sub diem 3. Januarii 1731., quamque ipse Bersanus in actu sui examinis Judici exhibuit hisce verbis conceptam „ Lo ringrazio, che
„ lei abbia operato appresso mio Padre, acciò mi rimandasse alle Scuole,
„ ma sappia, che quì neppure posso avere di pane per levarmi l'appetito,
„ avendomi egli molto sgridato jeri, che fu quì in Torino, dicendomi,
„ che un mezzo soldo di pane al giorno senz'altro per me è anco trop-
„ po &c. Sendo io ritornato da Scuola, sono andato a trovarlo all'Oste-
„ ria, lui voleva partire per Rivara, pensando di farli piacere gli ho
„ detto, che gli auguravo buon viaggio, e lui mi ha risposto, che avrei
„ fatto meglio a partire anch'io, e darmi partito in qualche Religione,
„ che altrimenti tardi, ò tosto mi avria rotta la testa, e vedendo lui,
„ che a tal sua parlata ho tacciuto, saltando lui in colera, e replicando-
„ mi cosa sai dire, mi ha dato un schiaffo, che mi ha gettato a terra &c.
„ Piuttosto che vivere esposto a morire per le mani d'un Padre così crude-
„ le, anderò a farmi Religioso, dove potrò, perchè in nessun'altra ma-
„ niera posso allontanarmi dalla Casa, finchè lui mora &c.

Alterum vero caput, ex quo Frater Cherubinus sibi blanditur exaudiri sistit in defectu interioris consensus, quem in libello Sanctitatis Suæ porrecto declarat non præstitisse vinculo Religionis, quando voce tenus Professionem emisit : suumque revera animum tunc prorsus alienum fuisse a voluntate regularem vitam profitendi, patere contendit ex alia Epistola ad eumdem mox d. Avunculum suum data sub eamdem diem, qua professionem emisit, ubi hæc habentur „ Già Lei sa, che la disperazione per causa
„ de' continui mali trattamenti di mio Padre mi ha obbligato ad entrare in
„ Religione; oggi finisco il Noviziato, ed in quest'istess'ora devo fare la
„ mia Professione, sia maledetto chi mi ha obbligato a questa vita per
„ fuggire il pericolo di morte sotto le battiture di d. Padre, l'abbraccie-
„ rò, e dissimulerò tutto, perchè se i Padri se ne accorgessero, non mi
„ darebbero la Professione, e sarei obbligato a ritornarmene a casa a vi-
„ vere peggio che prima. Il mio Padre mi vorrebbe per sempre in Re-
„ ligione, e di più vorrebbe, che la Religione mi prendesse per niente,
„ perciò non è mai comparso, e adesso, che mi vede fuori, vorrebbe a
„ tal fine dimostrare di non esser lui tutta la causa, ma deve sapere, che io
„ non ho voluto fare nessuna renuncia, ne mai la farò, perciò ho piacere,
„ che mio Padre non sia venuto alla Professione. Finalmente mio Padre
„ morirà, ed allora voglio ritornare in Casa a godere la mia porzione

 „ perchè

,, perchè mi protesto, che solo per fuggire il Padre faccio la Professione, ,, e dirò le parole, giacchè son necessitato a così fingere, non sapendo ,, dov'altrove ricoverarmi, ma però non averò intenzione d'obbligarmi ,, alla Religione, anzi se avessi forze, e corporatura, vorrei piuttosto ,, sino alla morte del Padre andarmi a far Soldato, ma di più penso, che ,, anche da Soldato potrei esser necessitato a ritornar presto a Casa, e piccolo, come sono, non mi vorranno. Dica pure ad altri questa mia ,, protesta, acciò possino, se sarà bisogno, attestarla dopo la morte di ,, mio Padre per liberarmi da quella croce, che contro ogni mia volontà ,, vado a fingere d'abbracciare solo per fuggire i martirj di d. mio Padre, ,, il quale non posso più vedere; m'hanno dato la formula di professare ,, JURO &c. USQUE AD MORTEM, ma io giuro nel mio cuore per ,, sempre, che solo m'intendo USQUE AD MORTEM MEI PATRIS ,, senza mai obbligarmi, ne a Voti, ne a Regole.

Præterea probe agnoscens idem Orator, quod licet Religiosus, qui simulato animo Professionem emisit, illius vinculo minime obstringatur, juxta expressos Textus in *Can. Præsens.* 20. *q* 3. *in Can. Quod interrogasti dist.* 27. *& in cap. Vidua. de Regular.*, & tradunt ibi communiter Canonistæ, nequit ille tamen e Religione egredi, ac pristinam obtinere libertatem, nisi assertam fictionem, & simulationem probationibus undequaque urgentibus ostendat, eamque etiam doceat ex justa, ac honesta causa processisse, secundum ea, quæ in terminis notant *Turrecremat. in cit. Can. Quod interrogasti n.* 1., *&* 2. *Fagnan. in Cap. Si quis n.* 7. *de Regul. Passerin. de Stat. hom. q.* 189. *n.* 350. *Piton. discept. Eccl.* 110. *n.* 12. *Tom.* 4. *&* magistraliter *Rot. cor. b. m. Molines d.* 797. *n.* 16. *Tom.* 3. *part.* 2., nonnullos proinde induxit Testes, qui deposuere memoratam epistolam sibi a Petro Bersano fuisse communicatam, quique illam recognoverat veluti proprio Oratoris charactere conscriptam; Justitiam vero, & honestatem causæ, ob quam simulate ad Professionem devenisse affirmat, nedum constituit in metu superius exposito, quem valde gravem, atque, ut diei solet, cadentem in constantem virum fuisse contendit, (quum de cetero etiam simplex metus reverentialis justam aliquando causam præbere queat simulandi Professionem, juxta opinionem, quam tuetur cum aliis *Piton. d. discept.* 110. *n* 23. *Tom.* 4., *& Rota cor. bo. me. Molines d. dec.* 798. *n.* 32. *Tom.* 3. *part.* 2.) verum etiam in fame, quam, Patre necessaria sibi alimenta denegante, sustinere cogebatur, uti prænunciavit in Epistola diei 31. Jan. 1731. superius transcripta, & confirmatur ex depositionibus quatuor Testium relatis in *Summ. n.* 6. Juste autem posse a Religioso simulari Professionem, ne adducatur in discrimen pereundi fame docet *Turrecremat in cit. can. Quod interrogasti sub n.* 1. *dist.* 27. *&* cum aliis *Piton. in sæpedicta discept.* 110. *num.* 12. *& seqq.*

Ad hæc, ne ex lapsu diuturni temporis, quo Frater Cherubinus in Religione permansit, tacita Professionis ratificatio sibi objiciatur, hanc penitus excludi propugnat, sive ex eo, quod post illam emissam non semel doluerit de violentiis sibi a Patre illatis, pluriesque protestatus fuerit ,, Che non aveva avuta mai intenzione di abbracciare detto stato Religioso, ne si credeva d'essere al medemo obbligato per esimersi dalli mali trattamenti, battiture, e vessazioni del Padre, e per non morire di ,, fame, e che non si intendeva ne voleva perseverare in detta Religione, ,, perchè la Professione fatta sapeva essere nulla, e come tale, intendeva farla dichiarare, subito, che si fosse in stato di far sue parti, e che ,, a tal'effetto non aveva ancor voluto fare alcuna rinuncia alle ragioni ,, paterne ,, ut in hæc verba deponit Frater Benedictus Galantus Ordinis Mino-

Minorum S. Francisci de Paula, & concordant aliorum Testium depositiones transcriptæ in *Summ. num.*7. sive ex eo, quod idem Orator in Epistola ad Antonium Druetum data sub diem 16. Martii 1734. sensus suos ita pridem expresserit „ All'estreme afflizioni, che mi è convenuto soffrire „ da crudeli maltrattamenti del Padre, fin che mi è riuscito per fuggirli „ ritirarmi contro mia voglia in Religione, ed a quelle, che dal mio in- „ gresso ho finora sofferto per il continuo crucio di vedermi necessitato ad „ un stato, a cui non ho mai avuto inclinazione, mi è sovragiunto in „ effetto sul fiore della mia età un male abituale, cioè la Podraga &c. Que- „ sta è la ragione, per cui se non sono venuto a vederla, e non averò „ cuore certamente di venire costì, fino che viverà mio Padre, il quale „ troppo si è spiegato, e con parole, e con fatti, che non mi vuole ve- „ dere in casa &c. Finalmente mio Padre morirà, ed allora ritornerò a „ casa, riclamando a Roma colle mie più che giuste ragioni. Questa è „ l'unica mia consolazione, altrimenti sarei obbligato a dispe ami, e „ non sò, qual strada prenderei, perchè ogni giorno di vita Regolare mi „ pare un anno, e sempre, più mi è insopportabile. Spero adunque, „ che verrà un tempo in cui potrò venire a fermarmi in questo luogo col- „ le mie Sorelle, le quali tutte ben di cuore saluto, mentre mi dico.

Religio petitioni Fratris Cherubini non contradicit, quinimo Prior Conventus protestatus est, se nolle *dare Capitula contraria*, *nec amplius velle comparere in hac causa*, *& in quantum est ex parte ipsius optare*, *quod d. P. Cherubinus suum obtineat intentum*; Episcopus autem Astensis præmittens, quod ex processu liquido constet de metu Oratori incusso eum in finem, ut Religionem ingrederetur, ibique solemnem emitteret Professionem, in ea est sententia *ut præfatus frater* (sunt illius verba) *petitam gratiam possit obtinere*, *eo vel magis*, *quod*, *qui inviti monasterium ingrediuntur*, *magis peccata committunt*, *quam plangant*.

His itaque concurrentibus perpendere superest, num Oratori obesse possit saltem in classe exceptionis, quæ dicitur dilatoria, quod ipse in processu ad sui petitionem alioquin confecto non fuit formiter examinatus, adeout nihil quo sævitias secum a Patre adhibitas, suumque dissensum in actu emissæ Professionis interius servatum confirmet, immediate ab ejus ore sub juramento prolatum habeatur; quamquam vero reticeri non debet, eumdem Oratorem personaliter coram judice ab hac S. Congregatione delegato comparuisse, suisque exhibitis supplicationibus, tum induxisse Testes, tum articulos, super quibus iidem forent examinandi, juxta morem in actis obtulisse.

Itidemque ponderandum occurrit, an tacita professionis ratificatio sive susceptione sacrorum Ordinum ad titulum Religiosæ paupertatis, sive ex munere Lectoris, quod Orator in Religione exercuit, ita desumatur, ut eadem non satis exclusa dici possit ex ipsius Oratoris querimoniis, atque protestationibus identidem emissis, quippe, quæ non apparent iteratæ post annum 1734, Super qua tamen circumstantia præstat in facto adnotare, Patrem Fratris Cherubini supervixisse usque ad mensem Junii 1736. ejusdemque Religiosi preces pro impetranda restitutione in integrum Sanctissimo datas ante mensem Maii insequentis anni 1737. fuisse ad hanc Sacram Congregationem remissas.

Omnibus vero perspectis, grave non erit Eminentiss. PP. pronunciare. *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.*

NUL-

Sess. 22. c. 2. de Ref.

NULLIUS TERRÆ FONTIANI CAPPELLANIÆ. Canonicus Petrus Angelus, & Franciscus Antonius germani Fratres de Romanellis anno 1728. ad quamdam Cappellaniam sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo in Ecclesia S. Michaelis Archangeli Terræ Pontiani erectam nominarunt Clericum Basilium Antonium Palenca: ,, ad hoc (*sunt verba instrumenti nominationis*)
,, ut d. Clericus possit consequi Ordines Sacros cum obligatione eidem injuncta celebrandi onera Missarum duodecim pro anima bon.
,, mem. Petri de Dominis pro legato in donatione ab eodem facto &c.
,, annui reditus scut. duorum cum dimidio &c. & pro anima d.q. Andreæ Angeli de Dominis pro legato eidem Cappellaniæ relicto annui reditus scut. sex monetæ cum onere Missarum quadraginta octo
,, annuatim &c. & promiserunt manutenere &c. donec fuerit provisus
,, de alio Beneficio Ecclesiastico, alias &c. quia sic &c. cum pacto,
,, quod prædicta nominatio ad Cappellaniam prædictam duret, &
,, durare debeat, donec, & quousque idem Clericus fuerit provisus
,, de alio Beneficio Ecclesiastico ad congruam ejus vitæ sustentationem
,, sufficienti, quo casu supradicta Cappellania, & nominatio alterius
,, Cappellani libere revertatur ad eosdem DD. de Romanellis.

Hac itaque Cappellania provisus idem Blasius Antonius Palenga Sacerdotio fuit inauguratus; at cum nuperrime aliam Cappellaniam a Nicolao Sanctolino sub invocatione Sanctissimi Salvatoris in Ecclesia Collegiata S. Nicolai ejusdem Terræ Pontiani recens erectam annui reditus scutorum quatuordecim circiter fuerit assecutus, contendentes prædicti Fratres de Romanellis, non posse amplius ab ipso priorem Cappellaniam retineri, Monitorium in hunc finem adversus illum expedivere coram A.C., a quo subinde ex decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi causa avocata, ejusque cognitione Sacro huic Senatui commissa, oportet hodie discutere Dubium ad calcem præsentis Restrictus apponendum, quod sæpedicti Fratres de Romanellis sapientissimo Eminentissimorum Patrum judicio subiici postularunt.

Patrimonium Sacrum posse sub ea conditione constitui, ut Clericus ad ejus titulum Sacris initiatus teneatur illud dimittere statim, ac Beneficium aliquod Ecclesiasticum assequatur, vel aliunde subsidia ad congruam vitæ sustentationem idonea obtineat, docent communiter Canonistæ, adducti per *Rot. in Ferentina fideicommissi* 28. *Junii* 1723. *cor. Ratto*; adveniente enunciata conditione, Patrimonium ad eum, illud ita assignavit, reverti, constat ex firmatis per Sacræ Rotæ Auditorium in *Ferentina Fideicommissi* 28. *Junii* 1723. §. *Absque eo quod & seqq. cor. Ratto*, & *in Anconitana Immissionis* 26. *Aprilis* 1728, §. *Nullatenus attenta coram Nunez.* & resolvit Supremum hoc Tribunal *in Nullius, seu Spoletana* 12. *Martii* 1650. *lib.*19. *Decr. pag.*31. *in Tolentina Patrimonii* 10. *Maii* 1692. *l.*42. *Decr. pag.*277. *in Senogallien.*27. *Junii* 1705. *ad IV.*, & *V. Dub. lib.*55. *Decr. pag.*233. *in Romana, seu Nepesina Patrimonii* 27. *Junii* 1711. *l.*61. *Decr. pag.*303.

Verum, si Cappellania, de qua disceptatur, esset Ecclesiastica, atque ut dici solet, in perpetuum titulum collativa, ponderandum foret num ea, quæ de Patrimonio Sacro prænotata sunt, eidem Cappellaniæ

niæ aptari possent, cum de cetero in ea hypothesi adversari videretur conditioni a Fratribus de Romanellis in nominatione, seu præsentatione Blasii Antonii adjectæ ingenita Beneficii Ecclesiastici indoles, quæ illud non temporale, sed perpetuum, & liberum postulat, juxta *Gloss. in Can. Pastoralis* 7. *q.* 1, *Verb. Gubernare, ibique Geminian. n.*3. *Bellamer. sub n.*1. *Turrecrem. n.*7. *Archidiacon. n.*4. ita ut sine Pontificis authoritate nequeat ad tempus, vel sub certa conditione conferri, ad tradita per *Gloss. in cap. Si Gratiose verb. a Romano de Rescript. in* 6. *Garz. de Benef. part.*1. *cap.*2. *n.*79. *in fin. Covar. var. resol. lib.*3. *cap.*16.*num.*2. *Mandos. in reg.*3. *Cancell. q.*11. *n.*3. *Corrad. prax. Benef. lib.* 1. *cap.*6. *n.*281. 288. *& seqq. Sanchez. Consil. Mor. lib.*2. *c.*2. *dub.*27. *n.*3. & quæcumque pactio, per quam Beneficium vel ad tempus, vel sub certa aliqua conditione conferatur, sive ad illud fiat præsentatio, per Ecclesiasticas Sanctiones reprobetur ut notant *Fagnan. in cap. Nisi essent n.*19. *de Præben.*, *Ugolin. de Simon. Tab.*1. *c.*3. *sess.*4. *n.*5. *Murga de Benef. q.*3. *n.*1115., & rescripsit Sacra Congregatio *in Tudertina Cappellaniæ* 12. *Martii* 1718., *& in Florentina eadem die. ut in lib.*68. *Decr.*83. *& seqq.*

Præterea expendendum erit, num Fratres de Romanellis, uti voti compotes in hodierna sua petitione efficiantur, probare debeant, qualitatem Beneficii Ecclesiastici concurrere in Cappellania, quam novissime Blasius Antonius obtinuit, ejusque reditus ad congruam ipsius sustentationem sufficere, cum resolutio ab iis propugnata præcedentis suæ nominationis eo tantum in casu videatur locum habere posse, quo dictus Blasius Antonius *fuerit provisus de alio Beneficio Ecclesiastico ad congruam ejus vitæ sustentationem sufficienti &c.*, juxta verba ejusdem nominationis superius transcripta.

Rogatus Eminentissimus Cardinalis Laurentius de Alteriis Abbas Commendatarius Sacram Congregationem hac de re instructam reddere, suique animi sententiam aperire, post summatim descriptam facti seriem supra expositam ita concludit. *Cum jam de eadem Cappellania Palonga provisus fuerit, cujus redditus est superior eo fructu, quem reddebat Cappellania, ad cujus titulum promotus fuit, consensu obtento a DD. de Romanellis, incurrendam ideo existimo esse resolutionem jam factæ ejus favore nominationis, censerem propterea a Sacra Congregatione decernendam esse, prout ab ipsis de Romanellis petitur, si EE. VV. videbitur.*

Decidendum ergo proponitur.

An sit factus locus resolutioni nominationis ad Cappellaniam, de qua agitur in casu &c.

TOLETANA CATHEDRATICI. Cum nuper ad tramites providæ Constitutionis Benedictinæ incipientis: *Pastoralis Officii*: unita fuerint Præbendæ Theologali Cathedralis Ecclesiæ Tolentinæ tria simplicia Beneficia, unum scilicet anno 1726., & alia duo sub annum 1728., Antonius Magonzelli, qui postmodum de dicta Theologali Præbenda obtinuit provideri, ratus, se minime teneri annuum Cathedratici censum pro dictis tribus Beneficiis eidem Præbendæ unitis Epi- *Sess.*24. *c.*12. *de Ref.*

Episcopo solvere, Sacrum hunc adiit Consessum postulans ab ejusmodi præstatione sibi dudum præsulis nomine indicta immunem declarari.

Contendit ille nimirum, nihil Cathedratici jure posse Episcopum ab ipso exigere supra id, quod collective omnes dictæ Cathedrali Canonici eidem ex condicto persolvunt, tum quia præfata tria Beneficia *extinctive*, ut ait, fuerunt Theologali Præbendæ *per incorporationem* unita, adeout unica tantum Præbenda Beneficiaria debeat odie considerari, tum etiam quia in actu ejusmodi unionis nullum fuerit Cathedratici jus super controversis Beneficiis Episcopali Cathedræ reservatum. Conta vero Episcopus dublici potissimum titulo arbitratur ex tribus memoratis Beneficiis Cathedraticum sibi deberi in summa a Concilio Romano *tit.*6. *cap.*4. pro eorum unoquoque præfinita: altero scilicet, quia eorumdem Beneficiorum uniones utpote factæ a VicarioGenerali Episcopo antecessoris speciali facultate ad id necessaria destituto irritæ prorsus, & invalidæ sint, ad tradita per *Ventrigl. in prax. for. Eccl. art.*2. *annot.*8. §.1. *n.*10. *Garz. de Benef. par.*12. *cap.*2. *n.*69. *Pax Jordan. elucubr. Tom.*2. *tit.*32. *n.*42. & scite monet *Eminentissimus Petra in Comment. ad Constit.*1. *D. Leonis Magni sect.*2. *n.*82. *pag.*76.; ita quidem ut Beneficia prædicta, ipsorum unione sublata, eidem, ut antea, Cathedratici oneri adhuc subjaceant; altero autem, quod, ubi etiam oppugnatæ uniones sustineri velint, qualescumque illæ tandem, sive, ut ajunt, æque principaliter, sive accessorie tantum peractæ censeantur, nullum quiverint Cathedræ Episcopali detrimentum afferre, quemadmodum agentes in specie de Cathedratico notant *Abb. in cap. Conquerente de Censib. n.*11. *ibique Ancharan. n.*52. *Fagnan. num.*10., *&* 43. *Reiffestuel. in Jus Can. lib.*3. *tit.*39. §.1. *n.*13., & resolvit Sacra Congregatio *in Cathacen.* 21. *Maii* 1644, *lib.*17. *Decr. pag.*321. *in Amalphitana Cathedratici* 26. *Februarii* 1707. *lib.*57. *Decr. pag.*68. *& in Maceraten. Cathedratici* 8. *Maii* 1734. *lib.*84. *pag.*215.

His itaque libratis rationum momentis hinc inde latius fortasse exornandis, non graventur Eminentissimi PP. pronunciare.

An, & in qua summa Canonicus Theologus solvere teneatur Cathedraticum Mensæ Episcopali etiam pro Beneficiis unitis Præbendæ Theologali in casu &c.

*Sess.*25. *Decr. de obser. & evit. in celeb. Miss.*

NOLANA REDUCTIONIS MISSARUM. In publico instrumento sub ann. 1650. exarato Canonici Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Summæ obsecundantes votis Fundatorum, & Confratrum Societatis, & Congrugationis *Mortuorum* nuncupatæ, usum unius Sacelli, in quo pia opera, aliæque functiones possent a dictis Confratribus juxta proprium Institutum peragi, eisdem concessere: Confratres autem polliciti sunt Missas omnes in suffragationem Sodalium defunctorum celebrandas Prerbyteris dictæ Collegiatæ, & Capituli committere sub eleemosyna unius caroleni pro qualibet Missa: Deinde vero in alio instrumento sub annum 1699. confecto memorati Confratres statuerunt,, fondare una Messa quotidiana da celebrarsi in d. Cap-
,, pella di d. Congegatione in detta Chiesa Collegiata colla carità di
,, grana

„ grana dodici, e mezzo per ciascuna Messa, ed anche per aumentare
„ la divozione de'Fedeli, ed edificare un Cemeterio per conservare
„ la Terra per sepelirvi i Cadaveri, *Cumque eum in finem supplicassent Capitulo ejusdemCollegiatæ* ad accettarela d.Messa quotidiana
„ con dover celebrare in detta Cappella alla detta ragione di grana
„ dodici, e mezzo, ed a cedere alla detta Congregazione il vacuo
„ sotterraneo dalla parte della Cappella del Glorioso S. Antonio „
Canonici sese obstrinxerunt, præfatam Missam quotidianam in perpetuum ad rationem granorum duodecim cum dimidio celebrare.

Ad hodierna ferme tempora per Canonicos, aliosque Presbyteros dictæ Collegiatæ enunciata Missa celebrata fuit ad rationem eleemosynæ in granis duodecim cum dimidio statutæ; cum autem novissime Confratres intellexerint, Missarum reductionem a Canonicis prædictis in vim Indulti a fa. me.Benedicto XIII, concessi Episcopis, qui Concilio Romano nuper coacto interfuerunt, fuisse impetratam, putantes, id cedere in detrimentum suffragationis Sodalium defunctorum, & cultus Sacelli sibi pridem a Capitulo concessi, irritam, invalidamque postulant dictam Missarum reductionem ab hoc Supremo Consessu declarari, suamque petitionem duplici nomine satis fulcuris contendunt.

Alterum est, quod in præsenti themate agitur de Missarum onere non per Legatum, sed per contractum suscepto; Sacra etenim Congregatio nunquam consuevit Missarum onera, si per contractum suscepta fuerint, reducere, quinimmo Indulta, quæ ab Apostolica Sede fuerunt impertita pro moderandis Missarum oneribus, haud quaquam suffragari ad reducenda onera per contractum suscepta pluries rescripsit,& signanter in *Maceraten. oneris Missarum* 15. *Novembris* 1687. *lib.*73. *Decr. pag.*636,, *in Montis Politiani* 3. *Septembris* 1716. *lib.*66. *Decr. pag.*429., & novissime *in Romana Reductionis Oneris Missarum* 18. *Aprilis* 1733. *lib.*83. *Decr. pag.*166, *& in Faventina Oneris Missarum* 27. *Februari* 1734. *lib.*84. *Decr. pag.*94.

Alterum in eo versatur, quod pro celebratione sæpedictæ Missæ quotidianæ non fuit a memorata Societate assignatus Capitulo certus fundus, cujus reditus progressu temporis imminui potuerit, sed eadem Confraternitas in præmisso instrumento se obligavit eleemosynam granorum duodecim cum dimidio nulli obnoxiam periculo pro unaquaque Missa persolvere, adeoque onus ejusmodi Missæ quotidianæ nunquam cessurum in dispendium Capituli nequiverit, juxta regulam pro aliis Missis quotidianis traditam, sub præsidio enunciati Indulti ad rationem eleemosynæ perpetuæ nimirum scutorum sexaginra reduci, quemadmodum in similibus terminis fuit ab hoc supremo Tribunali resolutum in *Romana Reductionis Oneris Missarum* 22. *Martii* 1732., *& in alia Romana Reductionis Oneris Missarum* 28. *Februarii* 1733. *& in Florentina Applicationis Missæ quotidianæ* 24. *Julii* 1734.

His itaque ponderatis, quibus Capitulum nihil hactenus respondit, grave non erit EE. VV. rescribere.

An sustineatur reductio Missarum in casu &c.

Die Sabathi 14. Martii 1739.

IN amplissimo EE. VV. Consessu, sub diem 28. Februarii proxime præteriti habito discutiendæ erant novem Causæ, quæ ut moris est, In folio ea die distributo fuerant descriptæ; id autem cum aliorum negotiorum copia, & gravitas vetuerint, hodie EE. PP. juxta Collitigantium preces dignabuntur decidere.

Sess. 24. c. 12. de ref.

AMALPHITANA CATHEDRATICI, ET PROCURATIONIS.

I. *An ab Abbate Ecclesiæ S. Mariæ Terræ Positani debeatur Cathedraticum Archiepiscopo Amalphitano in casu &c.*

II. *An eidem Archiepiscopo competat jus visitandi prædictam Ecclesiam S. Mariæ*; & quatenus affirmative.

III. *Ad d. Archiepiscopo debeatur procuratio in casu &c.*

Affirmative in omnibus, & amplius.

Cap. 4. sess. 24. de ref.

FLORENTINA JURIUM PAROCHIALIUM.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis in omnibus, & amplius.

Sess. 25. c. 19. de ref.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Prævio recessu a Decisis, esse locum restitutioni in integrum.

Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr.

HISPALEN. DISPENSATIONIS.

An sit consulendum Sanctissimo pra dispensatione super Matrimonio rato & non consummato in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 24. c. 18. de ref.

SALUTIARUM PAROCHIALIS.

An Judicium editum ab Examinatoribus Synodalibus in primo concursu sit attendendum, itaut non esset locus secundo Concursui indicto a Vicario Capitulari in casu &c.

Affirmative.

AS

ASTEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. *Sess. 25. cap. 19. de ref.*
An sit locus Restitutionis in integrum in casu &c.

Affirmative.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI CAPPELLANIÆ. *Sess. 21. c. 2. de ref.*
An sit factus locus resolutioni nominationis ad Cappellaniam, de qua agitur in casu &c.

Negative, & amplius.

TOLENTINA CATHEDRATICI. *Sess. 24. c. 13. de ref.*
An, & in qua summa Canonicus Theologus solvere teneatur Cathedraticum Mensæ Episcopali etiam pro Beneficiis unitis Præbendæ Theologali in casu &c.

Affirmative in summa præscripta a Concilio Romano, & amplius.

NOLANA REDUCTIONIS MISSARUM. *Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celeb. Missar.*
An sustineatur reductio Missarum in casu &c.

Negative, & amplius.

Die Sabathi 11. Aprilis 1739.

ROMANA UTENSILIUM. Contendente Jo. Sterbini hærede Fabritii de Martinis, oneri sibi in Testamento ejusdem Fabritii injuncto fecisse satis, statim ac ipse juxta legem a prefato Testatore indictam Ven: Ecclesiæ Monialium S. Ceciliæ: *per l'incomodo, e consumo di cera, ed altro per la celebrazione delle Messe*; quæ debet ibidem a decem Cappellanis quotidie peragi, assignavit decem loca montium; contra vero authumantibus dictis Monialibus, annuam summam scutorum triginta ex iis decem locis montium percipiendam parem haud esse omnibus expensis Sacrorum Utensilium ab ipsarum Ecclesia ob enunciatas Missas sustinendis, adeoque vel memoratum Joannem Sterbini, vel unumquemque ex dd. Cappellanis ad congruum teneri supplementum, quo pia Testatoris voluntas absque ulla Monasterii, & Ecclesiæ jactura queat adimpleri, discussa fuere duo hæc dubia: *I. An debeatur augmentum pro utensilibus Cappellaniarum, & pro qua summa, & quatenus affirmative. II. An debeatur ab Hærede, seu potius a Cappellanis in casu &c.*, quorum primo cum sub diem 13. Septembris superioris anni responsum fuerit: *Deberi usque ad scuta* *Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celeb. Mis.*

quatuor pro qualibet Cappellania, quo vero ad secundum damnatum sit, ut iterum proponeretur, hodie propterea rogantur EE. PP. resumpto folio sub diem mox indicatam distributo, pronunciare.

An augmentum usque ad scuta quatuor pro qualibet Cappellania debeatur ab Hærede, seu potius a Cappellanis in casu &c.

Affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam.

Seff. 22. Decr. de observ. & evit. in celeb. Missar.

TRIDENTINA TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. In Congregatione diei 13. Septembris elapsi anni quinque hæc Dubia fuere disceptata. *I. An sustineatur erectio Beneficii, de quo agitur, seu potius obstet voluntas Testatoris, juxta quam legatum Florenorum* 4000. *relictum Ecclesiæ B. M. Pellizzani censendum sit simplex opus pium cum onere Missarum. II. An sit servanda transactio anni* 1720. *III. An jus præsentandi Beneficiatum, seu nominandi Cappellanum spectet ad illos de Familia Guarischetta, seu potius ad Rectorem dictæ Ecclesiæ S. M. Pellizzani. IV. An sit locus Indulto translationis oneris Missarum, & quatenus negative. V. An sit locus dispensationi ad vitam Oratoris in casu &c.* prodiitque resolutio. *Ad I. negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam, ad reliqua provisum in primo, & amplius*; sub diem vero 24. Januari proxime præteriti, discusso ad preces Gasparis Particella, qui prius obtinuerat denuo audiri, consueto Dubio. *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis*: rescriptum fuit: *Prævio recessu a decisis, ad I. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad II. negative. Ad III. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad IV. & V. negative*; at huic posteriori resolutioni non acquiescentibus Prioribus Villæ Pellizzani oportet hodie statuere.

An sit standum in primo, vel in secundo loco Decisis.

Dilata.

Sess. 24. c. 12. de ref.

ACERNEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM, ET JUBILATIONIS. Postulante Philippo Ragone altero ex viginti Canonicis, quibus præter quatuor Dignitates constat Insignis Collegiata Ecclesia S. Petri Montis Corvini, quotidianas omnes distributiones a tempore, quo causa infirmitatis coactus fuit a Chori, Ecclesiæque servitio abesse, huc usque decursas, & amplum Jubilationis indultum, quod assiduo, laudabiliq; servitio præfatæ suæ Ecclesiæ ultra quadraginta annos præstito putat demeruisse, bina hæc Dubia duplicem ejus petitionem complectentia. *I.* Scilicet *An Canonico Philippo Ragone, attenta ejus infirmitate, debeantur distributiones quotidianæ, & alia emolumenta, de quibus agitur, in casu &c, & II. An sit locus jubilationi, & exemptioni a Choro, & ad quem effectum in casu &c,* semel iterumque descripta fuere in foliis dierum 10., & 24. Maii superioris anni,

anni, at quia eomet tempore sex alii ejusdem Collegiatæ Canonici asserentes, par ab ipsis Ecclesiæ servitium quadraginta annorum spatio fuisse persolutum, pro simili jubilationis Indulto supplicarunt, indeque visum est, vix fieri posse, ut illud una simul omnes absque nimio Ecclesiæ cultus detrimento obtinerent, satius duxere Eminentissimi PP. præmissorum Dubiorum resolutionem suspendere, donec Archiepiscopus Salernitanus ex iis, quæ in libello dictorum sex Canonicorum fuerant in enunciatum finem impetrandi Jubilationis Indultum exposita, Sacram Congregationem instrueret.

Cum itaque memoratus Archiepiscopus novissime hæc in facto retulerit; Primo scilicet, se compertum habere, sex illos Canonicos non alioquin recursum ad Sacram Congregationem ihstituisse, quam ut impedimento essent, ne dictus Canonicus Philippus Ragone simile Indultum obtineret. *Id enim* (sunt ejus verba) *obtestati ipsi sunt apertissime, declarantes insuper, se lubenter a postulatione Indulti recessuros, si & Canonicus Ragone a petitione desisteret sua; imo Canonicus Franchinus de facto supplicationi ea de re apud EE. VV. institutæ jam renunciavit*; Secundo sibi ex Subdelegati Relatione constare: *Bullas Canonicatus Cantoris Mainini datas fuisse sub die decimo secundo Januarii* 1709., *possessionemque captam iisdem die, mense, & anno Bullas Thesaurarii Ferrari expeditas sub die quinto Decembris* 1713., *possessionemque eodem die incontinenti initam, Bullam Canonici Franchino expeditam sub die* 21. *Febr.* 1693., *& sequenti die possessionem obtentam, Bullas Canonici della Corte expeditas sub die trigesimo Januarii* 1691., *& sequenti die possessionem captam, Bullas Canonicatus Angeli del Vaglio datas sub die quarto Maii* 1704., *& die undecima ejusdem Mensis, & anni possessionem captam; Bullas Canonici Pico expeditas die secundo Novemb.* 1708., *possessionemque statim captam &c. Bullas Canonici Ragone expeditas sub die decimo secundo Julii* 1694., *earumque vigore possessionem proviso traditam die decimo nono ejusdem Mensis, & anni. Ut quidem liqueat, ipsum antiquiorem Canonicum cæteris esse, & servitio Collegiatæ Ecclesiæ suæ per annos quadraginta quatuor addictum fuisse*. Et tertio denique eumdem Subdelegatum sibi significasse, quod ipse extrajudicialiter cognoverit, *sex ex Canonicis concurrentibus ad Indultum Jubilationis cum Canonico Ragone, Canonicos Majorino, Franchino, della Corte, del Vaglio, & Pico prospera valetudine frui, servitioque Ecclesiæ prædictæ idoneos esse, solumque Thesaurarium Ferraro chiragra, & podagra laborare, contra vero Canonicum Ragone cancro, quo tenetur, exosam habere faciem, oculumque, ac prorsus inserviendi Ecclesiæ inhabilem esse. Præterea Canonicos della Corte, Vaglio, & Pico non assiduos ejusdem servitio fuisse; Primus enim per quinquennium abstinuit domi agens ad inimicorum vim, quam timere dicebat, eludendam. Reliqui duo Neapolim diu moram traxerunt animi recreandi gratia*; Quibus expositis ita concludit: *Quapropter censerem, acturos vos, Patres Eminentissimi, pro vestra humanitate, & sapientia, si rejectis Instantiis sex Canonicorum invidentium misericordiam fieri proximo suo Canonico Ragone, quem cance*

cance

cancer deformat, & pro scandalo, & abominatione Populi ab Ecclesiæ Ministerio arcet id, quod postulat, indulseritis.

Rogantur modo EE. VV. decidere.

I. *An Canonico Philippo Ragone, attenta ejus infirmitate, debeantur distributiones quotidianæ, & alia emolumenta, de quibus agitur in casu &c.*

II. *An sit locus jubilationi, & exemptioni a Choro, & ad quem effectum in casu &c.*

Ad I. affirmative exceptis distributionibus, & emolumentis, quæ juxta testatorum voluntatem debentur tantum actu interessentibus. Ad II. affirmative ad effectum obtinendi Indultum juxta formam consuetam.

Sess. 21. c. 4. de ref.

ASCULANA DISMEMBRATIONIS. Populus Villæ Materæ in supplici libello pridem Summo Pontifici porrecto, & a Sanctitate Sua ad sacrum hunc Consessum remissio inter cætera exponens, „ Ritrovarsi unito alla Cura di Quintodecimo molto distante dal „ proprio luogo, e detta Villa di Matera esser situata in luogo Mon„ tagnoso, e di strada disastrosa alpestre, ed impratticabile tanto più „ nelli quattro, o sei mesi d'inverno,, ne' quali è coperta di gran „ copia di nevi, e giacci, con un fosso di mezzo in forma di una rupe, „ ove sono caduti, e precipitati animali quadrupedi per esser detto „ fosso impratticabile; ed inoltre l'istessa strada sassosa di pietra viva „ dirupata, per il che essere accaduto molte volte alli poveri Abi„ tanti morire senza i Sacramenti necessarii continuamente, e gene„ ralmente senza assistenza di Sacerdote: e di restare il popolo tutto „ senza istruzione nelle cose necessarie della Santa Fede mancandogli „ continuamente la Messa &c. oltre molti accidenti, che sono occorsi „ nel morire le creature senza Battesimo per la strada nel portarle a „ Quintodecimo a battezzare, ed a causa ancora, che il Curato „ istesso resta continuamente occupato dalla cura di 500. anime, „ che li restano d'altre Ville annesse, *prætereaque subjungens*, Che „ nel conseglio publico tenutosi nel 1733. fu risoluto di costituire un „ nuovo Curato &c. a propria nomina, ed erigere in Parochiale „ la Chiesa del titolo di S. Benedetto col beneplacito di Monsignor „ Illustrissimo Vescovo &c. cogli assegnamenti de' beni assegnata alla „ Chiesa di S. Benedetto, e sua Cappella, oltre mezza prebenda di „ grano per anima ogn'anno, che in tutto il fruttato ascende a scudi „ trentacinque &c., *demisse supplicavit*, a degnarsi di provedere „ alla salute delle anime loro con permettere benignamente la sudetta „ smembratione, ed erezione della sudetta nuova cura.

Jussus Asculanus Antistes de iis, quæ in hujusmodi libello fuerunt exposita, EE. PP. certiores reddere, hæc ad rem potissime facientia rescripsit; primo nempe, quod antedicta Villa Materæ *est annexa Ecclesiæ Parochiali Quintodecimi distans ab ea quasi per tria milliaria per vias impervias præcipue hyemali tempore, in quo ultra dictam laboriosam distantiam difficultatur accessus ad Parochialem Quintodecimi*

decimi a copia nivium, a gelu, foveoque intercedente; secundo, quod complures coguntur *omittere Sacrum diebus Festis, non possunt interesse instructioni Doctrinæ Christianæ, unde oritur prægrandis ignorantia in illo populo, & multi periclitantur non solum decedere sine assistentia Sacerdotis, quod passim contigit, sed etiam sine Sacramentorum receptione*; Tertio, quod ipse in actu Pastoralis Visitationis sub annum 1733. peractæ *ad evitanda supradicta incommoda & pericula* decrevit, *doceri de fructu annuali pro manutentione Parochi ad effectum providendi, & interim deputari Cappellanum in Ecclesia S. Benedicti intra limites sæpedictæ Villæ Materæ existente*, quodque noscens ex documentis a Populo dictæ Villæ exhibitis, posse novo Parocho scuta triginta ex peculiaribus dictæ Ecclesiæ S. Benedicti, & ex decimis a Populo persolvendis assignari; Parocho autem Quintodecimi ex reditibus suæ Ecclesiæ ad annua sc. 100. circiter ascendentibus congruam superesse sustentationem, statuerat, eamdem Ecclesiam S. Benedicti, prævia dismembratione tam dictæ Villæ Materæ, quam alterius Vallecchiæ a Veteri Parochiali Quintodecimi in novam Parochiam erigere, sed memorato Parocho dismembrationi contradicente, paratoque Cappellanum in præfata Ecclesia S. Benedicti constituere, a quo cura animarum ibidem exerceretur, oblatæ istius Cappellani deputationi consensit; & quarto tandem, quod exorta subinde inter Parochum, & populum Materæ controversia, quis eorum teneretur Cappellano antedicto stipendium solvere, Cappellanus videns, non posse mercedem consequi, è dicta Ecclesia recessit, adeoque Populus assistentia dicti Cappellani destitutus Summum adierit Pontificem, ut spirituali ipsius regimini aptius consuleretur.

His acceptis, Sacra Congregatio sub diem 2. Novembris 1734. commisit Episcopo, ut ea in re, *prout juris fuerit, provideret juxta dispositionem S. Concilii Tridentini Sess. 21. cap. 4. de Ref.*; Quare obsequutus Episcopus, Processu coram suo Vicario Generali confecto, auditoque Jacobo Secundi Parocho dictæ Ecclesiæ Quintodecimi, sub die 25. Martii 1730. hoc edidit Decretum: ,, Villas Materæ, & Vallecchiæ cum Oratorio S. Benedicti in dicta Villa Materæ fundato, ,, hominibus, Incolis, Familiis, & Territoriis a Parochiali Ecclesia S. Mariæ de Plano Quintodecimi separamus, dividimus, ,, & dismembramus, & dictam Ecclesiam S. Benedicti Villæ Materæ ,, in Parochialem Ecclesiam assignamus, & constituimus, dantes, & ,, concedentes Incolis, & habitatoribus dictarum Villarum plenam, ,, & integram potestatem in dicta Ecclesia noviter fundata Fontem ,, Baptismalem, Cœmeterium, & alia insignia Parochialitatis constituendi, & retinendi pro exercitio veræ curæ, & Vallecchiæ eligimus, & deputamus R. D. Matthiam Riti Orsini de dicto Castro Quintodecimi quatenus idoneus a nobis reperiatur, & Examinatoribus Synodalibus &c. Pro sustentatione vero, & onerum ,, supportatione Rectoris Ecclesiæ Parochialis S. Benedicti Villarum ,, Materæ, & Vallecchiæ, & successorum in perpetuum assignamus, ,, & consignamus Bona dictæ Ecclesiæ S. Benedicti, & Cappellæ in ,, ea fundatæ, & fructus illarum, & decimas cujuscumque generis ,, in specie solvi solitas in Processu, ut supra fabricato content., ,, & con-

,, & confirmat., & refpective expreffas afcenden. in totum ad fcuta
,, triginta circiter monetæ Romanæ, una cum oblationibus, eleemo-
,, fynis, aliifque competen. &c. Refervamus Jus nominandi, & præ-
,, fentandi rectorem, quoties pro tempore vacare contigerit, f vore
,, cujus, vel quorum de jure &c. prout etiam inftituendi &c. Ut ei-
,, dem Ecclefiæ Matrici debitus honor fervetur volumus, & manda-
,, mus, quod fingulis annis die Fefti S. Benedicti 21. Martii poffit,
,, & debeat in dicta nova Parochia Miffam canere R. D. Plebanus
,, Ecclefiæ S. Mariæ de Plano Quintodecimi.

At, provocante adverfus ejufmodi Decretum præfato Jacobo Secundi oportet modo ad petitionem fæpedicti Populi Materæ, Vallecchiæ tum ex juribus ipfius nomine circumferendis, tum ex iis, quæ circa fimiles controverfias adnotata funt in *Lunen. Sarzanen. Difmembrationis* 8. *Martii*, & 27. *Septem.* 1732. *in Aften. Difmembrationis* 6. *Dec. ejufdem anni*, & *in Derthonen. Difmembrationis* 24. *Jan. proxime præteriti*, declarare.

I. *An difmembratio facta ab Epifcopo Afculano fuftineatur*, & quatenus negative.

II. *An fit providendum de Vicario perpetuo*, & *cujus fumptibus*, *in cafu &c.*

Ad I. affirmative. Ad II. provifum in primo.

Sef.7. cap.7. & fef.24.c.13. de rpf.

LEGIONEN., ET ASTORICEN. UNIONIS. Cum in Collegio Patrum Societatis Jefu Civitatis Legionenfis fub initio illius fundationis feptem ex Presbyteris ejufdem Societatis pio tradendi exercitia fpiritualia Inftituto, facris peragendis Miffionibus, affiduæque Sacramentorum adminiftrationi fedulo vacarent, quinque erudiendis Adolefcentibus ufque ad frequentem octingentorum circiter numerum ipforum fcholas convenientibus Magiftrorum implerent munus, duodecim vero tertium, quem vocant, probationis agerent annum, itaut omnes Religiofi ibidem degentes ad quatuor fupra viginti ut plurimum folerent afcendere, poftmodum imminutis ob temporum calamitates Collegii reditibus, debuit illorum quoque numerus coerceri, itaut fex ad fummum hodie Sacerdotes ibi retineantur, & vix centum adolefcentes ad ejufdem Collegii fcholas accedant.

Ad reparanda itaque damna rei publicæ, uti afferebatur, inde promanantia, ufque fub annum 1722. fupplicatus fuit fan. me. Innocentius XIII. ut binas Parochiales Ecclefias, alteram in loco nuncupato *de Zebrones* Diœcefis Aftoricenfis erectam, & alteram fub titulo S. Jufti in loco *de los Otetos* Diœcefis Legionenfis exiftentem eidem Collegio dignaretur unire, injuncto tamen onere deputandi Vicarios ad nutum amovibiles, qui animarum curam in dictis Parochialibus obire tenerentur; at ejufmodi precibus ad Sacram Congregationem remiffis, Caufa primum defcripta in folio diei 5. Decembris 1722. fub Dubio utramque Parochialem complectente, ea tamen die non propofita, neque in fubfequenti Congregatione diei 30. Januarii 1722. refoluta, cum interea temporis vacaverit Ecclefia Parochialis S. Jufti Legionenfis Diœcefis prætermiffa petitione unionis quoad Parochialem loci

loci *de Zebrones* in Diœcesi Asloricensi sitam, versata deinde fuit super unione tantum Parochialis primodictæ, adeout bina hæc Dubia fuerunt discussa. I. *An sit locus unioni Parochialis Legionensis, de qua agitur*. II. *An Vicarius pro exercitio curæ animarum debeat esse perpetuus, seu amovibilis ad nutum*: quibus die 24. Aprilis 1723. responsum fuit: *Ad I. negative. Ad II. provisum in primo, ut in lib.73. Decr. pag.169.*

Post editum hoc rescriptum nil aliud actum fuit in Causa; novissime vero, tam moderni rectoris præfati Collegii, aliorumque Presbyterorum Societatis Jesu ibi degentium, quam comitis Emanuelis Iosephi Alvari Borgia prædictarum Parochialium Patroni, nec non Alvari Francisci Xaverii illius Primogeniti nomine porrecta fuit Sanctissimo D. N. supplicatio, in qua, nulla quidem enunciatæ postulationis, ut supra, rejectæ habita mentione, sed late expositis calamitatibus, & infortuniis dicti Collegii, descriptoque miserrimo illius Statu, denuo flagitatur, in spirituale animarum ejus Regionis beneficium, atque ad fovendum ibi bonarum artium, scientiarumque cultum binas memoratas Parochiales prædicto Collegio Apostolica authoritate perpetuo uniri, & incorporari, itaut iisdem Parochialibus imposterum præfici debeant in Vicarios perpetuos duo Presbyteri seculares a Rectore ejusdem Collegii pro tempore existente nominandi, & per Ordinarium loci respective prius examinandi, & approbandi cum assignatione congruæ juxta morem illarum Partium, nec non juxta famigeratam S. Pii V. Constitutionem incipien. *Ad exequendum* hac de re editam; atque insuper rogatur Sanctitas sua: *Ne prædictus Emmanuel Joseph Alvarius Comes* (sunt verba supplicationis) *ex unione, annexione, & incorporatione prædictis nimium detrimentum patiatur sed unde sentit onus, inde referat & honorem, eidem Emanueli Josepho Alvaro Comiti, ejusque in sua domo, & Majoratu Successoribus prædictorum de Los Otetos, & de Zebrones locorum dominio in temporalibus pro tempore existentibus Jus patronatus honorificum in dicto Collegio &c. eadem Apostolica Authoritate etiam perpetuo reservare, constituere, & assignare.*

Cum autem hujus quoque recentioris supplicationis examen fuerit EE. PP. delegatum, ut idem ex æquo fiat, præter superius indicata, adnotare oportet in facto, non solum modernos dictarum Parochialium Rectores, verum etiam Capitula tam Cathedralis Astoricensis, quam alterius Legionensis, quæ in anteacta priori instantiæ propositione contradictores sese præbuerant, assensum suum petitæ unioni modo præstare, prætereaque, tam Antecessores, quam modernos Episcopos Astoricen., & Legionensem dictam unionem plurimum laudasse, & pro ea obtinenda literas ad Summum Pontificem dedisse: In jure vero ponderanda est consultissima Tridentini Concilii sanctio, qua *Sess.*24. *cap.*13. *de ref.* præcipitur, *ut in unionibus quibuslibet Ecclesiæ Parochiales Monasteriis quibuscumque, aut Abbatiis, seu Dignitatibus, sive Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, aliis Beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus, militiisve non uniantur*, itidemque merentur expendi, quæ ad ornatum Conciliaris hujus Decreti late tradunt *Barbos. ad Concil. Trid. sess.*24. *Cap.*13. *Gallemart. in de-*

clarat. ad cap.7. sess.7. de Ref. Gonzal. ad reg.8. Cancel. Gloss.6 num.95. & seqq.

Ad Causam quoque conferre posse videntur binæ Supremi hujus Tribunalis resolutiones, quæ per extensum juxta facti seriem olim expositam transcribentur in calce præsentis Folii, ut facilius pateat, num & quæ illarum Causarum circumstantiæ hodierno magis congruant casui, omnibusque recte pensatis, sapientissimum prodire queat EE. VV. judicium.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

Affirmative.

Sess.25. c.13. de Ref. SENOGALLIEN. FUNERUM. In Pastorali visitatione novissime peracta Senogalliensis Episcopus consentanee ad petitionem Thomæ Mancinelli moderni Plebani Castri Scapezzani taxam emolumentorum, quæ imposterum occasione Funerum, & associationis Cadaverum forent exigenda, in hæc verba constituit „ I. Quando un Cadavere sia del Luogo di „ Scapezzano, o suo Borgo, e debba essere tumulato nella Chiesa Paro- „ chiale, o altra dentro la Terra stessa, il Signore Pievano, o suo Cappel- „ lano Curato abbia per mercede dell'associazione un pavolo, una Facola, „ e dodici candelette. Il Sagrestano abbia in tale occasione per di lui stipen- „ dio, o 12. quattrini di moneta Romana con dodici candelette, o mezzo „ pavolo, e non altro. Il Chierico, che porta la Caldarola dell'Acqua „ Santa, abbia sei candelette, e non altro. II. Se poi nell'associazione d'ogni „ Cadavere, come sopra, il Signore Pievano si ponesse la Stola, ed il Cap- „ pellano Curato l'andasse accompagnando, abbia il Signor Pievano un pa- „ volo, una facola, e dodici candelette, ed il Cappellano Curato abbia so- „ lamente un giulio d'Urbino. Portando poi la Stola in tal congiuntura il „ Cappellano, ed il detto Pievano ricevendo il Cadavere in Chiesa, o alla „ Porta della medesima, allora il Cappellano abbia un pavolo, una facola, „ e 12. candelette, & il Signor Pievano conseguisca solamente il giulio „ d'Urbino. III. Nel caso di doversi andare a levare il Cadavere fuori del Bor „ go, il Signor Pievano, e suo Cappellano Curato abbia per l'associazione al- „ la Parochiale, o altra Chiesa nel luogo quattro grossi d'Urbino, una fa- „ cola, e dicidotto candelette. Il Sagrestano abbia mezzo pavolo, e 18. „ candelette, o pure un pavolo, e non altro. Il Chierico, che porta la „ Caldarola dell'Acqua Santa abbia solamente nove condelette. IV. Quan- „ do il Signor Pievano, o suo Cappellano vada a prendere un Cadavere ne „ confini della Parocchia, come sarebbero il Fiume, l'Abbrugiata, o Pon- „ ticelli, le Grazie, e le Fornaci, abbia per stipendio d'ogni associazione „ due pavoli, una facola, e dicidotto candelette. Il Sagrestano un pavolo „ con dicidotto candelette, o bajocchi quindici Romani in tutto, e non al- „ tro. Il Chierico portando la Caldarola dell'Acqua S. abbia, come sopra. „ V. Occorendo l'associazione di qualche Cadavere alla Chiesa de RR. PP. „ Riformati sotto titolo di S. Maria delle Grazie, il Signor Pievano, o suo „ Cappellano Curato, ed il Sagrestano, e Chierico abbiano lo stipendio, „ come nel prossimo antecedente. VI. §. Qualora poi la sudetta associazione „ seguisse in altra Chiesa fuori de limiti di detta Parochia di Scapezzano, di- „ chiaramo, che detti Signori Pievano, o Cappellano Curato, Sagrestano, „ e Chierico possano ricevere la mercede duppicata secondo l'uso della Cat- „ tedrale di Sinigaglia.

Taxam

Taxam hanc plerique Parochianorum impugnant tum ea in parte, qua onus imponitur vocandi ad funus, & ad Cadaverum associationem una cum Plebano Cappellanum Curatum, Clericum gestantem aquam benedictam, & alterum Crucem in Processione præferentem, tum & potissime in altera, qua eidem Plebano permittitur, stipendium, seu mercedem duplicatam exigere, quoties Cadavera a Confinibus Parochiæ ad suam Ecclesiam, vel ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum PP. Reformatorum S. Francisci, aut ad aliam extra Parochialem ducantur, contenduntque eidem Taxæ plura adversari; Primo scilicet veterem consuetudinem, juxta quam Plebanus ipse duntaxat, aut ejus Cappellanus una cum Clero Crucem, & Aquam lustralem deferente Cadavera Rusticorum præsertim, aliorumque miserabilium Parochianorum ad Parochialem, vel aliam Ecclesiam antea comitabatur sola contentus mercede unius Julii, atque emolumento unius faculæ, & novem Candelarum, quæ Plebano ipsi, vel ejus Cappellano tradebantur præter alias novem candelas dicto Clerico præstari consuetas; Secundo legem in Diœcesana Synodo hisce verbis indictam -- *Circa Funerum emolumenta laudabilem cujuscumque loci consuetudinem servari volumus, nilque ultra consuetum exigi posse præcipimus*; -- Et tertio tandem Apostolicas Constitutiones Urbani VIII. la 22., & Clementis X. la 56. quibus inhærens Supremum hoc Tribunal pluries definivit, Parochis prohibitum esse, pinguius emolumentum ab Hæredibus Defunctorum exigere, aut quando Cadavera ad Regularium Ecclesias deferuntur, ne Fideles ab eligenda in illis Sepultura retrahantur, juxta Resolutiones editas in una *Conventualium Quartæ Funeralis* 27. *Martii* 1557., *in Papien. Funerum* 12. *Decembris* 1665.; *in Mantuana Funerum* 16. *Januarii* 1694., *& in Insularum Canariæ Jurisdictionis* 3. *Julii* 1694., sive etiam quomodo Cadaúera tumulanda sunt in Ecclesiis extra Parochiam existentibus, quemadmodum notant ex Recentioribus *Piton. discept.*50. *n.*47., *Ursaya discept.*28. *n.*77. 90., *& plur. seqq. Tom.*1. *part.*2. & censuit eadem Sacra Congregatio *in Mantuana Funerum* 16. *Jan.*1694., & in alia *Senogallien. Funerum* 2. *Maii* 1711., in qua scripsit idem *Ursaya dicta discept.*28.

Præterea, quia memoratus Plebanus aliam excitavit quæstionem super electione Sepulturæ, propugnans, eam probari debere per Testes sub juris jurandi Religione coram Notario deponentes, adeout testimonium quamvis juratum, quod ab iisdem Testibus oretenus coram Parocho, vel Vicario Foraneo perhibeatur, minime sufficiat, huic quoque conatui sese opponunt Parochiani, qui præmittentes, receptum in jure esse, quod electio Sepulturæ satis ex simplici Testium depositione, tametsi in scripturam non redacta, probetur ad communiter tradita per *Samuel de Sepult tract.*1. *disp.*6. *conf.*11. *n.*11., *& seqq. Ventrigl. in praxis for. Eccl. annot.*52. §. *unic. num.*45. *Nicol. lucrub. Canonic. lib.*4. *tit.*15. *num.*21. *Marthaucc. de Offic Cur. Episcop. cap.*48. *quæst.*7. *num.*30., postulant idcirco, ut, ejusmodi novitate sublata, Testes de Sepulturæ electione deponentes, vel ab ipso Plebano, ut antea, vel saltem a Vicario Foraneo recipiantur, ne secus libertas eligendi Sepulturam, sive in Ecclesia Regularium, sive in aliis extra Parochialem indirecte coerceatur contra enunciatas Apostolicas Constitutiones Urbani VIII., & Clementis X. ut ad rem notat cum aliis *Ursaya cit. discept.*28. *n.*11. *tom.*1. *par.*2.

Postremo iidem Parochiani, veluti abusum provida Eminentissimorum PP. castigatione omnino submovendum, increpant morem quemdam exigendi unam candelam, seu faculam trium saltem unciarum occasione vel administrationis Extremæ Unctionis, sive restitutionis Imaginis Sanctissimi Crucifixi apud Moribundum Oleo Sancto perunctum, relicta, quem ab hodier-

hodierno Plebano inductum asserunt. Ad hujus vero, novissimæ querelæ pondus æstimandum non nihil conferunt bina Sac. Congregationis Rescripta, alterum nempe editum in *Senogallien. Funerum*, ubi ad preces Populi sub Paræcia Oppidi Portoni degentis discusso Dubio -- *An debeatur velum, seu illius pretium in administratione Olei Sancti*, -- die 24. Maii 1710. responsum fuit -- *Negative etiam a sponte dantibus*, -- ut in *lib.60. Decr. pag.207.*, & alterum in *Albanen. Funerum*, in qua, cum Parochiani contenderent, non esse permittendum, ut Parochus sibi retineret patinam, sive discum, quo utebatur in administrandi Extrema Unctione, nec non Sudariolum, quod in associatione Cadaverum consueverat Cruci appendi, proposita quæstione -- *An sit permittenda receptio Sudarioli, & disci*, sub diem 20. Feb. 1723. hæc prodiit resolutio -- *Quoad Sudariolum dilata, & coadjuventur probationes, & quoad discum, non esse permittendam ejus receptionem*. -- ut in *lib.73. Decr. pag.64.*

Omnes itaque mox enunciatæ controversiæ inter Plebanum, & Parochianos vigentes sapientissimo Eminentiarum VV. judicio dirimendæ proponuntur sub Dubiis.

I. An Taxa ab Episcopo novissime confecta favore Parochi Loci Scapezzani super emolumentis associationis Cadaverum sit exequenda; vel potius reformanda, & in qua parte?

II. An Testes super electione Sepulturæ deponentes recipi debeant medio juramento per publicum Notarium, sive potius sufficiat, eosdem Testes deponere oretenus cum juramento coram ipsomet Parocho, vel Vicario Foraneo?

III. An liceat Parocho recipere unam Candelam in actu restitutionis Imaginis Sanctissimi Crucifixi penes Infirmum relictæ occasione administrandi Oleum Sanctum in casu &c.

Non proposita.

Sess. 22. c.6. de Ref.

VITERBIEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. In Testamento sub annum *1591.* condito Joannes Baptista Sernerius de Casteldensibus hæredem ex asse scripsit Ven. Societatem Sanctissimi Crucifixi in Ecclesia S. Egidii Civitatis Viterbii erectam: „ cum onere tamen, & obligatione „ de fructibus Bonorum disponendi in hunc modum, & formam, videlicet „ quod, retentis prius scutis decem quolibet anno in perpetuum erogan. in „ utilitatem dictæ Confraternitatis, infrascripti sui Exequutores debeant, „ sequuta ejus morte, & facto Inventario omnium, & singulorum Bonorum suorum, illa omnia, quæ eis visum fuerit vendere, & alienare, & „ solutis Legatis, & aliis solvendis, residuum ponere ad honestum lucrum, „ de quibus fructibus debeant, & obligati sint dicti sui hæredes quolibet anno in perpetuum in Festo Sanctæ Crucis de mense Maii maritare, vel etiam „ monacare tot Puellas virgines bonæ, & honestæ famæ, & qualitatis secundum modum, formam, & quantitatem declarandam per infrascriptos „ suos Exequutores, quorum declarationi in omnibus, & per omnia dictos „ suos Hæredes mandavit stari debere; Mandans ipse Testator, quod non „ excedant summam scut. viginti quinque pro qualibet tamen Dote: „ in Executores autem deputavit Mutium Bussi, & alium, seu alios ab eodem Mutio ejus arbitrio, & voluntate nominandos, eos enixe rogans: „ ut „ diligenter super omnibus ab eo dispositis, & relictis Ordinationes, & Capitula facere curent, quæ a suis Hæredibus inviolabiliter in omnibus, & „ per omnia observari faciant.

Secuto

Secuto Testatoris obitu, Sodales prædictæ Confraternitatis memorata subsidia dotalia in scutis 25. unicuique Puellæ usque ad an.1673. distribuere consuerunt, nulla, quæ hactenus innotuerit, pro eisdem subsidiis exacta cautione, nulloque in favorem ejusdem Confraternitatis adjecto pacto reversivo in casu obitus Puellarum absque Filiis; At quia sub annum 1632. plures super methodo, & norma distribuendi hæc subsidia fuerunt editæ Constitutiones, quas inter ea præcipua legitur sub cap 8. „ La dote delle
„ Zitelle non possa passare scudi venticinque secondo l'ordine di M. Battista
„ Casteldensi nel suo Testamento, alle quali Zitelle, parendo però alli Si-
„ gnori Guardiani, e Compagnia, li si possa fare la Veste, quale debbono
„ portare il giorno del Maritaggio, e nello sborsare esse Doti debbono esser
„ cauti li Sig. Guardiani d'assicurarli con pigliare sicurtà idonee, ò vero in-
„ vestirli in Beni stabili con ogni sorte di rigore, con promissione anche
„ della morte di quelle senza Figlioli legitimi, e naturali, ò vero vivendo
„ esse di vita disonesta, in qualsivoglia di detti casi ritornino alla Compa-
„ gnia intieramente, quali promissioni, & oblighi si debbano fare dal Se-
„ gretario di nostra Compagnia essendo esso Notaro „ -- ad istarum Constitutionum tramites Puellæ, quæ dicta subsidia postmodum sunt assecutæ, cautionem præstiterunt de restituendis iisdem Subsidiis Dotalibus casu, quo absque prole decederent.

Inter Puellas, quibus oportuit præfatam cautionem tribuere, altera fuit Lucia qu. Hieronymi sub annum 1683. uno ex dictis subsidiis provisa, qua proinde sine Filiis postmodum defuncta, Sodales memoratæ Confraternitatis institerunt adversus Canonicum Carolum Grandini ejusdem Luciæ hæredem pro restitutione dotis sub enunciato pacto reversivo traditæ, atque Decretum suæ petitioni conforme ab Episcopali Curia obtinuere; cum autem ab illo Canonicus Grandini ad hanc S. Congregationem provocaverit contendens, enunciatum pactum reversivum sub conditionibus recensitis nequivisse in distributione controversæ dotis apponi, ad ipsius postulationem assumenda est hodie discussio Dubii, quod ad calcem præsentis Restrictus describetur.

Pactum, quod reversivum vocant, in dotalibus subsidiis posse ab Administratoribus, seu Præfectis loci Pii adiici, si eorumdem subsidiorum distributio, ac Puellarum nominatio ad ipsos libere spectet, vel si id Testator expresse, aut tacite voluerit, præcipiens ad normam statutorum, seu consuetudinis ejusdem Loci Pii dotes distribui, secus vero, si certo Puellarum generi per Testatorem designata, sive Puellis ab alio, quam ab ipso Loco Pio nominatis dotium distributio fieri debeat, apposite tradunt *Card. de Luc. de Dote disc.*10. *Panimoll. dec.*162. *annot.*4. *n.*46., & 47. *tom.*3. *Rot. coram Cerr. dec.*677. *coram Duran. dec.*171., *coram Buratt. decis.* 500. *n.*2. & 3., eam scilicet ob rationem, quod, ubi Puellæ beneficium, sive emolumentum a Testatore, vel ab eo, qui illas nominavit, non autem a Loco Pio recipiunt, licitum minime sit ejusdem Loci Pii Præsidibus, sive pacto reversivo, sive alio quocumque onere a Testatoribus non injuncto eas ita dotatas gravare, ut distinctioni mox allegatæ inhærens recentius quoque decidit *Rot. in Romana Nominationis Dotium* 11. *Aprilis* 1704. *cor. bon. mem. Lancetta*, & *in Romana Dotis* 28. *Januarii* 1700. §.6. *cum pluribus seqq. cor. Eminentissimo Card. Aldrovando*.

Sacra hæc autem Congregatio magis generaliter consuevit ejusmodi pacta reversiva improbare, illum duntaxat excipiens casum, quo Testator aliter disposuerit, ut apprime constat ex pluribus ejusdem Sacri Consessus Resolutionibus, & signanter ex edita in alia *Viterbien.*, in qua, licet ad sustinendum pactum reversivum favore Confraternitatis Sanctissimi Cruci-

fixi

fixi apponi consuetum tam in casu obitus Dotandæ sine Fliis legitimis, & naturalibus, quam in casu ejus inhonestæ vitæ adduceretur Decretum a clar. mem. Card. Brancatio tunc Episcopo in Synodo promulgatum, conditiones istas servari præcipiens, quia tamen Testatrix nullam injunxerat obligationem restituendi subsidium dotale in enunciatis casibus, multoque minus præstandi fidejussionem pro ipsius restitutione, die 21. Augusti 1717. rescriptum fuit, Puellas non *teneri ad præstandam cautionem*, ut in *lib.67. Decr. pag.354.*

Itidemque *in Spoletana Dotium*, ubi, cum ageretur de nonnullis Bonis ab Antonio Cappuccio relictis Patribus Barnabitis sub onere dotandi quotannis quinque Puellas honestas, & pauperes ex Civitate, vel Territorio Spoletano oriundas, quæ a Consilio Spoleti in frequenti Senatu deberent eligi, cumque præfatum Consilium nonnulla edidisset Capitula, quibus cautum erat, dotes non esse tradendas nisi prævia cautione de illis restituendis in casu inhonestæ vitæ Puellarum dotandarum, vel earum obitus sine Filiis, eadem Sacra Congregatio die 30. Januarii 1723. respondit, *dotes esse libere, & absque ulla cautione consignandas*, stetitque *in decisis* sub die 19. Augusti 1724.. tametsi Civitas Spoletana, ut recessum impetraret, plurimum inniteretur liberæ facultati, quam habebat eligendi Puellas incertas de incertis, putans nimirum, sibi in eo casu suffragari distinctionem ab Auditorio Rotæ in Decisionibus supra laudatis allatam, ut apparet ex *lib.74. decr. pag.347.* quibus Resolutionibus consonant recentiora, quæ prodierunt, Rescripta in *Romana Dotium, die 2. Dec. 1724. lib.74. Decr. pag.480., & 522. & in alia Spoletana Dotium die 2. Dec. 1730. & die 17. Februarii 1731.*, ut in *lib.81. Decr. pag.84.*

His itaque ponderatis una cum juribus nomine Canonici Caroli Grandini circumferendis, adversus quæ nihil hactenus Confraternitas in Ecclesia S. Ægidii erecta deduxit, grave non erit Eminentissimis PP. respondere.

I. An Puellæ dotandæ ad formam Testamenti Joannis Baptistæ Sernerii teneantur præstare cautionem, & obligationem de restituendo: *& quatenus negative*.

II. An sit locus restitutioni dotis assignatæ qu. Luciæ Hieronymi, stante illius obitu sine filiis, in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess.25. c.14. de Ref. BISACCIARUM IRREGULARITATIS. Delata ad Episcopalem Curiam Bisacciarum adversus Presbyterum Franciscum Pavese duplici querela, alteram scilicet nomine Brigittæ affirmantis, Marinum Golia Virum suum fuisse sub diem 17. Junii 1736. in loco nuncupato *le Cammarelle* a prædicto Francisco Sclopi ictu interemptum, altera vero a Sacerdote Stephano de Henrico eumdem Franciscum incusante de alterius sclopi explosione in se facta, cujus pila inde vibrata ipsius Pallium, atque thoracem perforaverit, constructus fuit in eadem Episcopali Curia super utroque hoc illato crimine Processus contra memoratum Franciscum, qui prius contumax, atque a Terra Vallatæ Patria sua per aliquot Menses profugus ad pœnam contumacialem damnatus fuit, mox vero in Carceribus sponte constitutus, prævia renunciatione defensionibus, ad quas peragendas congruus illi fuerat præfixus terminus, paratum se exhibens aliquam persolvere pecuniarum summam favore Seminarii tunc novissime erecti, proferensque condonationem, seu remissionem a Querelantibus emissam, die 14. Septembris 1737. obtinuit a Vicario Generali ex Episcopi oraculo Rescri-

Rescriptum -- „ Excarceretur, & amplius non molestetur pro Causa in
„ prædicto libello enunciata, aliisque, prout ex actis, prout excarcerari,
„ & non molestari mandatur. Verum ad tollenda scandala, & ad cauthe-
„ lam idem Orator pro Foro externo procuret dispensationem super irregu-
„ laritate per eumdem forsan incursa, & interim se abstineat a celebratione
„ Missæ &c. donec &c.

Hoc ita impetrato Rescripto, supplicavit Franciscus, obtinuitque a Sacræ Pœnitentiariæ Tribunali, ut facultas committeretur Episcopo ipsum absolvendi ab excommunicatione, qua ob sclopi explosionem in antedictum Sacerdotem Stephanum de Henrico innodatus asserebatur, postmodum vero Supremum hunc adiit Senatum pro dispensatione super irregularitate (uti exponebatur in precibus) ex asserto homicidio forsan contracta. At ejus instantia inter supplices libellos relata cum semel, iterumque rejecta fuerit, confidens ille, ex circumstantiis morosius enucleandis posse ab EE. PP. declarari, nullam a se contractam fuisse irregularitatem, vel saltem dispensationis gratiam sibi fore impertiendam, ad bina infrascripta Dubia responderi enixe flagitat.

Indicia, ex quibus Sacerdos iste arguitur Author memorati homicidii, recensuit Episcopus in literis ad Sacram Congregationem datis in hæc verba -- „ Ceterum ad convicendum Sacerdotem Pavese Authorem dicti Ho-
„ micidii multæ, & urgentissimæ concurrebant conjecturæ, ac violenta in-
„ dicia, inter quæ enumerantur statim nempe exorta contra ipsum publica
„ vox, & fama, & quidem non vaga, sed fundata super minis paucis præ-
„ cedentibus diebus a Ioanne Pavese ejusdem Sacerdotis Patre contra præ-
„ dictum Marinum factis, quod impeditus fuerat, ne incideret ligna in
„ nemore Comitis Potentis vulgo dicto S. Pietro, cujus ipse custos erat, &
„ aliud, quia a die ante secutum homicidium Sacerdos ipse Pavese fictis ve-
„ stibus indutus ad instar Pastoris Ovium in prædicto loco delle Cammarel-
„ le visus a nonnullis fuit, & postea fere per mensem abfuerat a prædicta
„ Terra Vallatæ in Civitate Abellinarum commorando. Quæ recensita in-
„ dicia, & aliud comitabatur, nempe, quod procuraverat consilio, & ope
„ Sacerdotis D. Laurentii Pelusii ejusdem Civitatis Abellinarum a S. Pœni-
„ tentiaria Secreta Indultum, sive dispensationem super irregularitate per
„ ipsum contracta, & tandem quod per intermedios Amicos a Brigitta Uxo-
„ re occisi Marini, oblata pecunia in summa ducatorum biscentum, remis-
„ sionem, sive exculpationem sibi expostulaverat, quod idem Sacerdos suo
„ proprio ore aliquibus Sacerdotibus propalavit.

Orator vero ad se vindicandum tum ab expositis indiciis, tum ab infamationis nota, quæ ex eisdem in Oppido Vallatæ contracta dicitur, hæc potissimum expendenda proponit; Primo suprarelatum Vicarii Generalis Decretum, quo, licet ipse non appareat ex capite innocentiæ absolutus, præcipitur tamen, ne asserti homicidii causa *amplius molestetur*, cujus porro Decreti substantiam contendit, æquivalere absolutioni ex capite innocentiæ; Secundo depositionem plurium unanimiter asserentium, eumdem esse Sacerdotem bonis imbutum moribus, nec ullum umquam dedisse scandalum, quin imo aliis quoque Presbyteris non intermissæ probitatis exemplo præluxisse, ac comet mense Iunii 1736., quo Homicidium patratum fuit, spiritualibus vacasse exercitiis in Conventu Fratrum Capuccinorum Civitatis Abellinensis: & tertio tandem attestationem, qua ex ore Marini occisi affirmatur, authorem sæpedicti Homicidii fuisse Carminum Freda, aliudque testimonium posterius editum a Prisco *la Freda* Magistro Actorum Regiæ Audientiæ Capitanatæ, Comitatusque Molisii, ubi deponitur -- „ Qualmente ritrovandosi detenuto nelle Carceri della

„ medo-

„ medema Carmine Freda alias Framezzino della Città di Bisaccia per cau-
„ sa dell'Omicidio dal medemo commesso in persona di Marino Golia della
„ Terra di Zuncoli servatis servandis trattatasi tal causa in questa sudetta
„ Regia Udienza fu li mesi passati detto Carmine Freda condannato in pre-
„ sidio per anni cinque chiuso.

Hæc sunt, quæ in exclusionem delicti affert Orator, quæque saltem arbitratur sibi maxime profutura in finem obtinendi dispensationem, quatenus ob circumstantias ab Episcopo recensitas ea opus esse judicetur, putans nimirum petitioni suæ admodum suffragari laudabilem Sacræ hujus Congregationis stylum, de quo testantur *Fagnan. in cap. Henricus n.31. de Cleric. pugnat. in Duell. Ursaya tom.3. par. 2. discep.7. in fin.*, & etiam constat ex pluribus Rescriptis relatis per *Fargnan. de Jurepatron. part.1. can.5. cas.11 n.45. & seqq.*

Omnibus itaque perspectis, deliberandum est.

I. *An constet de irregularitate Sacerdotis Francisci Pavesi*, & quatenus affirmative.

II. *An concedenda sit dispensatio in casu &c.*

Non proposita cum sequenti.

Sess.22. Dec. de obser., & evit. in cel. Missar.

MONTIS REGALIS REDUCTIONIS MISSARUM. Petrus Antonius Manasserius in Testamento sub annum 1698. condito hoc inter cetera Joanni germano Fratri suo, quem ex asse scripserat hæredem, injunxit onus „ di fargli celebrare dopo seguita sua morte un Messa quotidiana
„ nella Chiesa Parochiale del Piano della Valle della presente Città di
„ Mondovì insino a tanto, che il medemo abbia ritrovati a comprare tan-
„ ti Fondi fruttiferi per l'ammantare di lire cinque milla ducali a soldi 20.
„ l'una, quali fondi dovrà il medemo ritrovare a comprare dentro il spazio
„ di anni due dopo seguita sua morte, quali fondi dovranno servire, ed es-
„ sere per fondo, e dote di Beneficio Ecclesiastico, e juspatronato della Fa-
„ miglia, e stipite de Manasseri dipendente dal fu suo Signor Padre Gaspa-
„ re, e nón da altra stirpe, qual Benefizio, e juspatronato intende, che il
„ suo Erede universale, ed a così fare l'incarica, che ritrovati li fondi
„ competenti, ed ascendenti al valore di detta somma di lire 5000. -- fon-
„ di a suo nome con far ricevere pubblico instromento, con obbligo di cele-
„ brare, o far celebrare detta Messa quotidiana alla Cappella del Suffragio in
„ detta Chiesa Parochiale del Piano della Valle.

Animadvertens autem memoratus Joannes Hæres, non posse tot annuos fructus ex bonis pretio librarum 5000. -- (quæ summam scutorum 1000. monetæ Romanæ constituunt) juxta Testatoris præceptum emendis percipi, quot necessarii fuissent pro adimplendo quotidianæ Missæ onere, satius duxit, loco ejusmodi Bonorum annuam pensionem scut.50. ex reditibus cujusdam sui Lati fundii in loco *Bayla seu Mezzavia* existentis deducendam Cappellano pro tempore assignare, quemadmodum re ipsa publico per Notarium Episcopalis Curiæ sub die 22. Maii 1713. exarato Instrumento hisce verbis explevit -- „ In ogni miglior modo, che può, e deve di ra-
„ gione per lui, suoi Signori Eredi, e Successori ha assegnato in luogo de
„ fondi, e Beni sudetti, come è stato disposto da detto fu Signor Pietro An-
„ tonio Manassero in virtù del predetto suo ultimo Testamento, in vigore
„ del presente pubblico Instromento al suddetto Benefizio semplice da eri-
„ gersi, o sia alli Signori Cappellani, che verranno pro tempore di quello
„ provisti, un annuo Censo, o sia pensione, e somma di lire 250. ducali,

„ sopra

„ sopra li frutti, e rendita di una sua Casina posta sopra li fini di questa Città Regione detta Abbayla, o sia Mezz via, e tal annuo Censo, o sia pensione si è sottomesso, e sottomette, ha promesso, e promette di pagare, ed effettivamente sborsare per lui, e suoi predetti alli Signori Cappellani pro tempore a semestri maturati sempre, e finchè durerà la linea, e discendenza de chiamati come sopra al detto Beneficio, cioè la metà d' essa somma incadaun semestre in denari contanti &c. e non vedendo detta pensione, o sia censo annuo sodisfatta, e pagata alli termini sopra stabiliti alli Signori Cappellani pro tempore investiti di detto Benefizio, sia lecito a medesimi di propria mano quella pigliare sovra li redditi, e frutti della sovra designata Casina, e beni detti del Bayla, o sia di Mezzevia senz'alcuna formalità di Processo, ne ricorso a verun Giudice, o pure d'agire per detto pagamento della sudetta annua pensione non sodisfatta contro de Possessori della della medema Casina, e Beni, che resteranno per sempre per cautela di detta pensione vincolati, e ipotecati, finchè durerà la linea, e discendenza mascolina &c acciò venghi adempito alla celebrazione di detta Messa quotidiana, *quibus subinde addidit*, con dichiarazione però, che essendo per estinguersi la linea Mascolina, e descendenza de Manasseri prediletta, e chiamata a tal Benefizio dal predetto fu Signor Pietro Antonio Manassero in detto suo Testamento sii in facoltà in tal caso dell'ultimo maschio, e descendente di linea mascolina di sborsare le sudette lire 5000., ed esse medianti restino detta Casina, e beni liberi, purchè tal somma venghi collocata in altri Beni, e Fondi liberi, e fruttiferi all'arbitrio, e con licenza di Monsignor Vescovo di quel tempo „ in primum vero Rectorem Beneficii, & Cappellaniæ Ordinarii authoritate erectæ nominavit proprium Filium Clericum Joannem Baptistam.

Secuto postmodum prædicti Joannis Manasseri obitu, acris inter ipsius Filios super Paternæ hæreditatis divisione orta est controversia, qua ad Præsidem Civitatis Montis Regalis delata, pronunciatum fuit, ut ante controversam divisionem tot deberent hæreditaria Bona, quæ ad valorem librarum 5000. ascenderent, pro fundo memorati Beneficii separari, quemadmodum prævia Peritorum estimatione separata fuere, ac dicto Joanni Baptistæ Manasserio ejusdem Beneficii Rectori tradita.

Quoniam vero annuus istorum Bonorum fructus non excedit summam scutorum 26. impar em oneri Missæ quotidianæ, pro ejusdem congrua reductione supplicaverit memoratus Beneficii Rector, cumque ejus instantiam inter supplices libellos relatam die 27. Julii 1737 demandaverint Eminentissimi PP. in folio proponi, prævia exhibitione Instrumenti Census, sive annuæ pensionis dicto anno 1713. exarati, hodie propterea præfatus Ioannes Baptista suffultus vulgata regula, quod, ubi legatum incipit a constitutione fundi, dein vero injungitur Missarum celebratio, vel aliud pium onus ex reditibus ejusdem fundi adimplendum, debeat hoc, imminutis reditibus habita ipsorum ratione, reduci, suas prosequitur preces sub consueto Dubio ad calcem præsentis Restrictus apponendo.

Ponderatis igitur Oratoris juribus, quibus suffragatur Vicarius Capitularis in sua Relatione, inspectisque tum Testamento Petri Antonii Manasserii, tum memorato instrumento assignationis enunciati census, sive præstationis annuæ constitutæ per ejus Fratrem, & Hæredem immediatum Ioannem, tum denique jurata depositione quorumdam Testium affirmantium nil aliud penitus ab Oratore possideri, præter mox enunciata Bona sibi tradita pro Dote, sive fundo sæpedictæ Cappellaniæ, grave non erit Eminentissimis PP. deliberare.

An, & quomodo sit locus petitæ reductioni in casu &c.

RESOLUTIONES

Quæ conferre videntur ad Decisionem Causæ Legionen., & Astoricen. Unionis.

AURIEN. UNIONIS. Extat in Civitate Aurien. Collegium Societatis Jesu æque necessariis ædificiis, ac redditibus destitutum, ut ne vix hi quidem expleant annuam summam ducatorum 3000. auri de Camera ægre sufficientem septem alendis Presbyteris, quorum dumtaxat duo Grammaticis præceptionibus instituendæ Juventuti operam navant, deficiente Theologiæ Moralis Institutore, prout & aliis Operariis Sacrarum Missionum cum non levi detrimento cultioris disciplinæ.

Ad hujusmodi autem indigentiam depellendam exoptarent PP. dicti Collegii eidem uniri bina curata Beneficia sita in eadem Diœcesi, cum primum per cessum, vel decessum obtinentium vacare contigerit, alterum sub invocatione S. Christofori de Souto, quod detractis oneribus annuis, potitur certis reditibus ducatorum 110. aur. de Camera, ac 128., computatis incertis; quodque nunc obtinet Emmanuel Barela; alterum vero S. Mariæ de Corvillon, & S. Andreæ de Zarracos illi annexo, qui quidem certi sunt reditus ducatorum 137., sique incerti numerentur, constant ducatos 172. coæqualis monetæ, cujus præsens Rector est Ferdinandus de Arauxo, utrumque vero de jurepatronatus Laicali Comitum de Maleda, & Taboada, eorumque Majoribus perpetuo incorporatum.

Exercitium autem curæ animarum in utroque illorum distinctim præstandum ducerent PP. antedicti per duos Sæculares Presbyteros Vicarios perpetuos, seu juxta assertum dd. Patronorum præscriptum, ad nutum pro tempore existen. Rectoris dicti Collegii amovibiles cum congrua arbitrio Ordinarii designanda ad formam Constitutionis B. Pii V. hac de re editæ, necnon onere injuncto ipsi Collegio mittendi in singulos annos Missionarios alternatim ad Loca dd. Comitum, illorumque Successorum in Majoratibus, eisdemque eos honores, & præeminentias exhibendi, quas ceteri Patroni ab hujusmodi Collegiis illarum Partium exigere solent.

His autem omnibus, quibus Ordinarius informare requisitus apprime suffragatur, relatis per summarium, instantibus PP. sæpedicti Collegii, atque iisdemmet Patronis, visum fuit Sacræ Congregationi semel, & iterum instantiam reiicere.

Sed mox Oratores ipsi obtinuerunt Causam describi in Folio, quæ hodie proponitur, quo EE. PP. dignentur resolvere.

An Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 12. Februarii 1707. distulit propositionem, die vero 25. ejusdem Mensis respondit: *Negative, & amplius*, ut in *lib.* 57. *Dec. pag.* 44. *&* 67.

COLONIEN. Guillelmus olim Juliæ, ac Montium Dux, & Avus Moderni Electoris Palatini anno 1638. solemniter consensit, ut Ecclesia Parochialis Loci de Honeff. Diœcesis Coloniensis, quæ erat de suo jurepatronatus, administranda traderetur una cum Ecclesia Filiali in Monte S. Ægidii, & aliis omnibus, & singulis Beneficiis, seu Vicariis annexis Patribus Societatis Jesu commorantibus in Oppido Dusseldorpien. ejusdem Diœcesis Colonien.

Consensus prædictis variis de causis suum non habuit effectum, cumque præ-

præsens Elector Palatinus novum consimilem præstiterit consensum, dummodo Archiepiscopi Coloniensis, sub cujus ordinaria Jurisdictione Parochia, & Beneficia unienda constituta sunt, & Sedis Apostolicæ approbatio non deesset, post habitam dicti Archiepiscopi approbationem, exhibitus fuit huic Sacræ Congregationi supplex libellus, in quo exoratur pro apostolica approbatione.

Juxta morem datæ fuerunt Litteræ Nuncio Apostolico Coloniensi pro informatione, & voto, qui retulit, hanc unionem in Domino expedire, cum parochia sit exposita incursibus Hæreticorum, & zelus PP. Societatis Jesu sit notarius.

Actum fuit de hac re inter Summaria precum die 6. Julii 1726., & dictum fuit, quod ignorabatur primo, quanti sint reditus Parochiæ.

Ignorabatur secundo, quot sint, & cujus reditus alia Beneficia, quæ deberent uniri, & an sint simplicia, vel curata.

Ignorabatur tertio, an Parochia sit administranda ab uno, vel a pluribus Sacerdotibus, & an ii debeant esse Sæculares, vel ex dicta Societate.

Ignorabatur quarto, an quatenus debeant esse Sæculares, debeant esse perpetui, vel ad nutum amovibiles.

Ignorabatur quinto, quomodo Elector Palatinus, qui uti Dux Montium, dicitur habere juspatronatus, possit illud cedere Patribus Societatis Jesu in præjudicium Successorum in Ducatu.

Ignorabatur ultimo, quid sit jus temporale, quod teste Nuntio Apostolico Elector Palatinus dicit, sibi velle reservatum, non obstante cessione jurispatronatus.

Cohærenter ad hæc dictum fuit, quod darentur novæ literæ juxta instructionem, & instructio reducta fuit ad capita supra express. : superventisque responsionibus, sive nova Nuntii Coloniensis informatione ex ea habentur,

Primo, quod reditus Parochiæ, facta computatione annorum fertilium cum sterilibus ascendunt ad annua scuta Romana circiter centum triginta sex, & obulos sexaginta tres.

Secundo, quod Beneficia sunt simplicia, & quod hæc alias jam fuerunt unita Parochiæ, & quod ex eorum reditibus consurgit annuus reditus Parochiæ, in quantitate mox recensita, excepto tamen Beneficio S. Ægidii, quod cum separatum a Parochia tam quoad Ecclesiam, quam quoad reditus, qui sunt in annuis scutis circiter sexaginta, & hic Beneficiatus exercet in prædicta Ecclesia curam animarum, & consuevit nominari a Parocho.

Tertio, quod Parochia de Honeff. administranda est juxta intentionem petentium a duobus Presbyteris Societatis Jesu, & cura Animarum in Ecclesia S. Ægidii est per Presbyterum Sæcularem administranda.

Quarto, quod hic Presbyter Sæcularis juxta eorumdem Petentium intentionem deberet esse perpetuus.

Quinto, quod præsens Elector Palatinus nihil aliud intendit, quam executioni mandare voluntatem sui Avi, & quod hoc non est primum exemplum cessionis Beneficiorum de jurepatronatus factæ a suis Antecessoribus favore PP. Societatis Jesu, intercedente authoritate Summi Pontificis, absque eo quod Successores unquam reclamaverint.

Sexto demum, quod jus laicale nihil aliud est, quam prætensio, quod non obstante cessione, juspatronatus habendum sit pro laicali, ad effectum ne illi præjudicium inferatur per resignationes.

Hæc sunt, quæ continentur in nova Nuntii informatione.

In Constitutione 47. S. Pii V. Bullarii tom. 2. statuitur, quod in Parochia-

chialibus, quæ sunt unitæ Monasteriis Mendicantium possint Superiores Monasteriorum suum Religiosum nominare ad nutum amovibilem, qui curam Animarum exerceat, prævia tamen Episcopi approbatione, & quamvis hæc Constitutio a Gregorio XIII. in sua Bulla 9. tom. 2. fuerit reducta ad terminos juris communis, & Sacri Concilii Tridentini, idem tamen Gregorius declaravit, mentem suam non fuisse, Pianam Constitutionem revocare, aut immutare, quando cura a Religioso exerceretur, & cum hoc alter Socius Religiosus habitaret apud *Gallemart. ad cap. 7. Sess. 7. de ref. in declarat. sub n.* 8 & quamvis idem Concilium *Sess. 24. cap. 13. de ref.* decreverit, Ecclesias Parochiales non esse uniendas Monasteriis quibuscumque, aut Abbatiis, seu dignitatibus, excipiuntur tameu uniones, quæ fiunt fundatione, donatione, augumento, vel conservatione Collegiorum, & aliorum Piorum ad fidei defensionem, & propagationem; & bonarum artium cultum, teste *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 6. num. 96.*

His stantibus, dignabuntur EE. VV. decernere.

An, & quomodo sit annuendum petitis in casu &c.

Sacra Congregatio die 7. Junii 1727. distulit resolutionem, & censuit *scribendum esse Archiepiscopo juxta instructionem, ac audiendum esse Patrem Procuratorem Generalem.*

COLONIEN Proposita fuit hæc causa in Congregatione habita die 7. Junii currentis anni 1727., cujus Folium poterit ab EE. VV. benigne reassumi; cumque tunc nulla prodierit Resolutio, sed dictum fuerit, quod scriberetur Archiepiscopo juxta instructionem & quod audiretur P. Procurator Generalis; Pater Procurator Generalis respondit, nullam adesse ex parte suæ Religionis difficultatem in acceptanda proposita unione, & se credere, quod eadem esset profutura tum Fidei Catholicæ, tum moribus Parochianorum, qui sunt in medio Hæreticorum.

Archiepiscopus autem Coloniæ Elector interrogatus de distantia Parochiæ de Honeff. ab Oppido Dusseldor-piensi, de spe, an tractu temporis in loco parochiæ aperiri posset Collegium Societatis Jesu, & de adjutorio pro conservatione Fidei Catholicæ per collationem PP. Societatis Jesu in Parochia, respondit, Parochiam ab Oppido distare per iter unius diei, & idcirco necesse futurum esse, ut unus ex PP. Societatis Jesu in ea resideat, nullam esse spem aperitionis Collegii in loco Parochiæ, & collationem PP. in parochia non modicam allaturam esse utilitatem, cum in ea Pastor sit necessarius omnibus numeris absolutus, ut oves suas a vicinis Hædis arceat, & errantes ad viam salutis reducat.

Quibus proinde stantibus, dignabuntur EE. VV. decernere.

An, & quomodo petitis sit annuendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 20. Septembris 1727., *attenta Relatione Eminentissimi Electoris, & Nuncii Apostolici Colonien. censuit, si Sanctissimo D. N. placuerit, præsentem supplicationem signari posse,* -- ut in *lib. 77. Decr. pag.* 575.

Die

Die Sabbathi 2. Maji 1739.

RЕsumpto Folio Congregationis habitæ sub diem 11. Aprilis mox elapsi, decidendæ sunt tres causæ, quarum prima ad preces Sodalium Confraternitatis Sanctissimi Crucifixi Civitatis Viterbii hodiernæ Congregationi reservata fuit, aliæ vero ob temporis angustiam nequiverunt proponi.

VITERBIEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Sess.22.cap.6. de Ref.

I. *An Puellæ dotandæ ad formam Testamenti Joannis Baptistæ Sernerii teneantur præstare cautionem, & obligationem de restituendo*; & quatenus negative.

II. *An sit locus restitutioni dotis assignatæ qu. Luciæ Hieronymi, stante illius obitu sine filiis, in casu &c.*

Ad I. affirmative quoad obligationem tantum ad effectum denuo distribuendi. Ad II. affirmative.

BISACCIARUM IRREGULARITATIS. Sess.25.c.14. de Ref.

I. *An constet de Irregularitate Sacerdotis Francisci Pavesi*, & quatenus affirmative.

II. *An concedenda sit dispensatio in casu &c.*

Dilata, & transmittantur Acta compilata contra Oratorem in Curia Episcopali, necnon scribatur Episcopo pro meliori informatione juxta instructionem.

MONTIS REGALIS REDUCTIONIS MISSARUM. Sess.22.Decr. de observ., & evit. in cel. Missar.

An, & quomodo sit locus petitæ reductioni in casu &c.

Pro gratia reductionis ad manualem ad triennium, & interim Cappallanus agat pro supplemento contra quos de jure, & Ordinarius incumbat pro adimplemento diligentiarum.

ROMANA SERVITII CHORI, ET PUNCTATURARUM. Sess.24. c.12. de ref. Contendente Carolo Testa Canonico Decano Sacrosanctæ Basilicæ Lateranensis, Archiepiscopum Hieronymum Crispi modernum ejusdem Basilicæ Vicarium obstringi omnibus Canonicis Horis, & Divinis Officiis diebus festivis de præcepto, & aliis solemnioribus Ecclesiæ festivitatibus interesse juxta Capitulares Constitutiones, quæ impressæ apparent sub annum 1727. non autem Missæ solemni, & Vesperis communibus tantum, uti præseferunt aliæ ejusdem Capiluti Constitntiones, quarum impressio conspicitur edita in sequenti anno 1728. prætereaque eumdem Vicarium non posse Scriptoribus, quos vacant, Fallarum præcipere, ne obediant Præfecto Chori mandanti, illum absentem punctari, & demum expunctationes suas nequire Vicarium prædictis Fallarum Scriptoribus jubere, multiplex inde oborta

oborta est controversia, cujus definitionem ab hoc Supremo Senatu implorant tum præfatus Canonicus Decanus parte ex una propugnans, ut ait, exactius Chori, Ecclesiæque servitium, tum cæteri Canonici ex altera intendentes totius Capituli nomine sua æque, ac prælaudati Vicarii jura tueri.

Rogatus Eminentissimus Archipresbyteri super hisce dissidiis Sacram instruere Congregationem, suique animi sensum pandere, in elucubratissima, quam nuper dedit, Relatione, summatim recensita facti serie, expositisque dubitationibus inde excitatis, in hæc verba concludit: „ Censerem,
„ RR. PP. DD. pro tempore Vicarios teneri interesse Missæ, & Vesperis
„ communibus dumtaxat diebus festivis de præcepto, aliisque functionibus
„ in primo quæsito descriptis, eosdemque absentes, nisi adsit causa a jure
„ approbata, esse punctandos juxta modum a Constitutionibus anno 1728.
„ editis præscriptum, ut semper usus fuit, & R. P. D. modernus Vicarius
„ sese hujusmodi Sententiæ non adversari & verbis, & scriptis pluries de-
„ claravit; Ad reliquas autem Canonicas Horas non esse adstrictos crede-
rem, uti in Lateranensi, aliisque Patriarchalibus Basilicis communis om-
„ ni tempore mos fuit, ac est, necnon per Constitutiones de mandato bon.
„ me. Benedicti XIII. per DD. Cardinales Fini, & Lambertini juxta au-
„ thographum mihi ostensum correctas, & moderatas, & anno 1728. im-
„ pressas explicite statuitur, & sancitur. Secundum vero quæsitum pruden-
„ tissimo EE. VV. oraculo dirimendum omitto. Tertium denique quoad
„ punctaturas R. P. D. Vicarii, rationabili accedente causa, me consulto,
„ delendas & expungendas ad meam jurisdictionem a nemine adhuc repu-
„ gnatam spectare, & limites facultatum D. Canonici Testæ excedere,
„ arbitrarer.

Perpensis itaque juribus in utramque partem circumferendis, dignabuntur EE. PP. respondere.

I. An Vicarius Basilicæ Lateranensis interesse debeat tantum Horis Canonicis, & functionibus designatis in Constitutionibus impressis sub annum 1728., seu potius omnibus Horis Canonicis, & functionibus designatis in Constitutionibus impressis sub annum 1727. in casu &c.

II. Et respective an, & quæ Constitutiones debeant observari a toto Clero Lateranensi, & super quibus sit præstandum juramentum.

III. An idem Vicarius absens possit præcipere Scriptoribus Fallarum, ne obediant Præfecto Chori demandanti illius punctaturas; & *quatenus negative*.

IV. An, & cui competat facultas demandandi expunctationes ejusdem Vicarii in casu &c.

Ad I. & II. Dilata, & supplicandum Sanctissimo pro deputatione Congregationis Particularis super examine contentorum in correctione Constitutionum anni 1728. Ad III. negative. Ad IV. competere Eminentissimo Archipresbytero.

TOLEN-

TOLENTINA SERVITII CHORI, ET MISSÆ CONVENTUALIS In Civitate Tolentina extat Collegiata Ecclesia sub invocatione S. Jacobi u o imp æsentiarum constans Priore animarum Curam adnexam habente, & undecim Canonicis, duobus scilicet antiquioribus, qui contenduntur obstricti dictum Priorem animarum curæ exercitio coadiuvare, & novem aliis, quos juniores vocant. Plures autem cum ab Antonio Benaducci moderno dictæ Ecclesiæ Priore tam universim adversus omnes dictos Canonicos, quam speciatim contra Clementem Rilli, & Joannem Bezzi Canonicos antiquiores, & Josephum Pompilii excitatæ fuerint controversiæ, opportuit ad illius petitionem subscribere Dubia, quæ hodie Sapientissimo EE. VV. Oraculo ex juribus hinc inde cumulatis decidenda proponuntur. *Sess.24.c.12. de ref.*

I. An, quomodo, & quibus diebus in Ecclesia Collegiata S. Jacobi Tolentini celebrari debeat Missa cantata.

II. An in celebranda eadem Missa servari debeat Turnus; *& quatenus affirmative.*

III. An idem Turnus incipere debeat a Priore, sive potius a Canonico Decano, & inde prosequi per alios Canonicos.

IV. An præter Canonicum Hebdomadarium in dicta Missa cantata, & aliis Officiis debeant intervenire alii Canonici; *& quatenus affirmative.*

V. An deficientibus ab hujusmodi interventu eisdem Canonicis, sint ipsi multandi, & in qua summa.

VI. An Prioratus dictæ Collegiatæ Ecclesiæ sit dignitas, cujus qualitatis, & ad quos effectus,

VII. An convocatio Capituli spectet ad Priorem juxta Constitutionem Synodalem anni 1728.

VIII. An Canonici antiquiores pro tempore Collegiatæ Ecclesiæ in Ordinibus Sacris non constituti teneantur illos assumere.

IX. An iidem duo Canonici antiquiores teneantur excipere Fidelium Confessiones, necnon Priorem coadjuvare in administratione aliorum Sacramentorum.

X. An teneantur etiam instruere Pueros in Doctrina Christiana; *& quatenus affirmative ad IX., & X.*

XI. An, ipsis deficientibus ab hujusmodi munere, teneatur Prior eis contribuere annuam præstationem quatuor rubrorum frumenti, & scutorum sex pro quo licet.

XII. An Canonicus Rilli unus ex dictis duobus Canonicis antiquioribus, & Canonicus Joseph Pompilii possint retinere Cappellaniam in Ecclesia Rurali S. Joseph cum onere ibi Missam celebrandi diebus festis, & respective munus Organistæ exercere in Ecclesia Sancti Nicolai.

XIII. An Canonicus Joannes Bezzi alter ex Canonicis antiquioribus valeat exercere munus Confessarii Monialium in Monasterio Sanctæ Agnetis in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

TOLENTINA MISSÆ PAROCHIALIS, ET PROFESSIONIS FIDEI. Subscriptis ad petitionem Antonii Benaducci tribus supra decem Dubiis in Causa mox relata recensitis, octo ex Canonicis antiquioribus, & junioribus contendentes, eumdem Priorem Benaducci, tanquam Parochum teneri Missæ Sacrificium singulis diebus pro Populo applicare, *Sess.5.cap.2. & sess.24.c.4. de ref.*

necnon

necnon obstringi per se ipsum concionari, ac Evangelium eidem Populo explicare, prætereaque fructus a die captæ possessionis Prioratus ob non emissam fidei professionem coram Ordinario suos minime fecisse, sed eos ab ipso restitui debere in beneficium Collegiatæ, vel in Pauperum eleemosynam e ogandos, tandem intortitia, quæ occasione tumulationis Canonicorum in Collegiata obveniunt, ad singulos ex Canonicis æque, ac ad Priorem pertinere, postularunt sex alia Dubia ipsorum nomine adversus dictum Priorem sejunctim proponi; reliqui vero tres Canonici Catervus Benaducci, Philippus Dionisi, & Nicolaus Sereni, qui renuerunt hisce litibus assentiri, subindeque protestati sunt, earumdem litium sumptus debere per antedictos octo Canonicos Collitigantes subministrari, obtinuerunt septimum Dubium hanc quoque controversiam complectens superaddi; Quo circa ab EE PP. decidenda subjiciuntur.

I. An Prior Collegiatæ Ecclesiæ S. Jacobi, tanquam Parochus, teneatur applicare pro Populo quotidie.

II. An idem Prior teneatur per se ipsum concionem facere, & Evangelium explicare Populo, & quibus diebus; & an in casu legitimi impedimenti valeat supplere per substitutum; *& quatenus affirmative quoad utramque partem*.

III. An, & quomodo in casu omissionis veniat multandus.

IV. An fructus percepti per Priorem ob omissam Professionem fidei coram Ordinario sint restituendi a die captæ possessionis, *& quatenus affirmative*.

V. An, quomodo, & cui dicti fructus sint applicandi.

VI. An intortitia, quæ obveniunt occasione funerum Canonicorum tumulandorum in proprio eorum Sepulchro, spectent ad Canonicos una simul cum Priore in casu &c.

VII. An in expensis pro Causis vertentibus in Sacra Congregatione inter Priorem, & nonnullos Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ S. Jacobi Tolentini contribuere debeant Canonici Benaducci, Sereni, & Dionisi, seu potius subministrandæ illæ sint per Canonicos Collitigantes tantum in casu &c.

Sess. 24. c. 18. de refor.

AVERSANA ELECTIONIS EXAMINATORIS SYNODALIS. Noscens Aversanus Antistes, plures ex Synodalibus Examinatoribus in postrema Diœcesana Sinodo electis obiisse, nimioque propterea onere superstites Examinatores gravari, prævia Sacræ hujus Congregationis licentia, habitoque Capituli consensu, sex alios extra Synodum deputavit, mox vero, impetrata facultate binos alios addendi sub eadem, quæ moris est, formula, quod accederet consensus Capituli, huic sub diem 25. Martii superioris anni convocato duos Presbyteros, nempe Alexandrum Micillo de Juliano Parochum Diœcesanum, & Cajetanum Perusini presbyterum Neapolitanum eidem Capitulo in eum finem proposuit, sed prior tantum fuit approbatus, rejecto altero sub obtentu, quod iste, veluti exterus non esset Canonicis notus, quodque Episcopus noluerit trium, aut quatuor dierum tempus concedere, intra quod Canonici nullam dicti Presbyteri cognitionem habentes possent de illius doctrina, & qualitatibus instrui.

Post hæc una ex parte Dominicus Forgioni Canonicus Cantor Cathedralis Ecclesiæ tam proprio, quam asserto nomine majoris partis Capituli exponens facti seriem superius descriptam, subdensque, se, ceterosque Canonicos cupere quamlibet cum proprio Præsule litium occasionem declinare, contra vero tuta non posse conscientia approbare Presbyteros exteros

teros sibi prorsus incognitos, supplicavit Eminentissimis Patribus „ degnarsi prescriverli il loro prudentissimo, e sapientissimo Oracolo circa
„ il modo devono portarsi in occasione di simili elezioni di Soggetti fora-
„ stieri non Cittadini, ne pure Diocesani, pigliare l'espedienti proprj,
„ perche non succedano inconvenienti nell'elezione di simili Esaminatori,
„ e se così conosceranno espediente dispensarli di dare il consenso loro a
„ tali elezioni, affinchè non sieno astretti tradire la propria coscienza
„ per non incorrere l'indignazione del loro proprio Vescovo.

Ex altera vero parte Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis eamdem prope facti speciem recenset ea tamen sub circumstantia luculentius explicita, quod Sacerdos Cajetanus Perusini „ essendo stato ballottato dalli detti Cano-
„ nici con diecinove voti segreti, ne riportò soli nove favorevoli, rima-
„ nendo per questa ragione escluso per la mancanza d'un sol voto, *ad-*
„ *densque, eundem Sacerdotem Virum esse*, d'infinita integrità, scienza,
„ e santi costumi, e Monsignor Vescovo nel proporlo per Esaminatore
„ Sinodale ha avuto particolare riguardo di ovviare alli particolari fi-
„ ni, parzialità solita aversi dagli Esaminatori Diocesani verso i Pro-
„ movendi, *EE. VV. rogavit*, che attese le buone qualità del d. Peru-
„ gini ben note all'Eminentissimo Sig. Cardinale Spinelli presente in
„ Curia, si compiaccino sanarli la mancanza di d. Voto, acciò resti
„ incluso nel numero di detti Esaminatori, e si soddisfaccia insieme al
„ buon servizio di Dio.

Hisce receptis precibus, datæ fuerunt literæ tum Aversano Episcopo, ut electionem, a se factam memorati Sacerdoti in Synodalem Examinatorem ab objectamentis Capituli vindicaret, utque eidem Capitulo congruum præfigeret terminum ad deducenda jura in hac Sac. Congregatione, ubi querelas nomine suo expositas tueri vellet, tum Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano, ut hac de re eumdem Sacrum Senatum dignaretur edocere; Aversanus itaque Antistes plura documenta, quibus sæpedicti Presbyteri excellens doctrina, morumque honestas maximopere commendatur, una cum sua Relatione *in Summ. Promotoris Fiscalis num.* 4. legenda transmisit; Eminentissimus vero Archiepiscopus Neapolitanus ducens ad se tantum spectare de morum integritate, ac sana doctrina prælaudati Sacerdotis inquirere, sub datum 18. Octobris proxime præteriti accurratissime rescripsit: „ Ex legitimis monumentis liquere, præfatum
„ Cajetanum hic Neapoli die 24. Martii anni 1703. ortum Sacræ Theo-
„ logiæ Professorem duodecim ab hinc annis huic Congregationi Patrum
„ Missionis adscriptum, ac assidue in cunctis ejusdem Instituti Piis Operi-
„ bus, præsertim vero in Sacris Missionibus hac in Civitate, Regnoque
„ habendis sese laudabiliter exercuisse, & exercere, Verbum Dei no-
„ vem Quadragesimarum temporibus, unoque Adventus, &c. prædi-
„ casse. Ad Sacras Confessiones audiendas a die 9. Maii 1733. per clar.
„ me. Eminentissimum D. Prædecessorem meum, prævio examine in Ci-
„ vitate per quadriennium, eoque elapso in tota Diœcesi approbatum,
„ ac per me quoque admissum esse, easque continuo hac in mea Cathe-
„ drali hactenus audivisse, atque morum integritatis, sanæque Doctri-
„ næ specimina jugiter præbuisse, & præbere; Tribus in concursibus
„ Parochialis hujusmet Civitatis sese examini subjecisse; Præterea ab
„ eodem Presbytero Perugino plures inibi Aversæ Sacras Missiones una
„ cum aliis præfatæ Congregationis Sacerdotibus peractas fuisse, præ-
„ sertim vero exercitia spiritualia, tam illis Monialibus, quam Adole-
„ scentibus ad Ecclesiasticos Ordines promovendis, pluribus quoque

 „ Ora-

,, Oratorum audientibus, quod ejus cognitionem, famamque non obscuram ,, illis reddere videtur.

Urgente jam vero Promotore Fiscali Decisionem infrascripti Dubii, citato Capituli Defensore, concordati, ad rem, de qua disceptatur potissime conferunt notata per *Pignatell. consult. can.* 119. *per tot. Tom.* 1. ubi refertur Rescriptum, quo Sacra Congregatio die 20. Septembris 1645. in una *Messanen.* similem nominationem, seu electionem Examinatorum Synodalium, quam Capitulum detrectaverat approbare, convalidavit; Quocirca grave non erit EE. PP. decernere:

An nominatio Sacerdotis Cajetani Perusini in Examinatorem Synodalem facta ab Ordinario sit confirmanda, non obstante dissensu 10. *ex* 19. *Canonicis in Capitulo intervenientibus, & suffragium ferentibus in casu &c.*

Sess. 24. *c.* 6. *do Ref.*

SABINEN. DISPENSATIONIS. In Testamento sub annum 1730. condito Marcus Antonius Cerbellius sex in Collegiata Ecclesia Collis Veteris jussit fundari Cappellanias; reservatoque, deficientibus successoribus Masculis sui Hæredis, jure nominandi ad dictas Cappellanias favore Capituli ejusdem Collegiatæ, plura adjecit onera, & conditiones, inter quas binæ istæ ad rem appositæ leguntur, altera scilicet; ,, Che in caso di ,, nominazione, ed elezione delli Cappellani siano preferiti i Parenti miei, ,, ed i più prossimi, tanto per la linea Paterna, come Materna, -- *altera* ,, *vero*, che tutti li medemi Cappellani debbano celebrare per se stessi in ,, detta Cappella, e tutte le Feste di Precetto insieme recitare il Matutino, ,, Laudi, & Ore Canoniche, Vespero, e Compieta nell'ore debite.

Delato iam dudum prædictæ nominationis jure ad Capitulum, & secuta nuperrime vacatione unius ex enunciatis sex Cappellaniis ob liberam illius resignationem a Sacerdote Antonio Cornacchioni peractam, ejusdem Capituli jussu affixa fuerunt Edicta, quibus vacatio enunciatæ Cappellaniæ publice denunciaretur, cumque adspirantes ad eamdem Cappellaniam subinde comparuerint Sacerdos Antonius Bucciottus, & tres Clerici nimirum Sanctes Pierangeli ejusdem Collegiatæ Sacrista, Iosephus Marubius, & Dominicus Cornacchioni, postremus iste obtinuit omnibus Canonicorum suffragiis in Cappellanum eligi. Ut autem ejusmodi electionis commodo frui queat, cum in vigesimo tantum ætatis anno constitutus reperiatur, agnoscens, ex præmissa Testatoris dispositione impositum Cappellano onus celebrandi Missas per se ipsum, supplicavit Sanctissimo Domino Nostro pro derogatione huic oneri, donec ipse ad ætatem, qua possit ad Presbyteratum promoveri, pervenerit: Veruntamen ejus precibus ad S. Congregationem remissis se opponente memorato Antonio Bucciotto, qui contendit, sibi veluti actu Presbytero debitam fuisse electionem in Cappellanum, oportet discutere Dubium, quod infra describetur.

Super libello prædicti Clerici Dominici Cornacchioni pro gratia enunciatæ derogationis, sive dispensationis porrecto rogatus Eminentissimus Episcopus Sabinensis Sacrum hunc Consessum instructum reddere, suamque aperire Sententiam, hæc ad Causæ Decisionem expendenda retulit; primum, antedictis sex Cappellanis fuisse a Testatore constitutam congruam dotem annuorum scutorum 40. pro unaquaque ex fructibus tot Locorum Montium percipiendam, successu autem temporis fructus dictorum Locorum Montium adeo decrevisse, ut hodie singuli Cappellani vix scuta viginti percipiant, & secundum ob hanc causam diminutionis fructuum usque ad dictam tenuem summam, quæ juxta morem Diœcesis nequit esse titulus suffi-

sufficiens pro Sacris Ordinibus suscipiendis, Capitulum consuevisse Clericos minores ætate, qui Missarum oneribus per alios facerent satis, ad dictas Cappellanias nominare, sed ejusmodi consuetudinem statim ac ea sibi perspecta fuit, improbasse: Quibus expositis, votum suum in hæc verba profert: „ Ego perpendens libertatem Capituli Patroni nominandi
„ quemcumque alium Sacerdotem exterum, Oratoris honestam, & admo-
„ dum civilem Natalium conditionem, assiduam etiam ipsius assistentiam hu-
„ manis literis, & Sacris Ministeriis, necnon frequentiam Sacramentorum,
„ prout a pluribus fide dignis audivi, petitam gratiam impartiri posse pro-
„ ut, dummodo Orator, cum primum ad ætatem legitimam pervenerit, ad
„ Sacros Ordines promoveatur, & interim per alium Missarum oneri sa-
„ tisfaciat.

His itaque inspectis una cum iis, quæ circa similes dispensationes tradidere *Corrad. in prax. dispensat. lib.4. cap.2.*, *& in prax. Benef. lib.4. cap.6.*, *Piton. discept. Eccl.13. num 42. & in Parergon. discept. Eccl. a num.20. ad 26.*, *& de contr. Patron. alleg.100. num.338.*, nec non Resolutionibus S. Congregat. relatis *per Fargna de jurepatr. part.2 can.6. & can.27. cas.15. tom.2. pag.132. & 552. & seq.*, partes erunt EE VV. rescribere.

An sit locus dispensationi per Clericum Cornacchioni petitæ in casu &c.

TERRACINEN. DISMEMBRATIONIS. In supplici libello, quem Cesarius Fatigati Promotor Fiscalis Episcopalis Curiæ tam proprio, quam totius Populi Civitatis Terracinæ nomine porrexit Eminentissimis PP., exponitur primum „ qualmente in detta Città lo stato delle Anime *Sess.21. cap.2. de ref.*
„ stà in pessima positura per esservi un solo Curato, e questo obbligato al
„ Coro della Cattedrale, quale non può in verun conto assistere al numero
„ grande degl'Infermi, molti de i quali mojono senza Sagramenti, per non
„ dir nulla di tanti scandali, de i quali è piena la povera Città, *proindeque*
„ *supplicatur*, ordinare a Monsignor Vescovo la reintegrazione della cura
„ nella Chiesa Parochiale di S. Giovanni, com'era prima, acciocchè con
„ un secondo Curato possa essere assistito il numeroso Popolo; Tanto più,
„ che per tale effetto la Santità di Nostro Signore mossa a compassione delle
„ miserie spirituali dei poveri Cittadini si è compiaciuto assegnare un annuo
„ perpetuo Sussidio, con cui si possa mantenere un secondo Curato; *Ut vero*
„ *facilius petitio ista exaudiatur, exsubiciuntur rationum momenta -- Pri-*
„ *mo*, perche la Città di Terracina fa presentemente 2495. Anime: e per
„ sei mesi dell'anno ve ne sono 400. di più di Forastieri; Onde un solo Cu-
„ rato, che ha il peso d'assistere quotidianamente al Coro, non può arriva-
„ re; *Secundo*, perchè la sudetta Chiesa Collegiata di S. Giovanni è stata
„ Parocchia, & ha avuto sempre Curato distinto per una lunga serie d'anni;
„ *Tertio*, perchè in tanto mancò detta cura, in quanto che rovinò quasi
„ tutta la Chiesa ora magnificamente ristorata dal presente Monsignore Ve-
„ scovo, nè solamente rovinò la Chiesa, ma di più le mancarono e le pe-
„ corelle, e l'entrate, perchè per la peste la Città si ridusse a soli quaranta
„ capi di Famiglia, le seconde, perchè sotto Clemente VII. da Barbarossa
„ furono distrutte tutte l'entrate de i Luoghi consistenti in Vigne, Molini,
„ Oliveti.

Jussus Episcopus Sacram Congregationem super ejusmodi precibus instructam reddere, confirmat, in Civitate Terracinæ animas 2495. præter eos, qui hyemali tempore piscationis, ac venationis causa ad quadringentos circiter ascendentes illuc se conferunt, impræsentiarum numerari, eamdemque Civitatem in dies magis, magisque populosam fieri, cum plures e Neapolitano Regno eo veniant, ibique connubiali vinculo copulentur;

 hanc

hanc itaque ob causam cum Terracinenses Cives dudum sibi exposuissent, ad spirituale ipsorum auxilium, & curam unum Parochum, & hunc Cathedralis Ecclesiæ Archipresbyterum Chori servitio addictum non sufficere, ac instanter obsecrassent, ut Ecclesiam antiquitus nuncupatam S. Laurentii, nunc S. Joannis in Parochialem erigeret, seu potius eam ad pristinum Parochialis Statum, in quo olim cum aliis duabus ejusdem Civitatis Parochialibus reperiebatur, redintegraret, justis piisque eorumdem Civium votis facere satis secum animo deliberasse, proindeque cum præfato Archipresbytero, & Capitulo Cathedralis ea de re juxta Pastoralis suæ solicitudinis munus agere non omisisse, sed incassum; Quippe quia, licet Archipresbyter, & Capitulum prædicti non inficiarentur, Pueros haud satis esse necessariis Catholicæ Fidei rudimentis instructos, Adultos salutaribus fraudari præsidiis, plures ex hac decedere vita consuetis Ecclesiæ Sacramentis non munitos, ac totam denique Civitatem abusibus, vitiisque scatere, & scandalis, dum unus tantum Parochus nequit omnibus præsto esse, una tamen voce renuebant suum proposito operi assensum, jactantes insuper ideo a se negari, quod aliquod inde sibi pecuniarium detrimentum obveniret, cum incerta amitterent emolumenta, quæ ex Funeribus percipiunt, atque ita magis ipsorum reditus imminuerentur, alioquin satis tenues, dum Archipresbyter sexaginta dumtaxat scuta in totum, & singuli Canonici quadraginta circiter assequuntur, annuo censum, & plurium Missarum onere gravati.

His vero expositis, sententiam suam juxta Sacræ Congregationis præscriptum aperiens sic habet „ Enunciata igitur cum ita se habeant, maximum
„ loci putarem esse gratiæ exoptatæ reintegrationis æquis conditionibus EE.
„ VV. benevisis; sique alteram Paræciam ea in Civitate perutilem noverint
„ transactis temporibus postremi duo Apostolici Visitatores, ac tot Zelato-
„ res Missionarii, in præsenti necessariam adeo video, stantibus omnibus
„ humiliter prænarratis, ut ipse eamdem Ecclesiam de opportunis ad curæ
„ usum libens instruerem; & quoniam Sanctissimus Dominus Noster benigne
„ annuendo d. Populi precibus annuum perpetuum scutorum viginti subsi-
„ dium super redditibus illius Communitatis decrevit hujus rei causa, quo
„ novus Parochus ex præfatis Beneficiatis, prout supplicatur, instituendus
„ contentus esset, videntur negocium & Superi ductare, atque approbare „:
At huic Episcopi Sententiæ non acquiescentibus præfatis Archipresbytero, & Capitulo ad Eminentias VV. hodie pertinet, expensis juribus utrinque afferendis, ac iis, quæ circa materiam adnotata fuerunt in *Militen. Dismembrationis* 15. *Januarii* 1735. consueta circumspectione decidere.

I. *An sit locus reintegrationi Parochiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Posterula*: & quatenus negative.

II. *An sit locus erectioni novæ Parochiæ in Ecclesia S. Joannis*; & quatenus negative.

III. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

Die Sabbati 26. Maii 1639.

AMplissimus EE. VV. Consessus aliorum negotiorum copia, & gravitate distentus nequivit sub diem 2. currentis mensis examen quinque Causarum, quæ mox describentur, assumere, quocirca hodie earum definitio sub iisdem Dubiis efflagitatur.

TOLEN-

TOLENTINA SERVITII CHORI, ET MISSÆ CONVENTUALIS. Sess.24. c.12. de Ref.

I. An, quomodo, & quibus diebus in Ecclesia Collegiata S. Iacobi Tolentini celebrari debeat Missa cantata.
II. An in celebranda eadem Missa servari debeat Turnus; *& quatenus affirmative.*
III. An idem Turnus incipere debeat a Priore, sive potius a Canonico Decano, & inde prosequi per alios Canonicos.
IV. An præter Canonicum Hebdomadarium in dicta Missa cantata, & aliis Officiis debeant intervenire alii Canonici; *& quatenus affirmative.*
V. An deficientibus ab hujusmodi interventu eisdem Canonicis, sint ipsi multandi, & in qua summa.
VI. An Prioratus dictæ Collegiatæ Ecclesiæ sit Dignitas, cujus qualitatis, & ad quos effectus.
VII. An convocatio Capituli spectet ad Priorem juxta Constitutionem Synodalem anni 1728.
VIII. An Canonici antiquiores pro tempore Collegiatæ Ecclesiæ in Ordinibus Sacris non constituti teneantur illos assumere.
IX. An iidem duo Canonici antiquiores teneantur excipere Fidelium Confessiones, necnon Priorem coadjuvare in administratione aliorum Sacramentorum.
X. An teneantur etiam instruere Pueros in Doctrina Christiana; *& quatenus affirmative ad IX. & X.*
XI. An, ipsis deficientibus ab hujusmodi munere, teneatur Prior eis contribuere annuam præstationem quatuor rubrorum frumenti, & scutorum sex pro quolibet.
XII. An Canonicus Rilli unus ex dictis duobus Canonicis antiquioribus, & Canonicus Joseph Pompilii possint retinere Cappellaniam in Ecclesia Rurali S. Joseph cum onere ibi Missam celebrandi diebus festis, & respective munus Organistæ exercere in Ecclesia Sancti Nicolai.
XIII. An Canonicus Joannes Bezzi alter ex Canonicis antiquioribus valeat exercere munus Confessarii Monialium in Monasterio Sanctæ Agnetis in casu &c.

Ad I. celebrandam esse juxta Decretum visitationis anni 1727. Ad II. Affirmative. Ad III. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad IV. Affirmative. Ad V. Affirmative quoad quantitatem arbitrio Episcopi. Ad VI. Esse dignitatem ex compræhensis sub Regula IV. Cancellariæ ad effectus præeminentiales juxta ipsius Collegiatæ consuetudinem. Ad VII. VIII., & IX. Affirmative. Ad X. Teneri ad coadjuvandum Priorem in casu indigentiæ arbitrio Episcopi. Ad XI. Affirmative, & in casu deficientiæ mulctandos esse judicio Episcopi. Ad XII. Affirmative dummodo satisfaciat servitio Chori, & oneribus Canonicatus. Ad XIII. Affirmative ut ad proximum.

TOLEN-

Seſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. c. 4. de ref.

TOLENTINA MISSÆ PAROCHIALIS, ET PROFESSIONIS FIDEI.

I. An Prior Collegiatæ Eccleſiæ S. Iacobi, tanquam Parochus, teneatur applicare Populo quotidie.

II. An idem Prior teneatur per ſe ipſum concionem facere, & Evangelium explicare Populo, & quibus diebus; & an in caſu legitimi impedimenti valeat ſupplere per ſubſtitutum; *& quatenus affirmative quoad utramque partem*.

III. An, & quomodo in caſu omiſſionis veniat multandus.

IV. An fructus percepti per Priorem ob omiſſam Profeſſionem fidei coram Ordinario ſint reſtituendi a die captæ poſſeſſionis; *& quatenus affirmative*.

V. An, quomodo, & cui dicti fructus ſint applicandi.

VI. An intortitia, quæ obveniunt occaſione funerum Canonicorum tumulandorum in proprio eorum Sepulchro ſpectent ad Canonicos una ſimul cum Priore in caſu &c.

VII. An in expenſis pro Cauſis vertentibus in Sacra Congregatione inter Priorem, & nonnullos Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ S. Jacobi Tolentini contribuere debeant Canonici Benaducci, Sereni, & Dioniſi, ſeu potius ſubminiſtrandæ illæ ſint per Canonicos Collitigantes tantum in caſu &c.

Ad I. Negative, & teneri ſolum diebus Feſtis. Ad II. Affirmative quoad utramque partem ad formam Concilii. Ad III. Affirmative arbitrio Epiſcopi ad formam Concilii. Ad IV. Negative. Ad V. Proviſum in IV. Ad VI. Negative, & ſervetur ſolitum. Ad VII. quoad primam partem Affirmative, & Negative quoad ſecundam.

Seſſ. 24. c. 18. de ref.

AVERSANA ELECTIONIS EXAMINATORIS SYNODALIS.

An nominatio Sacerdotis Cajetani Peruſini in Examinatorem Synodalem facta ab Ordinario ſit confirmanda, non obſtante diſſenſu 10. *ex* 19. *Canonicis in Capitulo intervenientibus, & ſuffragium ferentibus in caſu &c.*

Non propoſita attento lapſu anni.

Seſſ. 24. c. 6. de ref.

SABINEN. DISPENSATIONIS.

An ſit locus diſpenſationi per Clericum Cornacchioni petitæ in caſu &c.

Negative.

TER-

TERRACINEN. DISMEMBRATIONIS. *Sess.2. cap.2. de refor.*

I. *An sit locus reintegrationi Parochiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Posterula*, & quatenus negative.

II. *An sit locus erectioni novæ Parochiæ in Ecclesia S. Joannis*; & quatenus negative.

III. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

MONTIS FALISCI IRREGULARITATIS. Sacerdos Joannes Cesari e Monte Falisco Viterbium solemni festiva die S. Rosæ 4. Septembris 1737. se contulit visitaturus, ut ipse inquit, Ecclesiam B. Mariæ vulgo nuncupatam *della Quercia* mille circiter passibus e Viterbii Civitate distitam; Accidit autem, quod velociter equitans in publica Platea *della Rocca* dictæ Civitatis Viterbii non modico Populi numero referta, nullo, uti mos est, edicto vocis sono, quo circumstantes caverentur, ita præceps in quemdam irruerit hominem, ut is facile in terram prostratus in labiis, superiorique oculorum supercilio ab equi pedibus vulneratus debuerit ad Hospitale asportari, ubi, istorum vulnerum cura nondum expleta, post quinque dies febri correptus brevi aliorum trium dierum spatio occubuit. *Sess.14.cap.7. de Ref.*

Delata ad Episcopalem Curiam Montis Falisci hujusce casus notitia, confectus desuper fuit Processus, quo absoluto, Vicarius Generalis definitiva Sententia pronunciavit, dictum Sacerdotem Joannem Cesari irregularitatem ea de causa contraxisse; Cum autem paucos inde post menses præfatus Sacerdos supplicem Sacræ huic Congregationi porrexerit libellum, quo exponens memoratum Hominem non ob vulnera sibi ea occasione inflicta, sed ob veterem morbosam affectionem, qua febrilis calor fuerit in illo excitatus, mortem oppetiisse contendebat, nullam a se contractam fuisse irregularitatem, vel saltem super ea secum dispensari postulabat, rogatus Eminentissimus Episcopus hac de re eamdem Sacram Congregationem instruere sub diem 8. Januarii 1738. retulit, *satis, superque imo ad evidentiam usque constare præfatum Sacerdotem ob prædescriptum culposum homicidium a se commissum irregularitatem incurrisse*; quibus acceptis, die 25. ejusdem mensis fuerunt illius preces rejectæ.

Pluribus jam vero postea transactis mensibus, supplex is denuo redii eamdem instaurans petitionem nonnullis tamen antea non exhibitis suffultam documentis, quibus probari authumat neque sibi culpæ vertendum esse, quod equum non suum, & fræno non parentem nequiverit calcaribus carens divertere, quin hominem illum impeteret, neque ejusdem hominis interitum ictui illi tribui posse, addens præterea qualemcumque noxam satis a se fuisse redemptam jugi probæ, ac pœnitentis vitæ specimine hactenus præbito; Quocirca, audito iterum super novis hisce precibus Eminentissimo Episcopo, placuit Sac. Congregationi demandare, ut Causa proponeretur in Folio sub duobus Dubiis, quæ ad calcem præsentis Restrictus apponentur.

Binæ sunt Innocentii III. Decretales, quæ ad rem hanc expendendæ occurrunt, altera in *Cap. Dilectus de Homicid.*, ubi sic habetur „ Dilectus Filius A. Cappellanus proposuit, quod cum quadam corporis molestia gravaretur, ut comedendi appetitum aliquantulum excitaret, Equum, quem „ nutriebat, ascendit, qui cum bene non pareret habenis, sed præter Sessoris arbitrium saltibus lasciviret, ipse, ut ejus refrænaret impetum, fræ-

„ no

„ no, vim intulit, equumque calcaribus stimulavit, cumque, fracto fræ-
„ no, Equus proprio arbitrio relictus curreret festinanter, quædam Mulier
„ veniens ex obliquo Infantulum bajulans obviavit, in quam Equus irruens,
„ procul abjecto Sessore, Puerum prædictum oppressit, ideoque manda-
„ mus, quatenus si ita est, cum idem Cappellanus nec voluntate, nec actu
„ homicidium perpetravit, nec dedit operam rei illicitæ, non impediat,
„ quominus Divina possit Officia celebrare, -- *& altera in* Cap. Significasti,
„ eodem titulo, *ibi* -- Significasti Nobis, quod cum F. Clericus equitaret,
„ Equus, cui insidebat, tam se, quam ipsum projecit in aquam; Unde Cle-
„ ricus ipsum graviter calcaribus stimulavit; Equus vero, cum existeret
„ bucca durus præter Sessoris voluntatem raptus in cursum Mulierem quam-
„ dam, quam habuit obviam ex improviso, pedibus interfecit, cumque ab
„ eodem Clerico fecimus inquiri, utrum Equi vitium prius scivisset, illud
„ asseruit se ignorasse, ideoque mandamus, quatenus si ita est, ad cautelam
„ injungas ei pœnitantiem competentem, qua peracta, non impedias, quo-
„ minus in susceptis ministret Ordinibus, & ad majores valeat promoveri.

Regula autem, quæ ex ejusmodi Decretalium, aliorumque Sacrorum Canonum præscripto servari solet in ferendo judicio circa irregularitatem ex homicidio casuali, hæc esse videtur, quod, si quis dabat operam rei licitæ, simulque adhibuit diligentiam, & cautelam, quam potuit, ac debuit, homicidium, quod fortuito, & citra ejus culpam accidit, eum non reddit irregularem, uti per Textus expressos in *Cap. Continebatur*, *& Cap. Ad audiontiam*, *& Cap. ex literis de homicid.*, sicuti etiam, si causa remota sit, ac nullo modo ad homicidium ordinata, tametsi quis omnino per accidens daret operam rei illicitæ, adhuc non efficitur irregularis, juxta alios Textus in *Cap. Exhibita. eod. tit.*, *& in Cap. Quæsitum de pœnit.*, *& remiss.*, quos late explicant *Fagnan. in Cap. Si constiterit. n.4. de accusat*, *& in Cap. Ad audientiam num.33.*, *& 61. in fin.*, *& in Cap. De cætero. num.12. de homicid. Gonzal. eod. Cap. De cætero num.1.*, *& 8.*; contra vero irregularitatem contrahere eum, qui opus illicitum gessit, periculum mortis, vel mutilationis inducens, præsertim si debitam diligentiam, & cautelam non adhibuerit, ne inde homicidium, aut mutilatio sequeretur, distinguendo tradunt communiter Canonistæ, inter quos *Piring. in lib.5. Decretal. tit.12. Sect.2. n.65.*, *& Reinfstuel eod. loco §.5 n 195.*

Documenta ab Oratore producta, quibus evinci putat, se Equo in sæpedictum Hominem casu prorsus fortuito, & ulla absque culpa offendisse, sistunt potissime in depositione duorum Testium, quorum primus rem ita enarrat -- „ Montati a Cavallo, io sul mio, ed il Signor D. Giovanni so-
„ pra un Cavallo d'un Viterbese preso apposta, quando fossimo nella Piazza
„ della Rocca vicino alla Porta cominciassimo a toccare di mezzo galoppo,
„ e benchè io fossi avanti, pure m'accorsi, che il medemo non sapeva caval-
„ care, e non poteva reggere il Cavallo, mentre il Cavallo non gli cami-
„ nava dritto, ma gli andava serpeggiando ora a mano dritta, ora a mano
„ sinistra &c. onde nella detta Piazza accadde, che il medesimo disgraziata-
„ mente urtò col Cavallo un pover' Uomo -- *subjungens postremo* -- Che
„ nella detta Piazza, per essere assai grande, non vi era molto Popolo, ma
„ poca gente sparsa in quà, e in là; *alter vero facti seriem a primo Teste re-
„ latam iisdem ferme verbis confirmans, hæc subdit* -- Che il sudetto Gio-
„ vane vestito di nero (*nimirum Joannes Cesari Orator*) si affaticava per
„ far andar dritto detto Cavallo, e niente dimeno il Cavallo torceva il filo
„ della Strada.

Præterea cum irregularitas non contrahatur, ubi mors ex alia causa, aut naturali morbo, quam ex inflictis vulneribus sequuta probetur, secundum ea,

ea, quæ docent communiter Canoniſtæ, & Theologi, quos late cumulat *Majol. de irregular. lib.5. cap.48. n.3.* & conſonare videtur Reſolutio Sacræ Congregationis edita in *Hortana Irregularitatis* 15. *Junii* 1709 relata per *Fargna. de Jurepatr.*1. *can.*5. *caſ.*11. *num.*52., idem Orator, ut demonſtret, tot es memoratum Hominem ex naturali morbo, non autem ex ſupra enunciatis vulneribus obiiſſe, profert tum relationem Chirurgi, qui teſtatus eſt, illum inveniſſe vulneratum -- „ Nella parte laterale ſiniſtra
„ dell'Oſſo frontale, parte calva, e nella parte interna, ed eſterna del labro, e circa l'occhio parimente ſiniſtro da Iſtrumento contundente, e lacerante ſenza pericolo „ -- tum etiam depoſitionem Medicorum, aliorumque Chirurgorum, qui juſſu Curiæ Epiſcopalis Montis Faliſci cum dicti Hominis inciſum Cadaver inſpexerint judicaturi, num illius mors ex dictis vulneribus ſecuta fuiſſet, in ſua relatione anathomica primum teſtantur præfatum Hominem ex inflictis vulneribus ſpatio quinque dierum prorſus convaluiſſe, dein vero, recenſitis ejus morboſis affectionibus, in hæc verba concludunt -- „ Queſte affezioni morboſe ottuſe, e lente delle
„ parti contenute nel Torace ſi giudicano non poter aver avuto il loro principio, che da una diuturna ſtagnazione, ed oſtruzione, non potendoſi
„ diverſamente conteſtare, che le ſudette affezioni morboſe abbiano avuto
„ il loro principio da tre anni in qua, le quali via più creſcendo ad oppilare
„ li vaſi maggiori, cardiaci, e polmoniaci con comprimerli, fa giudicare
„ perciò eſſere arrivato il medeſimo vizio organico a tale, e tanto avanzamento, che alla fine ad eſcluſione di qualunque eſteriore percoſſa abbia
„ il detto morbo di ſua propria eſſenza portato la morte naturale al ſudetto
„ Tomaſſo.

In ſecundis Eminentiſſimi Epiſcopi literis ſub datum die 9. Decembris proxime præteriti habentur -- „ Subſiſtunt expoſita huic Sac. Congregationi nomine Sacerdotis Joannis Ceſari mei Diœceſani tum in ea parte, quæ reſpicit cenſuram irregularitatis adverſus ipſum decretam a meo Vicario ex
„ eo, quia accellerare ipſe potuerit mortem illius hominis, qui anno præterito vulneratus remanſit ab Equo, cui idem Orator inſidebat, & quem
„ ipſe inconſiderate dirigebat in actu, quo egrediebatur e Civitate Viterbii,
„ ad quam ipſe ſe contulerat occaſione ſolemnis Feſti S. Roſæ, tum etiam in
„ alia parte, quæ reſpicit inſtantiam alias ab ipſo porrectam huic S. Congregationi pro obtinenda diſpenſatione ab hujuſmodi irregularitate, quæ
„ tamen fuit rejecta. Cum autem idem Orator ab inde citra videatur adæquare purgaſſe ſuam culpam, ex quo per annum, & ultra arctiorem Eccleſiaſticæ vitæ rationem injerit, ejuſque non modicum ſpecimen exhibuerit præſertim poſt ſex illos menſes, quos de meo mandato per modum ſpiritualis receſſus tranſegit penes Religioſum Conventum PP. S. Auguſtini
„ Montis Faliſci, hinc eumdem Oratorem dignum exiſtimarem expetita
„ gratia abſolutionis ab irregularitate, ſemper tamen ſubjiciens hunc animi
„ mei ſenſum ſuperiori Judicio EE. VV.

Omnibus itaque ponderatis, dignabuntur EE. PP. reſpondere.

I. *An Sacerdos Joannes Ceſari ſit irregularis*; & quatenus affirmative.

II. *An ſit locus diſpenſationis in caſu &c.*

PISTORIEN. CELEBRATIONIS MISSARUM. Philippus Maria Scarfantoni Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Piſtorienſis, cum inter cætera Canonicali ſuæ Præbendæ adnexa onera teneatur, *Seſſ.22.Decr. de obſerv. & evit.in celeb. Miſſar.*
„ celebrare unam Miſſam qualibet die alterius hebdomadæ in Eccleſia
„ Monialium S. Nicolai, aut pro celebratione Miſſæ hujuſmodi

,, ſcuta decem de menſe Julii perſolvere dicto Monaſterio ,, juxta verba literarum Apoſtolicarum ſa. me. Clementis VIII., quæ in confirmationem fundationis, ſeu erectionis illius Canonicatus prodiere, ſelegit nuper annuam dictorum ſcutorum decem ſolutionem explere potius, quam in præfata Monialium Eccleſia Miſſam alternis hebdomadis quotidie celebrare, cæpitque propterea ſub annum 1718. enunciatam pecuniarum ſummam in Æde ſacra deponere; Verum an. 1734. ſub obtentu, quod annui Canonicatus ſui proventus oneribus eidem adnexis pares non eſſent, prætereaque exponens memorata ſcuta decem a prædictis Monialibus in propios uſus libere abſque ulla Miſſarum celebratione impendi, duo ab hac Sacra Congregatione flagitavit, alterum ſcilicet, quod vel ſibi dictorum onerum reductio concederetur, vel ut Moniales tamquam heredes Antonii Ciacchini unius ex Fundatoribus dicti Canonicatus ad congruum compellerentur ſupplementum; Alterum vero, quod Sacer iſte Senatus dignaretur declarare, an eædam Moniales poſſent ſæpedicta ſcuta decem percipere, eaque in alium uſum, quam in Miſſarum celebrationem erogare.

Super hac duplici Oratoris petitione auditus fuit Epiſcopus, ſubindeque demandata exhibitio aſſertæ Canonicatus Fundationis, qua inſpecta ſub diem 21. Auguſti 1734. EE. PP. reicientes poſtulatam onerum reductionem declararunt; ,, Moniales teneri ad celebrari faciendum ,, Miſſas ex pecuniis depoſitatis nb anno 1718. ,, Quocirca Epiſcopus obſequens juſſibus conſentanee ad ejuſmodi Reſcriptum acceptis die 16. Novembris 1734. mandavit ,, notificari admodum RR. Matribus Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii SS. Michaelis, & Nicolai ,, Civitatis Piſtorienſis tenorem dictarum literarum Sacræ Congre- ,, gationis, eiſque intimari, quatenus in adimplementum earumdem ,, literarum celebrare faciant Miſſas pro concurrenti quantitate pecu- ,, niarum ab eis perceptarum; Et ſucceſſive aſſignavit eiſdem Mo- ,, nialibus terminum decem dierum continuorum ad ſeſe declarandum, ,, an continuare velint ad celebrare faciendum in earum Eccleſia, quo- ,, libet anno pro concurrenti quantitate annuorum ſcutorum decem ,, dictas Miſſas juxta numerum per Dominationem ſuam Illuſtriſſi- ,, mam, & Reverendiſſimam per aliud Decretum declaran. Quo vero ,, ad pecunias ad præſens exiſten. ſuper Monte Pietatis Civitatis Pi- ,, ſtorii, & etiam in manibus R. D. Canonici Philippi Mariæ de ,, Scarfantonis D. S. Illuſtriſſima, & Reverendiſſima ſibi reſervavit ,, facultatem declarandi, ubi, & quomodo onus Miſſarum ſatisfieri ,, poſſit, & debeat.

Verum tranſacto jam anno a die mox enunciati Decreti, & adhuc negligentibus præfatis Monialibus declarare, num velint Miſſas in ipſarum Eccleſia celebrari, denuo memoratus Epiſcopus ſub diem 20. Auguſti 1735. præcepit: ,, Quod, niſi infra terminum unius Menſis ,, a die intimationis iterum facien. eiſdem Monialibus aliquid relevans ,, deductum fuerit, nunc pro tunc intelligatur deſtinata in futurum ,, pro dicta celebratione Miſſarum Eccleſia Cathedralis Piſtorien., ,, in qua fuit tumulatum corpus dicti Teſtatoris Canonici jam ipſius ,, Cathedralis, juxta declarationem faciendam quoad quantitatem Miſ- ,, ſarum celebrandarum; Quo vero ad pecunias huc uſque cumula- ,, tas, & exiſtentes partim penes ſupradictum Dominum Canonicum ,, de

,, de Scarfantonis, & partim depositas seper Monte Pietatis Pisto-
,, rien. reservavit sibi facultatem declarandi quidquid sibi in Domino
,, expediens videbitur.

Ab ejusmodi Decreto ad Sacram Congregationem provocarunt Moniales contendentes liberum sibi esse, memoratam summam scutorum decem in Monasterii usus impendere, absque eo quod ullo Missarum onere obstringantur, hisce potissimum nitebantur rationum momentis; Primo, quod verba Literarum Apostolicarum sa. me. Clementis VIII. superius relata, quibus controversum Missarum onus Possessori dicti Canonicatus injungitur, hunc reddant sensum quod scilicet omnes, & singuli sæpedicti Canonicatus Possessores teneantur unam Missam qualibet die alterius hebdomadæ in Ecclesia Monialium S. Nicolai celebrare, aut loco celebrationis dictæ Missæ annua scuta decem *libere* Monialibus persolvere; Secundo, quod comparitione, ut ajunt, facta coram Ordinario a Fundatoribus Canonicatus dictum fuerit *Rectorem ejusdem Canonicatus loco Missarum solvere debere Monialibus dicta scuta decem amore Dei*; Tertio, quod Antonius Ciacchini alter ex dictis Fundatoribus, qui hæredes ex asse scripsit ipsas Moniales, imposuit eis dumtaxat onus orandi, ac Psalmos Graduales in animæ suæ suffragationem recitandi, nulla facta mentione de controversa Missarum celebratione: Quarto, quod Franciscus Sebastianus Salvatucci alter Canonicatus Fundator celebrationem dictarum Missarum, quousque vixit, non curaverit per Moniales adimpleri; demum, quod ejusmodi onus in consueta Missarum tabella nunquam fuerit descriptum.

Jussus iterum Pistoriensis Antistes super hisce Monialium precibus Sacram Congregationem instruere, confirmata facti serie superius descripta, expositisque rationibus, quibus suffultæ Moniales detractant injunctæ Missarum celebrationis adimplementum curare, ait oportunum videri *æquitativo temperamento dirimere difficultates omnes vigentes inter Possessorem Canonicatus, & Moniales*: (subjungit) *meo judicio esse posset, Si per Sacram Congregationem rescriberetur teneri Moniales, ex dictis decem scutis annuis celebrare facere imposterum unam Missam, qualibet hebdomada convertendo id, quod superest in proprios usus, & idipsum eadem sumpta regula, ac proportione obligatas esse curare, ut executioni demandetur de pecuniis depositis in anno* 1718. *Potissimum etiam quia cum annua præstatione scutorum decem impossibile est modernis temporibus celebrari facere unam Missam qualibet die alterius hebdomadæ, ut præscriptum fuit in erectione Canonicatus, de quo tempore cum eleemosyna manualis esset medietatis julii, prout dignoscitur ex Constitutionibus Synodalibus Episcoporum Prædecessorum de Lactantiis, & del Caccia, summa scutorum decem sufficiens erat: Nunc vero cum manualis sit julii unius, perpetua autem julii unius, & unius Caroleni, ex ipsa etiam varietione adeo considerabili eleemosinæ locus est reductioni Missarum. A quo quidem temperamento non dissentit modernus Canonicatus Possessor, dummodo sibi, ac sui Successoribus liceat per semetipsos quatenus velint celebrare Missas in Ecclesia Monialium S. Nicolai pro concurrenti quantitate dictorum scutorum decem ad formam dictæ Bullæ, & ad rationem eleemosynæ manualis.*

Hisce per Episcopum relatis usque sub diem 15. Iulii 1737. licet postea tam Canonicus Scarfantoni, quam Moniales aliquando ostentaverint super excitata quæstione Supremum EE. PP. judicium exoptare, nullam tamen pro impetranda negocii definitione volentes sibi curam, sumptumve assumere, nihil amplius, quod discordes suas postulationes illustret, foveatque, fategerunt adferri, declarantes præterea neque ad EE. VV. manus quidquam ipsorum nomine pro rei decisione fore deferendum; Quo circa ne Missarum celebratio, si ea rursus debita judicetur, diutius suspensa maneat, rogantur EE. PP. ex hactenus deductis, quid hac in re sit impetrandum, statuere.

Tria scilicet videntur in deliberationem venire posse; Primum, an hodiernus sæpedicti Canonicatus Possessor juxta superius transcripta verba literarum Apostolicarum Clementis VIII. uti possit facultate solvendi annua scuta decem Monialibus S. Nicolai loco celebrandi Missam in earum Ecclesia qualibet die alterius hebdomadæ, vel potius teneatur integrum dictarum Missarum numerum explere, aut saltem solvere summam dictis scutis decem majorem, quæ juxta eleemosynam manualem hodie præstari consuetam par sit oneri Missæ quotidianæ alternis hebdomadis celebrandæ; Secundum, an ubi liberum sit Canonico solam scutorum decem summam Monasterio persolvere, liceat Monialibus in privatos Monasterii usus eam erogare, sive potius Missarum celebratio, & in quo numeru ab eisdem sit curanda: Tertium denique an, & quomodo sit providendum quoad summam usque ab anno 1718. per Canonicum Scarfantoni depositam, & num idem Canonicus quidquam ultra dictam summam pro tempore anteacto præstare teneatur.

Priori dubio occasionem præbet circumstantia ab Episcopo indicata, quod tempore erectionis Canonicatus consueta Missarum eleemosyna non excedebat medietatem unius julii, nunc ad integrum julium adaucta; hinc enim videtur inferri posse, quod sicuti solutione scutorum decem poterat iis temporibus obtineri celebratio Missæ quotidianæ alternis hebdomadis, ita majorem summam præstare tunc quidem obstrictus non fuerit Canonicus, ubi nollet ipse Missarum celebrationi incumbere: At, aucta modo Missarum eleemosyna cum dispositio incipiat ab onere Missarum certo numero præfinitarum, solvi propterea debeat a Canonico, in quem plura piorum Fundatorum Bona obvenere, summa prædicto oneri respondens, nec satis sit tradere scuta decem, quippe quæ dicantur non taxative, sed demonstrative tantum ibi enunciata, juxta regulam, cum qua passim in ejusmodi casibus proceditur.

Ad alteram vero quæstionem a Monialibus excitatam, quod ipsis liceat sæpedicta scuta decem in privatos Monasterii usus insumere absque onere curandi ullam Missarum celebrationem, spectant ea, quæ in §. Ab ejusmodi Decreto fuere jam recensita.

Solutio tandem quæstionis ultimo loco propositæ respiciens usum, in quem erogari debeant pecuniæ depositæ, & num quicquam aliud etiam pro tempore præterito sit ab hodierno Canonicatus Possessore præstandum, pendere videtur a decisione, quæ prodeat super binis prioribus, itidemque a bona fide tam Canonici, quam Monialium, & longæva veteri observantia, de quibus testatur Episcopus.

Omni-

Omnibus itaque ponderatis, non dignentur EE. PP. respondere.

I. *An Canonicus Scarfantoni persolutionem scutorum decem liberetur ab onere Missarum, de quibus agitur, vel potius teneatur, aut summam majorem, & quam Monasterio S. Nicolai persolvere*; & quatenus affirmative quoad primam partem.

II. *An Moniales dicti Monasterii possint dicta scuta decem in privatos Monasterii usus insumere, vel potius Missas, & in quo numero celebrari facere teneantur in casu &c.*

III. *An, & quomodo sit providendum quoad pecunias depositas, & an Canonicus Scarfantoni quidquid ultra illas pro tempore præterito præstare teneatur in casu &c.*

SENOGALLIEN. CAPPELLANIÆ: Joseph Zoppini in Testamentariis suis tabulis septem Cappellanias, quas Laicales vocant, in Venerabili Ecclesia S. Joannis Evangelistæ Terræ Montis Sancti Viti fundari præcepit; earum vero Rectoribus has præsertim indixit leges, & conditiones; primo scilicet, *che sieno tenuti, ed obligati durante le loro Cappellanie celebrare per se, e non potendo per legitima causa, o giusto, e ragionevole impedimento per se stessi celebrare, e far celebrare da altro Sacerdote tre Messe per ciascheduna Settimana*: Secondo, *che tutti, e singoli Cappellani debbano intervenire, assistere, ed accompagnare processionalmente il Santissimo Sacramento con portarsi del proprio per lo spazio d'anni quattordici, e non più una torcia per ciascheduno, e così servir in tutte le funzioni, che si faranno pro tempore dalla d. Compagnia del Santissimo Sacramento di S. Giovanni Evangelista, prestando nelle Feste, e Funzioni quell'ajuto, che potranno con le loro persone, particolarmente nelle Confessioni (se saranno Confessori) e Communioni nelle Messe cantate, e Vesperi*: Tertio, *che ciaschedun Cappellano sia tenuto alla pena di un quarto di paolo per ciascheduno, ciascheduna volta, che mancasse d'assistere, come sopra senza legitimo impedimento, e legitima causa da esigersi dal Governatore pro tempore di d. Confraternità, e da applicarsi in benefizio della Sagrestia*, Et quarto, *che a d. Cappellanie possano concorrere tutti li Preti Sacerdoti nativi, ed abitanti in questa Terra indistintamente, tanto Cittadini, quanto Artigiani, o Contadini, purchè non siano provisti di altre Cappellanie perpetue incompatibili, o dalla Communità, o da Particolari, mentre quelli, che sono provisti di altre Cappellanie perpetue incompatibili, vuole assolutamente siano per sempre esclusi.* *Ses. 21. c. 2. de Ref.*

Secuto memorati Josephi Testatoris obitu, Sacerdos Franciscus Menzucchius tertiam ex enunciatis septem Cappellaniis, ad quam fuerat ab ipsomet Testatore nominatus, obtinuit, deindeque curavit in rectorem alterius Cappellaniæ in Ecclesia S. Amici Castri Muri erectæ, quam antea ad triennium obtinuerat a Sodalitate Sanctissimi Boni Jesu confirmari, sed quia idem Franciscus mox enunciatam confirmationem fuit assecutus ea sub conditione: *Che sia il medesimo tenuto, ed obligato offiziare la nostra Chiesa, ed adempire gli obblighi della Cappellania in tutte quelle contingenze solite per lui medesimo, ne vi possi sotto qualunque pretesto sostituire in qualunque tempo mai altro*

tro Sacerdote in sua vece, a riserva nel caso d'infermità, Nicolaus de Zoppinis unus ex hæredibus prælaudati Josephi Testatoris novissime cæpit contendere, binas, quæ a sæpedicto Francisco retinentur, Cappellanias, ratione præsertim oneris celebrandi per se ipsum esse inter se incompatibiles, adeoque eumdem Franciscum ob earum retentionem, si non ab utraque, saltem a Cappellania per Josephum Zoppini fundata decidisse; cumque in idem Nicolai consilium unanimes devenerint alii Fratres de Zoppinis, exorant modo EE. PP. assumere examen Dubii, quod infra describetur.

Sacrosancta Tridentina Synodus inhærens antiquioribus Ecclesiasticæ Disciplinæ Institutis pluralitatem Beneficiorum improbantibus, de quibus in *Can. Sanctorum dist.*70. *cap.*13. *num.*15. 18. 28., *&* 30. *de Praeben.*, *& in cap. Nonnulli de Cleric. non resid.*, cum aliis copiose relatis *per Thomasin. de vet.*, *& nov. Eccl. Discipl. tom.*2. *lib.*3. *cap.*5. *ad* 10. hanc sub *cap.*17. *Sess.*21. *de ref.* saluberrimam constituit regulam: *Imposterum unum tantum Beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honeste substentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri.*

Memorati autem Sacri Canones, atque Tridentini PP. in mox enunciato Decreto loquuntur de Beneficiis Ecclesiasticis, eorumque dumtaxat pluralitatem prohibent, ita quidem, ut plures Laicales Cappellaniæ possint licite, valideque retineri, ad tradita per *Garz. de Benef. part.*11. *cap.*5. *sub num.*310. *Massabr. in prax. haben. concurs. requisit.*7. *Dub.*17., & resolvit Sacra Congregatio in *Bitecten.*, in qua discussis binis hisce Dubiis: *I. An obtinens primum Beneficium, sive libere collationis, sive de Jure patronatus Laicorum ad sui substentationem sufficiens possit absque dispensatione Apostolica retinere secundum de Jure patronatus Laicorum. II. An obtinens duo Beneficia sive liberæ collationis, sive de Jure patronatus Laicorum minime sufficientia ad congruam substentationem possit retinere tertium, & quartum de Jure patronatus Laicorum absque Dispensatione Apostolica. III. An id, quod procedit in retentione Beneficiorum, procedere etiam debeat in Legatis Piis, & Cappellaniis de Jure patronatus Laicorum in casu &c.*, die 6. Decemb. 1721. respondit. *Ad primum negative. Ad secundum, negative, & ad mentem. Ad tertium, negative.*

Porro, cum Testator inter cætera disposuerit, quod supradictæ septem Cappellaniæ ,, Siano, e debbano essere sempre perpetuamente pure, ,, mere, vere laicali, e sopra di esse mai per alcun tempo, o per ,, qualsivoglia causa, o di rinuncia, o di rassegnatione, ingresso di ,, Religione, o di morte etiam in Curia di qualsivoglia de Cappellani nominati, o da nominarsi abbia da acquistarsi alcun jus, ragione, azione, o privilegio da alcun Tribunale etiam Ecclesiastico in ,, qualsivoglia modo privilegiato, dall'Ordinario, e però non possa, ,, ne debba entrarvi sopra di esse Cappellanie, e sue nomine puramente laicali ,, videtur inde non posse in discrimen revocari, quin sæpedictæ duæ Cappellaniæ utpote laicales queant a Francisco retineri, nisi

nisi residentiales, ac proinde inter se ratione oneris unicuique earum adnexi incompatibiles probentur.

Tota igitur præsentis Causæ inspectio in eo versabitur, num a Possessoribus earumdem Cappellaniarum impositum fuerit onus Missas per se ipsos celebrandi, proindeque in loco, ubi illæ fundatæ sunt, residendi; hoc enim posito, in jure receptum est, eas tametsi Laicales ob ipsarum incompatibilitatem simul retineri non posse, secundum Resolutiones Sacræ Congregationis in *Neapolitana Cappellaniarum* 14. *Aprilis* 1725. *ad I. Dub. lib.*75. *Decr. pag.*171., *& in Romana* 17. *Januarii* 1728. *lib.*78. *Decr. pag.*1. Quocirca spectat ad EE. VV., perpensa potissimum testamentaria dispositione Joseph Zoppini superius relata una cum juribus circumferendis, pronunciare.

An constet de incompatibilitate duarum Cappellaniarum, de quibus agitur, itaut sit factus locus vacationi utriusque, sive potius alterius, & quæ vacaverit in casu &c.

OVETEN. COADIUTORIÆ, ET DISTRIBUTIONUM: Joannes Florez Sierra Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Ovetensis ob suam ingravesentem ætatem obtinuit, sibi ab Apostolica Sede in perpetuum Coadjutorem deputari Sacerdotem Franciscum Sierra; iste vero consentanee ad Apostolicas literas desuper expeditas sese obstrinxit quæcumque reficere damna, quæ possent Joanni Iosepho obvenire, si debitam ipse residentiam, Ecclesiæque servitium præstare negligeret. *Sess.* 24. *c.*12. *de Ref.*

Cum autem nuper contigerit, memoratum Franciscum Coadiutorem, veluti cujusdam criminis in Ovetensi Civitate admissi Reum, condemnatum fuisse ab Episcopo inserviendum spatio sex annorum uni ex Hospitalibus Civitatis Septensis, Joannes Josephus Canonicus Coadjutus animadvertens damnum sibi ex sexennali hac Coadjutoris absentia proventurum ascendere posse ad summam ducat.3000. monetæ il-illius Regionis, ejusque refectioni haud satis esse omnia ejusdem Canonici Coadjutoris Bona patrimonialia, ad avertendum quodcumque suum detrimentum paratus est toto prædicti sexennii intervallo Chori, Ecclesiæque servitio per seipsum vacare. At quia Capitulum existimat, Ioannem Iosephum Canonicum Coadjutum, absente ex præmissa causa Francisco coadjutore, non posse oneri residentiæ supplere, minusque frui diebus vacationis, seu recreationis, quos vocant *las dies de gracias*; itidemque lucrari nequire quotidianas distributiones tempore, quo ipsum aliquando ægrotare contingat; idcirco tam Canonicus prædictus, quam Capitulum inter se convenere, ut ad tutam, commodamque utrique parti obtinendam controversiæ diremptionem sapientissimum EE. VV. oraculum super tribus dubiis mox describendis exposceretur.

Difficultati a Capitulo contra Canonicum Coadjutum excitatæ occasionem præbet vetus illius Cathedralis consuetudo, juxta quam asseritur Canonicos Coadjutos nedum minime teneri Choro interesse, Ecclesiæque inservire, sed neque ad id præstandum cogi unquam posse a Capitulo, tametsi in quibuscumque etiam solemnioribus Festivitatibus ipsorum Coadjutores absessent, adeoque apud omnes obtinuisse,

ut

ut si Coadjuti aliquando Choro intersint, non ad exemplum onus Canonicis injunctum, sed ex peculiari sua devotione, & libera tantum voluntate id agere censeantur; Praeterea dicitur quoque ibidem in more positum, ut dies vacationis, seu recreationis superius enunciati Coadjutoribus dumtaxat concedantur in levamen assidui, ac diuturni servitii, quod in actu suae admissionis ad Coadjutoriam sese obstringunt praestare.

His in facto notatis, duo ad Causae decisionem praestat in jure communiter recepta subiicere: Alterum nempe, quod Canonicus Coadjutus etiamsi ad differentiam Canonici jubilati non excusetur ab onere residendi in loco, ubi Canonicatum obtinet, secundum ea, quae tradunt *Gonzal. ad Reg.*8. §.9. *num.*30. *Castropal. tract.*13. *dis.*1. *de Benef. punct.*9. *num.*12. *Barbos. lib.*1. *jur. Eccl. univers. cap.*15. *num.*53., *& lib.*3. *cap.*10. *num.*29. *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.*3. *tit.*6. §.2. *num.*35. & resolvit Sacra Congregatio in *Carthaginen.*1. *Dec.*1618. *lib.*11. *decr. pag.*223. immunis tamen omnino est a servitio Chori, & Ecclesiae, cui Coadjutor obstringitur incumbere, quemadmodum per *Text. in Can. scripsit mihi* 7. *quaest.*1., *& in cap. ex part.*5. *de Clerico aegrot.* docent. *Piring. in jus Canonic. lib.*3. *tit.*6. *num.*16., *& ibi Reiffenstuel.* §.2. *num.*48.: at si velit per se ipsum Choro interesse, omnibusque Ecclesiasticis functionibus Canonicatui suo adnexis defungi, impediri non potest juxta ea, quae tradunt *Fagnan. in cap. nulla de concess. Praebendae*, *Reiffenstuel. in jus Can. lib.*3. *tit.*7. §.2. *num.*15., & constat ex rescripto Sacrae Congregationis in *Florentina Praeeminentiarum*, ubi discusso Dubio: *An Canonicus Coadjutus possit per se ipsum explere functiones nuncupatas de hebdomada, & de turno in casu &c.* die 9. Aprilis 1718. responsum fuit: *Affirmative, & amplius, ut in lib.*68. *Decr. pag.*139. Alterum vero, quod idem Canonicus Coadjutus, si, Coadjutore absente, vel impedito, Choro intersit, Ecclesiaeque servitio vacet, gaudere debet omnibus vacationis, & recreationis diebus, quibus Canonicus Coadjutor, si Choro interfuisset, frueretur, *Navar. de Cleric. Aegrot. cons.*2. *n.*6. *& Garz. de Benef. part.*4. *cap.*5. *n.*64.

Haec sunt, quae ad decisionem I., & II. ex Dubiis infra describendis conferre videntur: quod autem attinet ad articulum, qui in III. Dubio decidendus proponitur, cum scilicet Canonicus Coadjutus tempore, quo infirmitatis causa nequit Choro interesse, quotidianas distributiones lucretur, si contingat, Coadjutorem absque legitima causa, seu ex propria culpa a residentia abesse, operae pretium visum est, praeter ea, quae tradunt inter alios *Barbos. de Canonic., & Dignit. cap.*29. *num.*44. *& seq. Monacell. in formular. legal. for. Eccl. par.*2. *tit.*13. *for.*2. *num.*76. hic scribere Resolutionem Sacrae Congregationis Rituum in *Patavina*, in qua ita rescriptum fuit: *Distributiones quotidianae non debentur Canonico infirmo, vel alias legitime impedito, quando habet Coadiutorem, sed si Coadiutor non resideat, punctatur tamen in ipsius Coadjutoris damna*: uti testatur *Barbos. de Canonic., & Dignit. cit. cap.* 29. *num* 45. *in fin.* consonant plura hujus quoque Supremi Tribunalis rescripta, & signanter in *Causa* cui titulus *Dubia Punctaturarum* 31. *Julii* 1694. *lib.*44. *Decr. pag.*359.

& in *Asculana* ubi ad Dubium VIII. ita conceptum. *An debeantur* (nempe distributiones quotidianæ) *Canonicis infirmis, si Coadiutores sani non interveniunt*, sub diem 5. Junii 1706. responsum fuit: *Negative: ut in lib. Decr. pag.*170.

Episcopus confirmans facti seriem superius descriptam, memoransque enunciatam suæ Cathedralis Ecclesiæ consuetudinem in hæc verba concludit: *Quapropter videtur mihi in casu præsenti (quidquid sit de aliis) D. Joannem Josephum Flores de Sierra Coadjutum tempore pœnalis Servitii D. Francisci de Sierra coadjutoris posse, ac debere residere, residendoque gaudere diebus vacationis, perinde ac si coadjutorem non haberet, potiorique jure habendum esse pro præsenti sicut, & cæteri, qui coadjutores non habent, si dicto tempore durante ægrotet.*

Partes itaque erunt EE. VV. deliberare.

I. *An durante tempore pœnalis servitii, & consequenter absentiæ Canonici Francisci Sierra coadjutoris, residere valeat Joannes Joseph Florez Canonicus coadjutus*; & quatenus affirmative.

II. *An residendo gaudere debeat diebus vacationis, seu recreationis nuncupatis, las dia de gracias.*

III. *An dicto tempore durante ægrotans dictus Joannes Canonicus coadjutus habendus sit pro præsente tempore infirmitatis, & possit lucrari distributiones in casu &c.*

Die Sabbathi 6. Junii 1739.

NON graventur EE. PP. resumere Folium Congregationis habitæ sub diem 16. superioris mensis, ac quinque Causas ibi descriptas, mox indicandas definire.

TERRACINEN. DISMEMBRATIONIS.

I. *An sit locus reintegrationi Parochiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Posterula*; & quatenus negative. *Sess.21.c.4. de ref.*

II. *An sit locus erectioni novæ Parochiæ in Ecclesia S. Joannis*; & quatenus negative.

III. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

Ad I. & II. negative. Ad III. pro deputatione alterius Coadjutoris ab Episcopo eligendi cum provisione scutorum 20. de quibus agitur, & onere occurrendi indigentiis Parochianorum, & signanter degentium extra Civitatem juxta modum ab eodem Episcopo præscribendum.

MONTIS FALISCI IRREGULARITATIS.

Sess.24. c.7. de Ref.

I. *An Sacerdos Joannes Cæsari sit irregularis*, & quatenus affirmative.
II. *An sit locus dispensationi in casu &c.*

Pro dispensatione ad Cautelam.

PISTORIEN. CELEBRATIONIS. MISSARUM.

Sess.25. Decr. de obser. & evit. in celeb. Miss.

I. *An Canonicus Scarfantoni per solutionem scutorum decem liberetur ab onere Missarum, de quibus agitur, vel potius teneatur ad summam majorem; & quam Monasterio S. Nicolai persolvere*; Et quatenus affirmative quoad primam partem.
II. *An Moniales dicti Monasterii possint dicta scuta decem in privatos Monasterii usus insumere, vel potius Missas, & in quo numero celebrari facere teneantur in casu &c.*
III. *An, & quomodo sit providendum quoad pecunias depositas, & an Canonicus Scarfantoni quidquam ultra illas pro tempore præterito præstare teneatur in casu &c.*

Dilata ad Sequentem.

Sess.22. c.17. de Ref.

SENOGALLIEN. CAPPELLANIÆ.

An constet de incompatibilitate duarum Cappellaniarum, de quibus agitur, itaut sit factus locus vacationi utriusque, sive potius alterius, & quæ vacaverit in casu &c.

Affirmative ad primam partem, & alterutram ex Cappellaniis esse dimittendam.

OVETEN. COADIUTORIÆ, ET DISTRIBUTIONUM.

Sess.24. c.11. de Ref.

I. *An, durante tempore pænalis servitii, & consequenter absentiæ Canonici Francisci Sierra Coadjutoris, residere valeat Joannes Joseph Florez Canonicus Coadjutus*; & quatenus affirmative.
II. *An residendo gaudere debeat diebus vacationis, seu recreationis nuncupatis los dias de gracias.*
III. *An eodem tempore durante, si ægrotaverit dictus Joannes Canonicus coadjutus, habendus sit pro præsente tempore infirmitatis, & possit lucrari distributiones in casu &c.*

Ad I. & II. affirmative. Ad III. Negative salvo jure agendi contra coadjutorem pro relevatione.

THELESINA CONCORDIÆ. San. Mem. Benedictus XIII. cui nomine Archipresbyteri, & Canonicorum Collegiatæ Ecclesiæ S Laurentii in Terra itidem S. Laurentii majoris nuncupata existentis fuerat expositum, Collegiatam prædictam a centum septuaginta, & ultra annis rite, & canonice erectam uno Archipresbytero, & quindecim constare Canonicis ibidem *omnibus Privilegiis, Signis & Insigniis, quibus aliæ Collegiatæ Ecclesiæ potiri consueverunt*, legitime, & pacifice gaudentibus, annuos vero Canonicalium Præbendarum reditus summe tenues, atque Canonicorum congruæ sustentationi omnino impares esse, proindeque supplicatum nedum pro Apostolica confirmatione erectionis dictæ Ecclesiæ in Collegiatam, verum etiam pro suppressione trium ex præfatis Canonicalibus Præbendis, quarum proventus Capitulari Mensæ applicarentur, per literas in forma Brevis expeditas sub diem 20. Septembris 1728. commisit Vicario Generali Episcopi Thelesini -- „ quatenus, veris existentibus „ narratis, supradictam erectionem tam Collegiatæ Ecclesiæ prædictæ, quam „ Archipresbyteratus, & Canonicatuum, & Præbendarum approbaret, at- „ que confirmaret, illique Apostolicæ firmitatis robur adjiceret, nec non „ quoscumque tam Juris, quam Facti etiam quantumvis substantiales defe- „ ctus, si qui desuper quomodolibet intervenissent, in eisdem suppleret, ita- „ ut nunc, & pro tempore existentes Archipresbyter, & Canonici prædictæ „ Collegiatæ Ecclesiæ omnibus juribus, & insigniis, quibus hactenus, le- „ gitime tamen, & pacifice, ut prædicitur, gavisi, & potiti sunt, absque „ ulla diminutione potiri, & gaudere perpetuo deberent; necnon tres Ca- „ nonicatus, & Præbendas prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ, cum primum il- „ los primo loco vacare contigerit, Mensæ Capitulari una cum omnibus, & „ singulis bonis, rebus, & incertis, aliisque juribus, sine alicujus præjudi- „ cio, etiam perpetuo applicaret, & appropriaret.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

Memoratus autem Vicarius, postulantibus Canonicis, ut ad ejusmodi literarum executionem deveniret, sub annum 1733. pronunciavit „ constitis- „ se, & constare dictam Ecclesiam fuisse, & esse Collegiatam innumeratam, „ seu sic licet absque ullo certo præfixo Canonicorum numero, necnon Ca- „ nonicos ejusdem Ecclesiæ consuevisse gestare, gestasse, & ad præsens quo- „ que gestare Insignia, proptereaque ipsam Ecclesiam fore, & esse confir- „ mandam, & approbandam in Collegiatam innumeratam absque ullo præ- „ finito Canonicorum numero, prout confirmamus, & approbamus, pari- „ terque ejus Canonicis competiisse, & competere jus, & facultatem defe- „ rendi dicta Insignia, atque ideo dictam Ecclesiam in veram Collegiatam in- „ numeratam in omnibus, & quibuscumque actibus, ac ad omnes, & quos- „ cumque effectus tractandam, reputandam, & habendam fore, & esse, sic „ pariter ejus Canonicos omnibus juribus, signis, & insigniis, quibus ha- „ ctenus gavisi, & potiti sunt, etiam imposterum absque ulla penitus dimi- „ nutione in eorum Ecclesia, & extra, ac in quibuscumque actibus eodem „ modo, quo Canonici aliarum Ecclesiarum Collegiatarum gaudent, po- „ tiuntur, potiri, & gaudere perpetuo debere „: pariterque declaravit, constare de tenuitate redituum Canonicalium, ac propterea ad consulendum congruæ Canonicorum sustentationi præcepit: „ quod existentibus „ hic, & nunc in dicta Ecclesia quindecim Canonicis præter Archipresbyte- „ rum, & præter alium Canonicum, cujus Canonicatus de jurepatronatus „ DD. de Familia Ferrara „: locum haberet deberet petita suppressio pro tribus Canonicatibus imposterum vacaturis, *itaut*, sunt verba sententiæ „ nullus penitus admittatur, seu subrogetur in locum Defuncti cedentis, „ vel dimittentis, sed fructus omnes ejusdem Canonicatus accrescant Massæ

 „ Ca-

„ Capitulari, & in ea reponantur ad effectum illos repartiendi, & distri-
„ buendi &c. æqualiter inter ceteros duodecim remanentes Canonicos, ita
„ quod fructus trium Canonicatuum accrescant Massæ Capitulari, & divi-
„ dantur inter dictos Canonicos, & Archipresbyterum ad constituendam eo-
„ rum congruam sustentationem „ : Addito tamen, quod, si posthac reditus augerentur, plures quoque pro rata augmenti admitterentur Canonici.

Sententia hæc licet ab Archipresbytero, & Canonicis acceptata in partibus, quæ ipsorum votis respondebant, iisdem tamen non arrisit ea parte, qua demandata fuit suppressio Canonicatuum dumtaxat *imposterum vacaturorum*, quippe qui contendebant debuisse juxta formam Literarum Apostolicarum Benedicti XIII. sub eadem suppressione comprehendi etiam Canonicatus *actu tempore concessionis gratiæ vacantes*, ac proinde irritam proclamabant collationem ab Episcopo factam Canonicatus, qui, literis illis jam expeditis, ante earumdem executionem vacaverat: Prætereaque non admittentes, suam Collegiatam fuisse prius innumeratam, eo minus acquiescebant alteri sententæ parti, qua Vicarius Generalis pronunciaverat, eamdem Collegiatam deinceps quoque sine ullo certo præfixo Canonicorum numero remanere debere.

E converso tam Promotor Fiscalis Episcopalis Curiæ, quam Canonici, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Thelesinæ authumantes, executioni committendas non fuisse præfatas literas Benedicti XIII. veluti falsis extortas assertionibus, bina obtinuerunt in Rotæ Auditorio disputari Dubia, alterum *An intret arbitrium pro retardatione executioni literarum Apostolicarum* --, quod fuit, *Affirmative* resolutum; Alterum vero -- *An Canonicis S. Laurentii licitum fuerit, & liceat deferre Insignia Canonicalia* --, cui, *Negative* responsum est ex fundamentis, quæ in Decisionibus sub diem 4. Junii 1736. coram R.P.D. Crescentino editis, & per manus Eminentiarum VV. circumferentis expenduntur.

Cum autem novissime, suspensa Causæ expeditione, quæ ab eodem Rotæ Auditorio fuerat subinde quoad utrumque Dubium decreta, sæpedicti Canonici devenerint ad concordiam cum Episcopo æque, ac cum Capitulo Cathedralis in hisce potissimum pactis versantem, primo nempe „ che le
„ sudette Letere Apostoliche della San. Mem. di Benedetto XIII. stabilis-
„ chino il vero, e indubitato Stato di d. Chiesa &c., e così resti dichiara-
„ ta, e conformata per vera Chiesa Collegiata numerata con certo, e prefis-
„ so numero di Canonici, il quale non possa in veruna maniera per qualsi-
„ voglia accrescimento, o deteioramento di rendite accrescersi, ne dimi-
„ nuirsi, *Secundo*, -- che debbano rimaner suppressi due, e non già tre Ca-
„ nonicati, in maniera che il numero, che dee rimanere stabilito nella for-
„ ma sudetta in detta Chiesa, sia di quindici Canonici, cioè tredici di li-
„ bera collazione, l'altro del Padronato sudetto, e l'Arciprete; *Tertio*,
„ che il Canonicato sudetto, che non rimane soppresso, *pro hac prima vice*
„ *tantum* debba provederli, e conferirsi da Monsignore, rimanendo poscia,
„ come tutti gl'altri soggetto alle affezioni, e riserve Apostoliche; Anzi sic-
„ come Monsignore ha promosso al detto Canonicato il R.D. Nicola Sasso,
„ l'elezione, e promozione del medemo debba accettarsi, e riceversi con
„ mettere nel formale, e reale possesso di detto Canonicato il sudetto D. Ni-
„ cola Sasso subito, che si sarà impetrato l'assenso Apostolico sopra la pre-
„ sente concordia; *Quarto*, che essendo un'altro Canonicato ultimamente
„ vacato per morte del fu Francesco Rossi seguita in Mese riservato alla San-
„ ta Sede, in esecuzione delle d. Lettere Apostoliche debba conferirsi dalla
„ Dataria, una volta che si eseguisca la presente concordia in tutte le sue
„ parti; *Quinto* -- Doversi ritenere in perpetuum due Economi, o sieno

„ Coad-

„ Coadjutori, oppure Vicarj in servizio della Cura da eleggersi da detto
„ Monsignore, e da suoi Successori, e si abbiano a stipendiare con docati dodici annui per ciascheduno da pagarseli in fine di ciaschedun'anno da essi
„ Signori Canonici dal denaro della Massa Capitolare; *Sexto* -- che detti Canonici di S. Lorenzo debbano deporre l'Insegna, o sia cappa, e riassumere
„ la prima antica Insegna, che possedevano in tempo, che fu spedita d. Bolla; *Et septimo demum* --, che detti Canonici di S. Lorenzo per le spese
„ fatte da Monsignore, e Canonici della Cattedrale nella lite agitata in Rota debbano pagare a medesimi docati duecento, de quali, perchè docati
„ sessantacinque ne sono stati spesi per il detto Reverendissimo Capitolo nell'
„ introduzione, e proseguimento della detta lite in Roma, & altri docati
„ cento trentacinque furono somministrati dalla fel. mem. di d. Monsignore
„ Bascari, per tanto li docati sessantacinque spettano liberi al medesimo Capitolo, e li docati cento trentacinque all'Eredità del d. olim Prelato Bascari, e però devonsi applicare, e spendere nella Fabbrica della loro Chiesa
„ Cattedrale „: concordiam hanc postularunt Apostolica approbatione communiri, qua quidem in re, ut cautius procederetur, rogatus de sua sententia fuit Eminentissimus Bichi, qui primum in voto sane elaboratissimo censuit, petitam approbationem ab hac S. C. concedendam non esse, sed ad summum nonnisi per Organum Datariæ, qua eriguntur Collegiatæ, certus constituitur Canonicorum numerus, atque privilegium deferendi Insignia indulgetur, fore impetrandam; deinde vero cum nova fuerit per dictos Canonicos allata rationum momenta, fassus est, ea non modici ponderis esse, proindeque rem ita in ancipiti positam, ut pro maturiori examine Causa mereretur in Folio describi.

Ponderatis itaque juribus nomine Canonicorum dictæ Collegiatæ circumferendis, necnon inspectis binis dissertissimis Relationibus præfati Eminentissimi Bichi, hodie deliberare oportet.

An concordia sit confirmanda in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

CASSANEN. QUARTÆ DECIMARUM. Renuente Clero Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Maratheæ inferioris ultro pergere in traditione mediorum, seu tumulorum quinquaginta frumenti, quos usque ad annum 1735 pro quarta Decimarum consueverat Episcopo Cassanensi præstare sub obtentu cujusdam litis super earumdem Decimarum exactione a Populo, sive Communitate Maratheæ promotæ, curavit Episcopus, ad Mensæ suæ jus sartum, tectumque tuendum, in hoc Sacro Consessu proponi Dubium, -- *An Clerus Ecclesiæ Parochialis Maratheæ continuare debeat in annua præstatione modiorum, seu tumulorum quinquaginta frumenti pro quarta Decimarum debita Episcopo in casu &c.*, quod in contumaciam præfati Cleri jura sua negligentis deducere, sub diem 27. Septembris superioris anni fuit *Affirmative* resolutum. *Sess. 25. c. 12 de ref.*

Cum autem deinde Clerus novæ Audientiæ beneficium sibi obtinuerit impertiri, non solum induxit animum, ut dictam Resolutionem acriter hodie impugnet, verum etiam contendit, obstringi debere Episcopum ad contribuendum expensis, ac sumptibus litis, quam super hujusmodi Decimarum exactione ipse cogitur contra Communitatem Maratheæ sustinere, putans nimirum petitam sumptuum contributionem pro rata Decimarum, quas sibi vendicat Episcopus, non posse ab eo declinari ex regula passim recepta, quod particeps quisque, sive consocius ad eas pro virili teneatur

expen-

expensas, quæ in commune sociale bonum concedunt, argumento *Text. in leg. Si unus §. Si quod unus ff. pro socio*, & in terminis firmavit *Rot. in Oxomen. Contributionis 17. Martii 1732. coram R.P.D. Calcagnino*.

Quis vero ex Collitigantibus tam in priori, quam in hac novissima controversia potiorem foveat causam, non ægre ex juribus hinc inde circumferendis conjicient Eminentissimi PP., qui, resumpto Folio dicta die 27. Septemb. 1738. distributo, rogantur utramque dirimere sub Dubiis.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*

II. *An Episcopus Cassanensis pro quarta Decimarum teneatur contribuere expensis, ac sumptibus litis motæ per Communitatem Marathea super exactione ipsarum Decimarum in casu &c.*

Sess. 24. c. 16. de Ref.

BITUNTINA ELECTIONIS VICARII CAPITULARIS. Cum septem ex Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Bituntinæ prænovissent, ipsorum Antistitem Lucam Antonium della Gatta ad Melphiensem, vel aliam Ecclesiam facile transferendum, timerent vero, ne ejusmodi translationis occasione in Vicarium Capitularem eligeretur Archipresbyter Josephus Ancarani, qui alias idem munus, Episcopali Sede vacante, objerat, indeque contentiones, atque dissidia orirentur, adjere Tribunal A.C. cui exponentes, *nonnullos Canonicos, & Concapitulares sese jactasse, & jactare, velle occasione transitus Reverendissimi D. Lucæ Antonii della Gatta Episcopi dictæ Civitatis ad Ecclesiam Melphitanam, seu aliam, eligere, ac deputare in Vicarium Capitularem dictæ Ecclesiæ R.D. Josephum Ancaranum*, -- tametsi iste Doctoratum, cujus laurea cæteroquin est insignitus, nunquam exercuerit, ac nondum fuerit Sindicatui de Vicariatu Capitulari antea administrato subjectus, die 7. Maii 1736. Monitorium, quod *Jactationum* vocant, adversus præfatum Josephum Ancarani, aliosque Canonicos, & Capitulares ejusdem Ecclesiæ, ne ad controversam electionem procederetur, obtinuerunt expediri.

Quatuordecim propemodum a die expeditionis hujusce Monitorii elapsi sunt menses, antequam prælaudatus Episcopus Bituntinus ad Melphitanam Ecclesiam transferretur, quo temporis intervallo Monitorium istud in lucem non venit; Secuta autem translatione, singulis Concanonicis fuit præsentatum eo plane consilio, ut quisque sibi vetitum intelligeret, Archipresbyterum Josephum Ancarani in Vicarium Capitularem eligere; Sed ejusmodi præsentatione posthabita, cum die 20. Julii 1737. convocatum subinde fuerit Capitulum, septendecim ex triginta quatuor Capitularibus dictum Josephum Ancarani elegerunt; Sexdecim vero (uno ex Canonicis suffragium suum in incertam dirigente Personam) confluxere in Primicerium Dominicum Giannoni, itaut Canonici Scrutatores tunc illico renunciaverint, electionem in sæpedicto Josepho Ancarani fuisse conclusam, uti postea totam rerum gestarum seriem explicantes hisce verbis testati sunt — „ Come essendosi convocato Capitolo per l'elezione di detto Vicario nel dì 20. del corrente Mese ad ore 21. del giorno, & essendoci intervenuti in questo 34. Vocali trà Canonici, e Dignità; fra quali trè per Procura, si ha da questi dato il loro voto per Schedule segrete, ed essendosi venuto all'apertura di queste, habbiamo trovati 17. voti a pro dell'Arciprete D. Gioseppe Ancarano, e 16. a pro del Canonico D. Domenico Giannone, & uno per D. J. Christum, & essendosi da noi dopo brugiate le Schedule, e nota di queste considerata l'elezione già sortita in persona del D. R. Arciprete Ancarano da noi qui sottoscritti si è publicata l'elezione in Persona del medesimo.

Verum

Verum quia, peracta mox enunciatæ electionis promulgatione, excitatus fuit in Capitulo, & Ecclesia tumultus, eoque perseverante tradita est possessio Vicariatus Capitularis Primicerio Dominico Giannoni in exclusionem Josephi Ancarani, oborta fuit inde judicialis contentio, quænam scilicet ex binis memoratis electionibus sustineretur, ac deberet executioni mandari, qua delata ad Archiepiscopum Barensem -- „ Visis instantiis „ &c. documentis, & signanter fide trium Reverendiss. Canonicorum Scru- „ tatorum, & literis patentibus subscriptis per 17. RR. Dignitates, & Ca- „ nonicos ejusdem Capituli expeditis favore dicti R. Archipresbyteri Anca- „ rani, necnon aliis documentis &c. & signanter literis patentibus subscri- „ ptis per 16. RR. Dignitates, & Canonicos ejusdem Capituli expeditis fa- „ vore dicti R. D. Primicerii Giannone partibus &c. auditis --, *pronunciavit* „ *iste sub diem* 24. *Julii* 1737. -- prætensam electionem in Vicarium Capi- „ tularem, uti deficientem in substantialibus fuisse, & esse nullam -- subindeque ex asserto jure eligendi sibi devoluto elegit in Vicarium Capitularem Gasparem Sensio ejusdem Cathedralis Canonicum.

Sententiæ huic non acquievit Archipresbyter Ancarani, qui proinde, appellatione interjecta, licet toto jam tempore vacantis Sedis Episcopalis Canonicus Sensio Vicarii Capitularis munus objerit, & novus post hac Episcopus assumpserit Ecclesiæ regimen, sua adhuc interesse putans, ab hoc Sacro Consessu validam, ac legitimam declarari electionem de se factam in Vicarium Capitularem, demissas in hunc finem porrigit preces, quas ex eo potissimum exaudiendas fore confidit, quod juxta enunciatam Canonicorum Scrutatorum attestationem omni vacet controversia, se fuisse a majori Capitularium numero electum.

Neque ullo in pretio ad impediendam, irritandamve electionem suam haberi posse arbitratur sive Monitorium superius memoratum a septem Canonicis ante quatuordecim menses expeditum, sive exceptiones contra se in illo propositas, tum quia merito neglectum fuerit Monitorium veluti diuturna adeo, atque studiosa occultatione antiquatum, tum quia nihili referret, se nunquam Doctoratum exercuisse, vel nondum subiisse Syndicatum super munere Vicarii Capitularis, quo alias perfunctus est, cum nullibi præscriptum sit, ex defectu asserti exercitii, minusque ob non redditam rationem Vicariatus Capitularis prius gesti, quem non posse ad idem obeundum munus iterum assumi; Eoque magis propugnat postremam hanc objectionem fore spernendam, dum Episcopus Bituntinus ad Ecclesiam Melphitanam postea translatus haud renuit testimonium perhibere de munere Vicariatus Capitularis ab ipso laudabiliter pridem gesti, ita demum concludens -- „ E non avendo avuta da nessuno istanza contro la sua lodevole „ condotta, mi astenni di esigerne il formale Sindicato, essendomi contenta- „ to della detta commune, e pubblica approvazione.

Hæc sunt quibus Archipresbyter Ancarani suam nititur electionem ab objectis omnibus vindicare. At quia tam Primicerius Giannoni, quam Canonicus Sensio illam in propria quisque Persona secutam magis legitimam jactitat, propterea idem Ancaranus duo electioni dicti Giannoni opponit, alterum scilicet, quod in eum non major Capitularium pars, sed sexdecim tantum ex triginta quatuor suffragiis confluxerint, alterum vero, quod eadem electio, quatenus etiam majori Capitularium parte fuisset conclusa, irrita foret judicanda, utpote ab eodem Giannoni nimia quadam ambitione, medioque Laicorum auxilio, atque tumultu procurata contra expressam censuram *Text. in cap. Quisquis de elect.* quam exornat cum aliis *Fagnan. ibid. n.* 22. *& seqq.*

Circa

Circa electionem vero ab Archiepiscopo peractam in personam Canonici Sensio præmittens in Jure, quod facultas eligendi Vicarium Capitularem ad Metropolitanum non devolvitur, nisi ubi Capitulum neglexerit illum intra octo dierum spatium deputare, uti sancitum habetur a Sacrosancta Tridentina Synodo *Cap.16. Sess.24. de Ref.* & constat ex Resolutionibus Sacræ Congregationis, & signanter in *Asculana Deputationis Vicarii Capitularis* 14. *Martii* 1699. *ad primum Dubium lib.*49. *Decr. pag.*97. in facto advertendum exponit, Archiepiscopum Barensem sub obtentu juris eligendi ad se devoluti ad præfatam electionem processisse, decurrente adhuc termino octo dierum, intra quem cum alia rite posset a Capitulo fieri electio, quatenus prior invalida judicata fuisset, ut notat *Passerin. de elect. cap.*13. *num.*41., *&* *Piton. discept. Eccl.*156. *num.*23. *&* 24. *in fin. Tom.*4., sustineri propterea nequeat illa per Metropolitanum expleta, juxta Resolutiones Sacræ Congregationis relatas *in Leopolien. Electionis Vicarii Capitularis* 14. *Januarii* 1736.

Jura, quæ adversus hæc meditentur opponere tam Primicerius Giannone, quam Canonicus Sensio propriam unusquisque sustinens electionem, nondum allata fuere, onus itaque erit Eminentiarum VV. dispicere.

An, & de cujus legitima electione constet in casu &c.

Sess.22. c.4. de ref.

CORDUBEN. ERECTIONIS CAPPELLANIÆ. Cum Sacerdos Iosephus de Gongora Cathedralis Ecclesiæ Cordubensis Canonicus compertum habens, Lucam ejus Nepotem, aliosque Successores in Primogenituram, seu Majoratum a Luca Antonio, & Ioanne Emanuelle de Gongora institutum ex testamentaria dispositione alterius Ioannis de Gongora post obitum Annæ Mariæ, & Mariæ Magdalenæ hæredum in usufructu scriptarum obstrinctos esse -- ,, a far celebrare da Sacerdoti Regolari, o ,, Secolari in tutte le Domeniche, e Feste di precetto di ciaschedun'anno ,, una Messa bassa nella Azzienda di Menzerguido ,, -- secum ipse statuerit Cappellaniam, altera adhuc ex dictis hæredibus usufructuariis superstite, proprio ære fundare, eo tamen consilio, ut ejusdem Cappellaniæ Possessor Missarum onus a laudato Testatore Ioanne de Gongora Majoratui impositum adimplere teneatur, unde tam Lucas suus Nepos, quam ejus Descendentes tantum in dicto Majoratu Successores ab onere præfato reddentur immunes, sibique præterea liceat, Laurentium de Castileso Tafur Patritium Cordubensem, qui certam pecuniarum summam pro statuenda pinguiori Dote ejusdem Cappellaniæ conferre paratus est, in primum Cappellanum nominare, supplex rogavit Sanctissimum, ut ejusmodi fundationem cum omnibus, & singulis conditionibus in ea contentis per speciale suum Breve dignaretur approbare; at ejus precibus ad Sacram Congregationem remissis, propositoque subinde Dubio, -- *An, & quomodo sit annuendum erectioni Cappellaniæ in locum Legati pro celebratione Missarum ordinati a Joanne Gongora in casu &c.*, die 23. Aug. 1738. rescriptum fuit -- *Negative*.

Existimans autem idem Canonicus Ioseph de Gongora, Resolutionem hanc facile prodiisse tum ex eo, quod exiguum visum fuerit Capitale ab ipso pro enunciato Missarum onere adimplendo assignatum, tum ex quo vocetur ad Cappellaniam, quam ipse fundare intendit, Collegium S. Rocchi Ordinis Carmelitarum, ac præterea fiat Cappellano ab ipso nominando potestas eligendi aliquando Ecclesiam sibi benevisam pro earum Missarum celebratione, ita ut ex hisce conditionibus non modice videretur immutata dispositio præfati Ioannis Testatoris, novum Sacræ Congregationi porrexit libellum, ubi priorem petitionem quoad præmissas conditiones declarans,

iterum

iterum postulat meditatam antedictæ Cappellaniæ erectionem sub multiplici lege clarius, ut ipse putat, hodie explicatam Apostolicæ authoritatis præsidio communiri.

Primo siquidem exponit suæ mentis esse, quod præfata Cappellania erigatur
„ nella Chiesa, o sia Cappella Rurale di Mezerguido con dote di Capitali
„ del valore di ducati d'oro di Camera 457., e la settima parte d'und ducato
„ de proprj denari, e con altri Capitali del valore di ducati d'oro di numero
„ 540. e la settima parte d'un ducato offerti da D. Gio: de Castilleso, e Ta-
„ fur, che in tutto fanno la somma di ducati d'oro di Camera 997., e respet-
„ tivamente di scudi Romani 1775. „ ex hac autem summa contendit dotem confici abunde congruam pro Cappellania onere unius tantum Missæ festivis diebus celebrandæ gravata: Secundo propugnat dupliciter ex hac sua fundatione commodum Causæ piæ augeri, tum scilicet, quia, in humanis adhuc degente altera ex hæredibus usufructuariis, adeoque citius Missarum celebratio habebitur, tum quia in casu, quo linea Lucæ de Gongora extinguatur, binæ erunt Cappellaniæ, & duplicata Missarum celebratio; Tertio ait, nullum præmissæ dispositioni Ioannis de Gongora detrimentum adferre conditionatam vocationem a se additam Collegii S. Rocchi Ordinis Carmelitarum, cum eidem Collegio stricta injugatur obligatio explendi celebrationem Missarum in eadem Cappella a dicto Testatore designata sub pœna privationis ejusdem Cappellaniæ, quam porro privationis pœnam in limine fundationis apponi posse tuetur veluti tendentem ad cautius pii operis implementum; Et quarto demum subjungit, nihil penitus detrahere executioni Legati Pii a toties memorato Ioanne de Gongora relicti enunciatam libertatem, quam ipse vult declarare permissam primo Cappellano celebrandi Missas in qualibet Ecclesia sibi benevisa, cum libera hæc potestas in themate Cappellaniæ a se erigendæ explicetur facta dicto primo Cappellano solum in casu, quo ob defectum lineæ descendentalis Lucæ obligatio curandi Missarum celebrationem in Cappella *di Mezerguido* reviviscat in Possessoribus Majoratus, unde compertum sit, quod nullo nunquam tempore juxta fundationem controversæ Cappellaniæ a se propositam voluntas pii Testatoris Ioannis de Gongora quoad Missas in sæpedicta Cappella celebrandas debeat inadimpleta manere, sed amplior immo fiat piæ causæ conditio.

Ex iis itaque, aliisque latius Oratoris nomine deducendis, prævia reassumptione Folii sub diem 23. Aug. 1738. distributi, dignentur Eminentissimi PP. deliberare.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Die Sabbati 4. Julii 1739.

DEcisio, quæ sub diem 6. mensis mox elapsi in quinque sequentibus Causis non prodiit, hodie iterum efflagitatur.

PISTORIEN. CELEBRATIONIS MISSARUM.

I. An Canonicus Scarfantoni per solutionem scutorum decem liberetur ab onere Missarum, de quibus agitur, vel potius teneatur Missas celebrare, aut summam majorem, & quam Monasterio S. Nicolai persolvere; *Sess. 22. Dec. de obser. & evit. in cel. Missar.*
Et quatenus affirmative quoad primam partem.

II. An Moniales dicti Monasterii possint dicta scuta decem in privatos Mona-

 sterii

sterii usus insumere, vel potius missas, & in quo numero celebrari facere teneantur in casu &c.

III. An, & quomodo sit providendum quoad pecunias depositas, & an Canonicus Scarfantoni quidquam ultra illas pro tempore præterito præstare teneatur in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess. 24. c. 12. de ref.

THELESINA CONCORDIÆ.

An concordia sit confirmanda in casu &c.

Dilata, & ad mentem.

Sess. 22. c. 4. de ref.

CASSANEN. QUARTÆ DECIMARUM.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

II. An Episcopus Cassanensis pro quarta Decimarum teneatur contribuere expensis, ac sumptibus litis motæ per Communitatem Maratheæ super exactione ipsarum Decimarum in casu &c.

Ad I. in Decisis, & amplius. Ad II. Negative.

Sess. 24. cap. 16. de ref.

BITUNTINA ELECTIONIS VICARII CAPITULARIS.

An, & de cujus legitima electione constet in casu &c.

In casu, de quo agitur, bene provisum per Metropolitanum.

Sess. 22. c. 4. de ref.

CORDUBEN. ERECTIONIS CAPPELLANIÆ.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Prævio recessu a Decisis, pro gratia erectionis juxta petita.

Sess. 6. c. 1. & Sess. 23. c. 1. de ref.

PISAUREN. CONCORDIÆ. In Oppido Gradariæ extat Parochialis Ecclesia sub titulo S. Joannis Baptistæ, cujus Rector totam Animarum curam ibi exercet, in ejusdem vero Oppidi Territorio tres aliæ reperiuntur Parochiæ pridem erectæ, nempe S. Michaelis, S. Stephani, & S. Sophiæ, quæ solet vetus Plebania nuncupari. Cum autem Rector, seu Archipresbyter mox enunciatæ Plebanæ Ecclesiæ consueverit extra Paræciæ suæ limites in memorato Oppido penes aliam Ecclesiam sub eodem titulo S. Sophiæ erectam residere, ibique Sacramenta administrare, aliasque peragere Parochiales functiones, solumque diebus Festis de præcepto Plebanam

banam Ecclesiam adeat, ut ibi Missam pro populo celebret, Conciones habeat, & Doctrina Christiana Pueros instruat, hinc inter Josephum Fabri modernum Rectorem, seu Archipresbyterum prælaudatæ Parochialis Ecclesiæ S. Sophiæ, & Hermetum Badioli Parochum dicti Oppidi Gradariæ plurium circa Parochialium functionum exercitium obortæ sunt contentiones, ad quas dirimendas nomine Parochi Gradariæ fuit sub annum 1737. ab Eminentissimis Patribus petita definitio nonnullorum Dubiorum, quæ legi possunt in supplici libello transcripto *in ejusdem Parochi Sum. n.2.*, postmodum vero, interpositis Episcopi officiis inita fuit inter dictos Parochos concordia, in qua potissimum constabilita leguntur.

Primo, che debba in avvenire osservarsi l'alternativa inalterabilmente tra le Parti in tutte le Funzioni, ed anche un anno per ciascheduno faccino la Processione di S. Marco, quella del Corpus Domini, quella della terza Domenica del mese nella Chiesa del Santissimo, e tutte le altre debbano farsi per alternativa, benchè sieno Processioni straordinarie ordinate da Sommi Pontefici, o da Prelati Vescovi della Diocesi, come anche la Novena del Santissimo Natale un anno per ciascheduno &c., e la stessa alternativa si osservi nelle Feste, & altre Funzioni, che si faranno nella Chiesa del Santissimo Sagramento, e Rosario, eccettuata la Chiesa della Santissima Trinità, che rimane di libera giurisdizione del Signor Priore.

Secundo, che il Signore Arciprete in occasione della morte de i Putti non possa fermarvi i Cadaveri de medemi nelle Chiese soggette alla Cura di S. Giovanni, nè fare altr'atto giurisdizionale ne' limiti di detta Cura, se non quando vada a prenderli entro il limine della sua Parochia, in cui potrà servirsi della sua piena autorità.

Tertio, che il Signore Arciprete non possa alzar la Croce se non in occasione di accompagnare i Morti della sua Cura, ed un'anno sì, e l'altro nò nella Processione dell'ultimo giorno delle Rogazioni, nel qual giorno dovrà alternativamente alzarsi la Croce del Signor Arcipreto, e l'altro anno quella del Signor Rettore. All' incontro il Signore Rettore entrando nella Chiesa del Signor Arciprete, sia tenuto a deporre la sua Croce, s'inalzi, e subentri quella del Signor Arciprete, e lo stesso si prattichi tanto nel principiare, quanto nel terminare le Processioni, o altre Funzioni Ecclesiastiche, in cui debba alzarsi la Croce.

Quarto, che il Signor Arciprete possa portare liberamente il Santissimo Viatico per la Cura del Sig. Rettore agl'Infermi, ma non possa dar la benedizione cólla Sagra Pisside nella Porta della Terra, ma solo dentro la sua Chiesa prima di partire dalla medema.

Quinto, che venendo portati i Cadaveri de Morti dalla Cura del Sig. Arciprete nella Terra del Sig. Rettore non comparisca ad accompagnarli per togliere la differenza di consegnar la Stola, specialmente quando in vece del Sig Arciprete venisse il di lui Cappellano, e lo stesso si faccia venendo portati i Morti della Cura del Sig. Rettore, non dovendo allora comparirvi il Sig. Arciprete.

Sexto, che le limosine della Quaresima si dividino tra il Sig. Arciprete, e Sig. Rettore, facendo celebrare tanti Officj di Messe in ambe le Chiese consegnando il denaro per metà al Sig. Rettore, o lo stesso si prattichi nella distribuzione delle limosine per i Poveri tanto nella Quaresima, quanto nell'Avvento, levata però prima quella quantità di denaro, che si dasse al Predicatore per celebrar tante Messe, e quella porzione, che si giudicasse proprio delli Signori Arciprete, e Rettore dare agl'altri Parochi di Fanano, e di S. Stephano.

Septimo, che il Signor Arciprete non possa alzar la Croce, nè Stola se non che in occasione di accompagnare i Cadaveri de Morti della sua Cura, o pure venissero d'altre Parochie, purchè non fossero de Parochiani morti, e soggetti a la Cura di S. Giovanni. Di più possa il Sig. Arciprete portare la Stola, quando gli toccherà l'alternativa, ne quali casi però s'alzi per la Strada, e Chiese soggette al Sig. Rettore solo la di lui Croce.

Ottavo, che per osservare perfettamente l'alternativa anche per le Processioni, Esposizioni del Venerabile, o altre simili in congiuntura de Giubilei o altre particolari devozioni ordinate da Monsignore Illustrissimo Vescovo, o da altri Superiori, facendosi una sola Funzione nella Terra, una volta debba farsi nella Chiesa del Sig. Arciprete, e l'altra in quella del Sig. Rettore; o facendosi in ambedue le Chiese, una volta debba incominciarsi dalla Chiesa della Pieve, e l'altra da quella del Sig. Rettore.

Consentanee ad ejusmodi pacta cæperunt Processiones alternative haberi, eæque sub Cruce Parochialis Ecclesiæ S Joannis Baptistæ continuo duci, prætereaque Joseph Fabri Archipresbyter uti asseritur, recta via ad propriam S. Sophiæ Ecclesiam suorum Parochianorum Cadavera associavit, atque occasione deferendi ad Infirmos Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, non amplius, ut antea, consuevit in Portis Oppidi Gradariæ Populo benedicere, sed omnia quæ in supradicta Concordia convenerat, tunc primum religiose servavit; Verum quia novissime idem Archipresbyter complures actus, & functiones contra formam in eadem Concordia præscriptam nisus est explere, Hermetes Badioli sæpedicti Oppidi Gradariæ Parochus, ne ipsius Concordiæ observantia queat imposterum detractari, Sacrum hunc adiit Consessum enixe postulans, ut in singulis suis partibus, & conditionibus approbetur, nisi EE PP. salubrius ducant, Archipresbyterum prædictum obstringere, penes veterem Plebanam suam Ecclesiam S Sophiæ residere, ex qua commodius ipse, ac tutius Spiritualibus Populi sibi commissi necessitatibus consuleret, juxta plures Resolutiones Sacræ Congregationis relatas in *Terracinen. Residentiæ* 28. *Januarii*, 3. & 24. *Martii* 1736.

Hactenus allata sunt tantummodo jura Parochi Gradariæ, quibus tamen si fas est auspicari, sua non negliget opponere Archipresbyter S. Sophiæ, adeoque ex Juribus utrinque circumferendis EE. VV. decidere dignabuntur.

I. An, & in quibus partibus Concordia sit approbanda; *Et quatenus negative in omnibus*.

II. An servari debeat assertum solitum ante dictam Concordiam in casu &c.

III. An constet de attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.

Ad I. pro nunc servandum esse Concordiam præterquam ad Capitulum IV., circa quod servetur solitum, & interim scribatur Episcopo, ut omnium provideat super residentia Archipresbyteri intra fines suæ Parochiæ, & Sacram Congregationem certioret.

JANUEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Joseph Bruni, Pompejus a S. Stephano in Cong. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, cui nomen dadit, subinde appellatus, post solemnia in eadem Congregatione sub diem 25. Octobris 1725. emissa vota, omnesque successive ad titulum Religiosae paupertatis susceptos Ordines Sacros, judicium tandem, praeviis tamen precibus anno 1736. S. D. N. de more porrectis, pro impetranda restitutione in integrum adversus suam Professionem instituit, nullam ex duplici proclamans capite, altero, quia per vim, & metum a Genitoribus sibi incussos extortam, & altero, quia reticitu contra Constitutiones Ordinis gravi, quo laborabat, morbo emissam. *Sess. 25. cap. 15. & 19. de Reg.*

Ex Processu coram Ordinario, & Superiore Regulari Sacrae Congregationis jussu confecto, summa eorum, quae attinent ad primum caput, haec praecipua eruitur; primo, quod Orator esset Adolescens *di bonissima indole, docile, & ubbidiente a suoi Genitori*, contra vero illius Parentes *di temperamento malinconico, e severo*, & praesertim Joanna Mater *di naturale risoluto, e severo, e che aveva la direzzione, maneggio, e commando della Casa, e Famiglia*, secundo, quod metus caeperit Oratori vix duodecimum agenti annum a Parentibus incuti; Tertio, quod iidem Genitores, & Mater potissime blanditiis primum, ac hortationibus, dein vero minis, verberibus, aliisque violentiis, ut Filium ad Religionem amplectendam inducerent, usi sint. Quarto, quod Filius ipse de hujusmodi violentiis tam ante, quam post emissam Professionem saepius doluerit, ejus invaliditatem declarans se velle judiciario proponere; & quinto, demum, quod ideo dumtaxat sub initium anni 1735. beneficium Restitutionis in integrum imploraverit, quia Mater ad annum 1733. Pater vero usque ad mensem Februarii 1734. in pristino obfirmati proposito supervixerint.

Quae vero alterum propositae nullitatis caput respiciunt, in his versantur, scilicet cum exposuerit Orator, se, antequam Religiosum indueret habitum, gravi Erniae morbo, ac intestinorum laxatione laborasse, pluribus idipsum studuit comprobari Testibus, atque Peritis in d. Processu examinatis, qui praeterea explicant, morbum istum a decimo ejus aetatis anno inchoatum consuetis remediis nequivisse sanari. Cum autem in Constitutionibus Ordinis, ubi agitur de impedimentis eorum, qui admitti petunt *cap. 1.* ita caveatur; *Quod si aliquo modo innotuerit eum, qui admitti petit, aliquo ex gravioribus impedimentis obnoxium esse, ulterius cum illo non procedatur, sed placidis verbis, cum consolatione quamprimum dimittatur; Qui vero obnoxius fuerit alicui ex hujusmodi ultimis impedimentis &c. tunc consulto Provinciali de ejus consensu admitti poterit, prout eidem Provinciali videbitur*, binas inde putat Orator sibi favere juris theoricas, primam nempe, quod, sicuti Religiosa Professio involvit contractum correspectivum, ac ultro citroque obligatorium, ita deficiente consensu ex parte Religionis, cui infirmitas sua non innotuit, ne Professio ipsa, ut ajunt, claudicare videatur, irrita quoque respectu Religiosi censenda sit, ut in terminis docent cum aliis *Capon. discept. 53. num 33., & seq. P. Bartholomaeus de Vecchiis Cappuccinus in lib.*, *cui titulus Praxis observanda in admittendis ad Religionis statum Novitiis disp. 3. Dub. 15. n. 4., & 8., & P. Thesaurus itidem Cappuccinus in lib. Romae impresso*, cui titulus. *Esposizione sopra la Regola del Serafico P. S. Francesco cap. 2.*: Secundam vero, quod Professio eorum, qui tempore suae receptionis, vel morbo aliquo laborabant, vel alio nomine inhabiles erant ad profitendum, numquam ratificata censeatur, ita quidem, ut taliter Professi neque restitutione in integrum

adver-

adversus lapsum quinquennii indigeant, juxta opinionem *Navarr. conf. 26. num. 12, & ultr. lib. 3. de Regul.*, & aliorum, quos citant *Barbos. ad Concil. cap. 19. sess. 25. de Regul. num. 6. & 19.*, & *Ursaya discept. Eccl. 25. num. 29., & seqq. Tom. 2. part. 1.*

Religio Oratoris petitioni non contradicit; At eidem acriter se opponunt Comes Joannes Baptista, & Canonicus Philippus Bruni de Tournafort, quibus Parentes dicti Religiosi omnia sua Bona variis sub oneribus cessere; cumque in juribus ipsorum nomine circumferendis plura ad excludendum assertum metum, atque ad inducendam tacitam Professionis ratificationem expendenda proponantur, illud potissime circa nullitatem, quam Orator studet elicere ex memorato Erniæ morbo, notari promeretur, quod simplex corporis vitium, sive ægritudo in allegatis Constitutionibus Ordinis non recensentur inter graviores defectus, qui ab admissione in Religione omnino arceant, sed inter defectus minus graves, quorum concursu non obstante, si Provincialis assentiatur, licite potest obtineri admissio; Ejus autem consensus saltem tacitus deduci contenditur ex eo, quod enunciatus morbus tam Superiori, quam aliis Religiosis Collegii, in quo Orator Professionem emisit, facile potuerit fieri manifestus, quod satis esse ad excludendam Professionis invaliditatem, tradunt *Pignattell. consult.* 181. *in fin Tom. 9.* & alii adducti *per Panimoll. dec. 29. annot. 2., & seqq.*

Archiepiscopus in literis, quibus probationes super hac re in Curia sua receptas sociavit, hæc habet: *Ex eodem Processu, ni fallor, satis liquet justitia causæ, attamen ad ulteriorem cauthelam omittere non debeo, quod etiam extrajudicialiter auditis nonnullis ex Patribus, & signanter Patre deputato ab antedicta Religione, certioratus plene fui de vi, & metu a Parentibus illato, & incusso eidem Fr. Josepho, ac de Personali ipsius insufficientia ob languores corporales, quos patitur ad munera Religionis subeunda.*

His itaque perpensis una cum Juribus Collitigantium, necnon iis, quem ad rem fuerunt exposita in Foliis 6:, & 27. Julii 1737. *in Capricana Restitutionis in integrum. & in Neapolitana* pariter *Restitutionis in integrum*, dignabuntur EE. VV. pronunciare.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 24. c. 17. de refor. LEODIEN. INDULTI. Antonius Bertrandus de Halloy dudum ab Apostolica Sede in perpetuum Coadjutorem Philippi ejus Patrui Canonici Collegiatæ Ecclesiæ sub titulo S. Dionysii in Civitate Leodii erectæ deputatus, cum nuper obtinuerit ad Vicariam Parochialis Ecclesiæ S. Aldegundis præsentari a Capitulo ejusdem Collegiatæ, cui mox enunciata Parochialis reperitur unita; supplicationem in Apostolica Dataria porrexit ad impetrandam Dispensationem, qua sibi liceat Vicariam prædictam assequi, eamque, tum perdurante, tum cessante Coadjutoris munere, cum memorato Canonicatu, retinere; Super hac autem supplicatione exquisito sacræ hujus Congregationis oraculo, semel, iterumque, diebus nempe 25. Augusti, & 27. Septembris superioris anni, precibus Antonii inter summaria relatis, visum est EE. PP. non esse annuendum. At vero sibi blandiens Orator feliciorem experiri sortem, si rationum momenta, quibus petitionem suam fulciri authumat, accuratius expendenda proponere permitteretur, obtinuit Causam in Folio describi sub Dubio, quod ad calcem præsentis Restrictus apponetur.

Sum-

Summa eorum, quibus Orator innititur, in his potissimum sistit; Primo, quod Parochialis Ecclesia S. Aldegundis ita Collegiatæ adjaceat, ut commode omnino, & prout decet, utrique Ecclesiæ possit ab ipso inserviri; Secundo, quod Vicarius pro tempore dictæ Parochialis binos alios ibi retineat Vicarios approbatos, quorum opera, & auxilio spiritualibus Parochianorum necessitatibus abunde consultum sit; Tertio, quod munus Coadjutoris nullum præstat impedimentum, quominus Orator per seipsum Animarum curæ incumbat, testatur quippe Ordinarius, *Coadjutores, quos in Canonicatibus, & Præbendis Authoritate Apostolica deputari contigit in Diœcesi Leodiensi, non residere, & onera Canonicatibus, & Præbendis, seu eorum Possessoribus incumbentia minime adimplere, nec ad ea adimplenda a Capitulis admitti, donec, & quousque per cessum, vel decessum Coadjuti non fuerit factus locus successioni, ac insuper Defunctorum Canonicorum Successores duobus primis annis, quos vocant Carentiæ, non teneri ad residentiam, etsi ex devotione resideant, nullos fructus facere*; Quarto, quod sub hac Paræcia, seu Vicaria frequens degat multitudo Pauperum, quorum inopiæ cum nequeat ex reditibus Vicariæ insufficientibus honestæ Vicariæ sustentationi succurri, necessarium pene sit, ope petiti Indulti Oratorem in eo statu constitui, quo possit ex reditibus tam Canonicatus, quam Vicariæ dictorum Pauperum egestati consulere; Quinto, quod major Parocho, sive Vicario ob metum Capituli exhibebitur cultus, & reverentia, vimque efficaciorem ejus verba apud Plebejos Parochianos facile obtinebunt, si eamdem Vicariam Canonicus d. Collegiatæ administret; Sexto, quod Orator habilis, & idoneus ab Examinatoribus Synodalibus ad Animarum curæ exercitium renunciatus jam meruerit sibi ab Ordinario istius Vicariæ regimen, & administrationem committi usque ad proximum Festum S. Joannis Baptistæ; & septimo demum, quod Parochiani optant nedum, sed & Eminentissimos PP. enixe rogant, *ut quanto citius pro omnium consolatione eumdem Antonium Bertrandum de Halloy in Curatum, & Pastorem eis præficere non dedignentur*.

Ordinarius Leodiensis Sacram Congregationem super Oratoris precibus instructam reddere jussus in sua Relatione sub annum 1738. transmissa hæc præcipua de Antonio Bertrandi primum exponit: *Quovero ad meritum Oratoris ex hoc petitur vel maxime, quod in Collegio Ecclesiastico S. Barbaræ Viennæ in Austria sacris Literis, & Juri Pontificio quinque ut minus annis strenuam operam, & egregio cum fructu navaverit, eumque cum eximia indole, & præclaris animi dotibus eruditionem conjunxerit, & in dicendo facundiam, ut spes omnino emerserit, fore ut Pastorale Officium laudabiliter sustineat, & cum Animarum lucro; Atque id ipsum ab eo videtur confidentius expectandum, quod Doctrinam ab omni suspicionis labe alienissimam, ac Sanctæ Sedi Apostolicæ, & Constitutionibus ejus sinceram profiteatur obedientiam*: Dein vero, summatim recensitis rationibus, ob quas putat, petitum Indultum posse a Sacra Congregatione impertiri, hisce verbis concludit: *Si tamen illum*, Oratorem scilicet, *forsan videar commendasse impensius, ignosci sane postulat æqua muneris mei solicitudo, nec enim latet EE. VV., quantopere totius intersit Reipublicæ Christianæ, ut Viri docti, probatæque vitæ Clerici, & veri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Filii præficiantur Animarum Regimini; hanc igitur relationem meam Boni consulant, efflagito, quam possum enixissime, & jugi cum animi dimissione perenno*.

His omnibus plura addit Orator similium Dispensationum exempla in ipsius *Summario num.* 5. relata, e quorum conspectu si perpendantur ejusdem

Sacri

Sacri Confessus Resolutiones suse collectæ in *Panormitana Indulti 30. Maii* 1737., quibus retentio Canonicatus cum Parochiali fuit sæpius denegata, prudentissimum de more prodibit EE. VV. oraculum.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Gratiæ dispensationis in casu &c.

Attentis peculiaribus circumstantiis consulendum Sanctissimo pro gratia, accedente tamen consensu Coadjuti.

Sess. 25. c. 15. & 19. de reg.

PRAGEN. PROFESSIONIS: Cum nomine Mariæ Constantiæ Hlozekin fuerit jamdudum Summo Pontifici supplicatum, ut ei liceret egredi e Monasterio Pontensi S. Mariæ Magdalenæ de Pœnitentia Ordinis S. Augustini, *ex eo, quod, etsi habitu Monialium ab anno* 1709. *induta esset, tamen nunquam pro Moniali canonice acceptata fuerit, nec regularem Professionem emiserit, nec Officia Monasterii exercuerit, aut sacrum velum susceperit*: Sanctitas sua petitionem hanc sub clausula, *veris existentibus expositis, una cum facultatibus necessariis, & opportunis remisit arbitrio Archiepiscopi*, qui primum imperata confectione Processus super veritate narratorum in memoratis precibus, eo postmodum absoluto, rem examinandam, definiendamque delegavit sex Judicibus in hunc finem electis, quorum unanimi suffragio tandem pronunciatum est, quod Maria Constantia antedicta *nec sit, nec umquam fuerit Religiosa, ut adeo ex Monasterio, dimisso habitu, sibi sit liberum exire*.

Hac itaque habita declaratione, Maria Constantia, dimissis vestibus Religiosis, Monasterium deseruit, subindeque Viennam Austriæ profecta est, ibi commodius impugnatura successionem, quam in hæreditate Equitis de Hlozekin de Zambac supremi Scribæ Provinciarum Regis Bohemiæ sub annum 1737. ab intestato defuncti sibi delatam contendunt sacer Hierosolymitanus Ordo ex persona Equitis de Mitrovuski, & nobilis Vir de Schenovitz, qui e contrario ad præcludendum Constantiæ aditum hujusce instituendæ judiciariæ quæstionis supplicem Sacræ huic Congregationi porrexere libellum, ubi exponentes minus rite, & contra Tridentini præscriptum declaratum fuisse ab Archiepiscopo, licere dictæ Constantiæ e Monasterio egredi, postulabant illam obstringi, religiosum resumere habitum, atque ad derelicta Monasterii claustra reverti.

Super his vero excitatus Archiepiscopus nedum Acta omnia in Curia sua ad petitionem Constantiæ juxta Rescriptum Sanctissimi compilata, verum etiam rerum omnium gestarum summam in Folio adnexo luculenter explicatam transmisit, sententiam suam hisce demum verbis aperiens: „ Sicuti „ ex totius rei serie, quam annecto, patet, prædictam Constantiam nullum unquam in dicto Monasterio annum probationis subiisse, aut subire „ voluisse, nec dictæ Religioni unquam canonice incorporatam fuisse, „ atque adeo nec expresse, nec tacite profiteri potuisse, ita eamdem „ Constantiam Religiosam non esse, nec umquam fuisse, attentis fundamentis, ex quibus ad judicium super hac causa ferendum a me specialiter Deputati Ecclesiastici mei Consiliarii, & Doctores sæpedictam „ Constantiam pro non Religiosa declaraverunt, etiam ego possum non „ censere „.

Vix autem responsum hujusmodi Defensori Religionis Hierosolymitanæ, ac aliis Consortibus innotuit, ut statim eorum nomine instauratæ sunt preces, ne Causa super asserta nullitate Professionis Constantiæ in hoc Sacro Senatu proponi permitteretur, nisi resumpto prius ab illa Religioso habitu,

ejusque

ejusque ad Monasterium Pontense reditu maturato. At ista postulatione sub diem 14. Martii proxime præteriti rejecta, oportet hodie Dubium infrascriptum discutere, cujus decisionem magnopere urget, sibique propitiam auspicatur Constantia ex pluribus documentis, quorum præsidio satis evinci putat, se nullo unquam tempore legitimam Professionem emisisse, aut pro vera Moniali fuisse reputatam.

Primo scilicet ponderandam exhibet attestationem Joannis Ritter Canonici Theologi Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis, & Joannis Frick Canonici Decani antiquissimæ Collegiatæ ejusdem Civitatis, qui sub annum 1729. cum ex munere sibi commisso visitassent sæpedictum Monasterium Pontense, dubitationem eousque excitatam de validitate Professionis Constantiæ ita exponunt: „ In decursu Visitationis ejusmodi Dubium emersit „ de Virgine Constantia Hlozekin, num religiose professa esset? Deponentibus duabus Monialibus professis in scrutinio, quod de Constantiæ „ regulari Professione non sciatur; Quod Dubium inde magis fundatum „ visum est, cum prædicta Constantia licet illustri sanguine orta, tamen „ nunquam nigre velata, sed Chorales inter Virgines ultimo loco semper „ posita fuerit, neque etiam onera ceteris Professis communia præstare „ solita sit; Quo super exhibitus nobis fuit liber Monasterii super actibus ingressus, Professionis, & velationum conscriptus, & hoc inspecto „ annotatum invenimus, quod dicta Constantia Professionem emiserit „ eadem die cum alia Heduige nominata; Quia vero in præfata Virgine animadvertere fuit quamquam animi tristitiam ex divexatione a nonnullis Conturbernalibus in illam exercita provenientem, de professione hac penitus examen instituendum non censuimus, præcipue ex eo, „ ne confusio, & perturbatio Monasterii, ac ipsius Constantiæ major „ animi perplexitas inde oriretur, cum præsertim ad hujusmodi particulare majoris indaginis negocium speciali mandato Archiepiscopali „ non fuerimus muniti, *& post alia respicientia statum in quo rem hanc* „ *reliquere, ita concludunt*: De reliquo si contextum antecitati libri „ accuratius, atque penitus examinassemus, deprehendissemus utique „ non esse Religiose professam sæpedictam Constantiam, quia ex eodem „ contextu dilucide prodit, sitque clarum, & manifestum, quod sæpe „ repitita Constantia eadem die, qua Religiosum habitum assumpsit, aliqualem Professionem absque consuetis cæremoniis, & solemnitatibus, „ non præmisso probationis anno, emiserit.

Secundo profert juratam depositionem trium nobilium Matronarum, quarum binæ referunt, quod interogata olim Constantia coram Antistite Monasterii „ quare (cum sit persona illustris) non sit nigre velata -- „ hoc dederit responsum -- „ Quia non sum vera Religiosa, & semper si mihi „ placitum, ex Monasterio exire possum -- „ quodque „ idipsum confirmavit Priorissa; „ Tertia vero asserit, se nunquam aliter audivisse, & percepisse „ quamquod Domicella „ Constansia Theresia Hlozekin de „ Zambac nulla vera Religiosa persona sit ex causa, cum illa nullam „ regularem professionem deposuerit; præterea etiam nulla Religiosa, „ nec Choralia, nec Laicalia exercitia peregerit, sed omni tempore „ totaliter libera ab omnibus hujusmodi precibus, & aliis Religiosis „ occupationibus pro se ipsa vixerit, in cujusvis opinione fuerit quod „ illa secundum proprium beneplacitum exeundi potestatem, & libertatem habeat.

Tertio tandem, ultra duos Testes sæculares firmiter asseverantes, se a Priorissa undeviginti ab hinc annis defuncta, aliisque Senioribus Monialibus audivisse, *quod Constantia regulariter professa non sit, sed quod qualibet*

die habitum deponere, & ex Monasterio egredi posset, magnopere exaltat testimonium, quod Agnes Gallaslin dum esset adhuc Monasterii Superiorissa, una cum binis aliis Monialibus sub jurisjurandi Religione in hæc verba perhibuit :,, Juro Deo Omnipotenti, quod Constantia anno 1709.
,, (prout in Monasterii nostri Protocollo annotatum) die 14. Octobris
,, Choro absque alias consuetis ceremoniis in privato cum Sorore Hedui-
,, ge Reitenbergerin a Reverendissimo D. Abbate Offetensi nostro tunc
,, D. Visitatore induta fuerit, etiam tunc incontinenti ambæ tam Con-
,, stantia, quam Heduigis absque eo quod prius Novitiatum, seu an-
,, num probationis subivissent, aliquam Professionem deposuerint, ubi
,, tunc ipso die aliæ tres post peractum Novitiatum in Templo professio-
,, nem publice cum consuetis solemnitatibus emiserant; Ab hoc tempore
,, autem Constantia neque ad Novitiatum, seu annum probationis susce-
,, pta fuerit, multo minus aliam professionem præter memoratam in
,; Choro solummodo in privato penes ipsius tunc induitionem factam un-
,, quam deposuerit, siquidem similes actus videlicet susceptio ad Novitia-
,, tum, & emissio, seu depositio regularis Professionis semper cum præ-
,, scitu, & annutu totius nostri Conventus fiunt; Hic autem de susce-
,, ptione Constantiæ ad Novitiatum, vel emissa regulari Professione præ-
,, ter illam in privato factam in Capitulo nihil umquam prodivit; Præte-
,, rea juro, quod cum ante viginti annos superior facta fuissem, ipsi nem-
,, pe Constantiæ proposuerim, quod eam sem vellem curare velari, sed
,, quod prius consuetam regularem Professionem deponere deberet, ad
,, quod illa reposuit in formalibus -- Ego gratias ago pro ista gratia,
,, primo quia non admittunt debiles oculi mei Breviarium recitare: pro
,, secundo etiam, quod nolim me ligare -- quemadmodum etiam ipsa
,, Constantia aliquem Novitiatum, seu annum probationis nunquam subi-
,, vit, neque præstationes a Novitiis præstandas præstitit, multoque mi-
,, nus regularem aliquam Professionem, prout subinde anno 1714. su-
,, perius memorata Heduigis publice deposuerat, emisit, consequenter
,, etiam nullam umquam vocem in Capitulo habuit, neque quoad re-
,, missionem Novitiatus quidpiam tractatum fuerat.

Ex his vero arbitratur eadem Constantia, excludi quoque tacitam Professionem, quam forte ipsius Collitigantes inductam contenderent, sive ex ejus mora pene trigenaria in dicto Monasterio, sive ex assidua Religiosi habitus delatione, sive demum ex nonnullis obitis muneribus a professis dumtaxat Monialibus exerceri consuetis; sicuti enim statutum in jure est, solemnem, & expressam Professionem, quæ ante expletum Novitiatus annum emittatur, invalidam esse, nullamque inducere obligationem, ad præscripta per Tridentinum *Sess.* 25. *cap.* 15. *de Regular.* ibi: Nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad Professionem admittatur; Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis, aut ad alios quoscumque effectus, ita multo minus tacita possit ex quibusvis Actibus induci Professio, si integer ut in casu non præcesserit probationis annus, secundum ea, quæ ad rem notant *Fagnan. in Cap. Vidua n. 39. de Regular. Azor. Instit. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 6. *Pellizzar. in Manual. Regular. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. *Donat. in prax Regular. tom.* 2. *tract.* 10. *quæst.* 23., & consonant Resolutiones Sac. Congregationis, *in Derthusen. lib.* 2. *Decr. pag.* 185. *in Lucen.* 6. *Augusti* 1593. *lib.* 7. *Decr. pag.* 120., & *in Assisien. sub annum* 1612. *lib.* 11. *Decr. pag.* 112.

Manet itaque deliberandum.

An

An constet de legitima Professione Constantiæ Hlozekin, itaut haberi debeat tamquam Monialis in casu &c.

Negative, & amplius;

Die Sabbathi 1. Augusti 1739.

TRIDENTINA TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. Causæ huic propositæ die 13. Septembris superioris anni sub hisce Dubiis: I. *An sustineatur erectio Beneficii, de quo agitur, seu potius obstet voluntas Testatoris, juxta quam legatum florenorum* 4000. *relictum Ecclesiæ B. Mariæ Pellizzani censendum sit simplex opus pium cum onere Missarum*. II *An sit servanda Transactio anni* 1720. III. *An jus præsentandi Beneficiatum, seu nominandi Cappellanum spectet ad Familiam Guarischettam, seu potius ad Rectorem dictæ Ecclesiæ S. Mariæ Pellizzani*. IV. *An sit locus Indulto translationis oneris Missarum*, & quatenus negative. V. *An sit locus dispensationi ad vitam Oratoris in casu &c.* responsum fuit: *Ad* I. *negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad reliqua provisum in primo, & amplius*: At, admisso postmodum Sacerdote Gaspare Particella ad novæ audientiæ beneficium, discussoque sub diem 24. Januarii currentis anni consueto Dubio: *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*. ob nova, quæ idem Particella attulit documenta, prodiit Rescriptum: *Prævio recessu a Decisis. Ad I. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad II. negative. Ad III. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam. Ad IV., & V. negative.* Sess. 22. c. 4. & 6. de ref.

Cum autem ab hac posteriori Resolutione reclamaverint Priores Villæ Pellizzani, rogantur hodie EE. PP., resumptis Foliis sub diebus 23. Aug., & 13. Septembris 1738. 10., & 24. Januarii proxime præteriti distributis, statuere.

An sit standum in primo, vel in secundo loco Decisis in casu &c.

Iterum proponatur.

HORTANA JURIUM PAROCHIALIUM. Exoptantes Præfecti plurium Confraternitatum, quarum publica Oratoria intra fines Parochiæ Oppidi Suriani erecta reperiuntur, plures dirimi controversias, quæ inter ipsos, & Rectores dictæ Parochiæ ibi in solidum, ut ajunt, Animarum curam exercentes jam fuerunt exortæ, ac reliquas anteverti, quæ imposterum facile excitari possent, quatuor Dubiorum decisionem ab hoc Supremo Consessu efflagitarunt, I. scilicet *An in Ecclesiis Confraternitatum Laicalium Terræ Suriani expleri possint functiones non Parochiales, & signanter celebrationi Missarum cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi independenter a Parochis in solemnioribus earumdem Ecclesiarum Festivitatibus. II. An in dictis Ecclesiis possint Parochi peragere functiones tam Parochiales, quam non Parochiales, irrequisitis Officialibus, & Cappellanis dictarum Ecclesiarum. III. An Cappellani dictarum Ecclesiarum recitare possint Officium Defunctorum, & canere Missam ad præscriptum Ritualis, antequam sepeliantur Cadavera illata in dictis Ecclesiis, seu potius privative id spectet ad Parochos. IV. An occasio-* Sess. 22. c. 4. de ref.

casione tumulationis Defunctorum in dictis Ecclesiis debeantur Parochis omnia intorticia, & ceræ, seu potius debeatur sola quarta funeralis in casu &c. quibus propositis sub diem 5. Julii superioris anni rescriptum fuit: *Ad I. affirmative. Ad II. negative. Ad III. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad IV. servetur solitum ad formam Constitutionis S. M. Benedicti XIII.*

Cum autem Rectoribus antedictæ Parochiæ facta postmodum fuerit potestas experiendi jura sua, quæ in anteacta Causæ propositione neglexerunt adducere, oportet hodie, resumpto Folio sub memoratam diem 5. Julii distributo, perpensisque rationum momentis eorumdem Rectorum nomine circumferendis, respondere.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess. 24. c. 4. de ref. LARINEN. Cum EE. PP. in Congregatione habita sub diem 23. Januarii 1734. rescripserint, licitum esse Larinensi Episcopo visitare Ecclesiam S. Agathæ Insulæ Tremitanæ in qua idem Episcopus comperierat, Baptismum conferri, aliaque Sacramenta Incolis administrari, ad tollendas ulteriores contentiones inita fuit inter eumdem Episcopum, & Abbatem dictæ Ecclesiæ S. Agathæ ad Monasterium Tremitanum Canonicorum Regularium Lateranensium spectantis, Concordia sub reservatione tamen Apostolici Beneplaciti, & assensus Procuratoris Generalis Congregationis dictorum Canonicorum Regularium subinde obtinendi; At, nolente Congregatione eorumdem Canonicorum propositæ transactioni assentiri, die 23. Novembris 1737. discussa fuerunt decem infrascripta Dubia, quorum definitione dilata, rescriptum fuit: *Ad mentem*, quæ in eo versata est, ut *proponeretur Concordia, pro qua ageret Eminentissimus Cardinalis Lercari Protector Ordinis, suumque aperiret sensum Sac. Congr., & interim provideretur Curæ Animarum juxta Capitulum octavum Concordiæ.*

In obsequium ejusmodi Rescripti actum fuit coram Eminentissimo Cardinali Protectore de nova stabilienda concordia, atque hunc in finem Eminentia Sua duas, ut in suis literis inquit, proposuit conditiones, quarum prima fuit „ ut præfati Canonici Lateranenses cederent domunculam quamdam sitam extra Septa S. Agathæ, eamque suis sumptibus aptarent, in „ modum, ut ibi decenter asservari possit Sanctissimum Eucharistiæ Sa„ cramentum, ibique mansionem suam habere valeat Parochus pro re„ gendis animabus illis imposterum eligendis; *altera vero*, *quod* Abbas „ pro tempore Tremitarum, seu alius Canonicus, sive etiam Presbyter „ Sæcularis ab eo specialiter deputandus perpetuis futuris temporibus mi„ nistrare teneretur Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ „ Unctionis Animabus Casalis Sanctæ Agathæ in casibus dumtaxat repen„ tinis, in quibus proprii Parochi Terræ Capriolæ præsto esse non pos„ sent ad prædicta omnia personaliter peragenda; In aliis vero casibus, „ in quibus Parochi pro tempore satius ducerent Sacram Sinaxim ad In„ firmos deferri, eamque excipere, & asportare ab Ecclesia S. Agathæ, „ iidem Abbas, & Canonici Lateranenses, non solum patientiam præ„ stare, sed ulterius omnia utensilia Sacra, & Luminaria quoque ad id „ necessaria subministrare tenerentur reservatis favore Parochorum non „ solum quibuscumque Juribus Parochialibus, eorumque exercitio, præ„ cipue consistentibus in baptizando, Matrimonio perficiendo, Popu„ lum

„ lum benedicendo, Corpora Defunctorum tumulando, & similibus,
„ sed etiam quibuscumque emolumentis ex eorumdem Jurium exercitio
„ provenientibus.

Neutri tamen ex propositis conditionibus assentiri voluit Defensor Promotoris Fiscalis, quocirca prælaudatus Eminentissimus Protector lucubratissimam exaravit Relationem, in qua præmittens, quod Radix, seu initium adeo gravium Controversiarum inter Episcopum Larinen., & Canonicos Lateranenses inde provenit, quia iidem Canonici, seu illorum
„ Abbas anteactis temporibus deputarunt, modo unum, modo alterum
„ Sacerdotem in Ecclesia S. Agathæ, qui sub denominatione Oeconomi,
„ & in figura Parochi Sacramenta Incolis Sanctæ Agathæ administrabat,
„ unde Episcopus præfatam Ecclesiam tamquam Parochialem visitare in-
„ tendebat, quapropter si EE. VV. annuendo Votis Episcopi assertam
„ Parochialitatem in Ecclesiam S. Agathæ redintegrarent, idem esset,
„ ac perpetuare easdem lites, & discordias, quinimmo novas in dies su-
„ scitare contentiones, vel cum ipso Episcopo, vel cum Archipresbyteris
„ Serræ Capriolæ, qui ex ejusdem Episcopi Informationibus in eadem
„ Sacra Congregatione distributis recogniti sunt veri Parochi S. Agathæ,
„ & propterea non ferrent, quod Canonici se immiscerent in exercitio
„ Curæ Animarum, & Parochialis Jurisdictionis, *suam in hæc verba*
„ *aperuit sententiam*, Quamobrem rationi admodum congruere cense-
„ rem, si EE. VV. postremum temperamentum a me propositum Parti-
„ bus præceptive injungerent. Tali enim pacto non solum removebun-
„ tur quæcumque dissidia, sed quod plus est, Animarum quoque saluti
„ consuletur sine ullo præjudicio, aut læsione Jurium Parochialium Ar-
„ chipresbyterorum Serræ Capriolæ, & sine ulla utilitate, immo cum
„ solo incommodo, & dispendio Canonicorum qui ulterius in casibus su-
„ pra expressis præstare tenebuntur non solum utensilia Sacra, sed etiam
„ Luminaria necessaria.

Rationum momenta, ob quæ Eminentia Sua in mox recensitam descendit sententiam, sunt: „ *Primo*, quod removetur quodcumque periculum,
„ quod Incolæ Casalis S. Agathæ decedant sine Sacramentis, & sine assi-
„ stentia Sacerdotum eo ipso, quod in casibus repentinis accurrere potest
„ Sacerdos ipsius Casalis; *Secundo*, quod nullum infertur præjudicium
„ Parochis, quibus omnia reservantur emolumenta, & exercitium cu-
„ juscumque Juris Parochialis; *Tertio*, quod cessat quicumque discur-
„ sus odiosæ dismembrationis Parochiæ, seu deputationis Vicarii in no-
„ va Parochia erigenda, quoties Incolæ S. Agathæ possunt in casibus re-
„ pentinis recipere Sacramenta ab illo Sacerdote, qui residet in eodem
„ loco; *Quarto* submovetur maxima illa difficultas quærendi, in quo
„ loco, & cujus expensis erigi, & construi debeat nova Ecclesia Paro-
„ chialis; *Quinto* pariformiter tollitur occasio disputandi, a quibus, &
„ in qua quantitate assignari debeat Congrua novo Parocho, & an ad onus
„ hujusmodi teneantur ipsi Parochi Serræ Capriolæ ratione dismembra-
„ tionis, sive etiam ipsimet Incolæ S. Agathæ, non obstante eorum ex-
„ trema paupertate; *Et Sexto tandem* tolluntur omnia jurgia inter Cu-
„ riam Episcopalem, & Monasterium, dum sublatum hoc pacto remanet
„ quodcumque jus visitandi Ecclesiam Canonicorum Lateranensium,
„ cum tali casu Sacramenta, & Sacramentalia in Ecclesia S. Agathæ non
„ retineantur ad titulum Parochiæ, sed tantum pro usu Canonicorum
„ ibidem commorantium, eorumque Familiarium, quo in themate, cum
„ retentio Sacramentorum non inducat Parochialitatem, nec exercitium
„ Curæ Animarum, non subjiceretur Ecclesia Visitationi Episcopi, ac
„ per

„ per consequens non prægravabitur Monasterium novis expensis Procu-
„ rationum, Visitationum, Cathedratici, Sinodatici, subsidii Carita-
„ tivi, & similium.

Resumpto itaque Folio memorata die 23. Novembris 1737. distributo una cum juribus utrinque allatis, novisque facile circumferendis decidendum proponitur.

I. An constet de existentia antiquæ Parochiæ, & in quo loco, *& quatenus affirmative*.

II. An sit locus reintegrationi, *& quatenus negative*.

III. An sit locus dismembrationi, & respective erectioni novæ Parochiæ, seu potius deputationi Vicarii pro exercitio Curæ Animarum existentium tam in loco S. Agathæ, seu Civitatis ad Mare, quam etiam in duobus Feudis SS. Leuci, & Ramitelli, eorumque Territoriis spectantibus ad Monasterium S. Mariæ Tremitarum, *& quatenus affirmative quoad primam partem*.

IV. An, & in quo loco, & cujus expensis sit construenda dicta Parochia.

V. An Abbas Tremitarum, donec construatur nova Ecclesia Parochialis, teneatur pro exercitio Curæ Animarum præstare commodum in Ecclesia S. Agathæ in eodem loco.

VI. An, & a quo sit subministranda congrua tam in casu erectionis novæ Parochiæ, quam in casu deputationis Vicarii.

VII. An deputatio Parochi, seu Vicarii pro exercitio Curæ Animarum debeat esse liberæ collationis Episcopi Larinen., seu potius fieri debeat ad nominationem Abbatis Tremitarum.

VIII. An idem Episcopus possit exercere ordinariam jurisdictionem in Clerum, & Populum ejusdem Parochiæ.

IX. An Incolæ, & Habitatores S. Agathæ, seu Civitatis ad Mare SS. Leuci, & Ramitelli teneantur solvere Decimas prædiales, & personales, tam Episcopo, quam Parocho, vel alteri eorum tantum, & cui in casu &c., *& quatenus negative &c.*

Servetur concordia anni 1734. juxta modum, & quoad decimas videatur particulariter citatis interesse habentibus.

Sess. 24. c. 7. de ref. Matr.

CREMONEN. MATRIMONII. Exoptante Episcopo Cremonensi supremo Sacræ hujus Congregationis judicio dirimi controversiam, quæ in Curia sua fuerat instituta nomine Puellæ Luciæ Aghodolce post lantis invalidum declarari Matrimonium ab ipsa pridem cum Comite Joanne Petro Schinchinellio contractum, semel, iterum, ac tertio diebus nempe 22 Martii 1732. 22. Septembris, & 17. Novembris 1736. propositum fuit Dubium inferius describendum, absque eo quod ejus decisio prodire potuerit; quippe quia animadvertentes EE. PP., nullitatem Matrimonii ex eo petitam, quod Lucia fuerit ad illud ineundum vi, metuque a Parentibus compulsa, non bene compati cum responsionibus, quas eadem Lucia judiciario subjecta examini ad interrogatorium: „ Se negl'otto giorni dopo
„ so toscritto il scritto Matrimoniale fosse a lei esaminata fatta veruna
„ istanza, o premura da suoi Signori Genitori, o dalla Sig. Laura, o dal
„ Padre Antonio Maria, o da qualche altra persona per devenire alla
„ celebrazione del Matrimonio, *dedit in hæc verba*, fu tornato a scrivere
„ una lettera, con cui mi si faceva intendere, che, se volevo lasciar sta-
„ re di fare il Matrimonio, lo lasciassi, ma Io glirisposi, di si, giacche me
„ l'avevano detto, perche me l'insinuavano tanto, *rursusque excitata ad*

„ *ape-*

„ *aperiendum* , perche lei acconsentisse al Matrimonio sudetto , non ostan-
„ te , che in detta lettera scritta dal Padre Antonio Maria avesse
„ inteso , che se voleva lasciar stare di farlo , lo lasciasse , *ita se expli-*
„ *cavit* , avevo data parola di sì , e per questo lo feci , perchè il P. An-
„ tonio Maria era venuto meco colle buone , e avevo data parola alla Si-
„ gnora Laura , *& tertio demum requisita* , se avesse scrupolo di coscien-
„ za , se non manteneva alla Signora Laura la parola data , *hæc habuit* ,
„ lo feci per consolarli tutti , ne avevo alcun scrupolo „ censuerunt , nonnisi ex novo ejusdem Luciæ examine deprehendi posse, num , quidquid illa de memorata Epistola a se recepta narravit , fuerit reipsa a veritate prorsus alienum , atque a subita læsæ ejus mentis perturbatione suggestum , uti pluribus innixi argumentis asserebant ipsius Defensores , proindeque jusserunt scribi Episcopo , ut Puella iterato subjiceretur examini , & præsertim interrogaretur , an revera dictam Epistolam receperit, quo tempore , a quo , & quale responsum dederit , & quatenus in depositione jam facta non persisteret , nitide recenseret , qua de causa in primo suo examine aliter deposuerit .

At , datis Episcopo literis juxta mentem EE PP. nequivit Lucia ad optatum examen denuo revocari , utpote ab illa die prioris peracti examinis nondum reddita sui campos , quemadmodum diserte enarratis diligentiis cumulate a se peractis , transmissisque depositionibus Testium super hac ipsa re formiter receptis , jamdudum rescripsit laudatus Antistes in sua relatione sub die 9. Aprilis 1738. ad hanc S. Congregationem transmissa, ubi præceteris exponens , „ Mentis perturbationem in præfata Lucia
„ ante suum Matrimonium , immo tunc cum sibi audiverit proponi in
„ Sponsum Comitem Schinchinellum , statim initium habuisse : validio-
„ rem tamen factam fuisse perturbationem tempore examinis habiti , &
„ adhuc perdurare in hoc infelici statu primi amoris , quo capta fuit ea-
„ dem Lucia , adeo tenacem ab ea retineri memoriam , ut adhuc sibi
„ dilecti Persichelli cognomen semper in suis cantinuculis resonare au-
„ diatur , & etiam bibendo propinare ; intimam ipsius Luciæ tristitiam
„ immediate post celebratum Matrimonium , ac a tempore , & actu Nup-
„ tialis convivii ex ejus fronte , & taciturnitate patefactam fuisse ; *Quod*
„ *tandem attinet ad præcipuam curam , qua jussus ipse fuerat indagari*
„ *veritatem controversæ Epistolæ , hæc habet* . Quo vero ad Epistolæ
„ circumstantiam, de qua agitur in litteris istius Sacræ Congregatio-
„ nis , ulteriores prædictæ Luciæ sensus malo fato haberi nequeunt;
„ Verum , sicuti ejus depositio in hac parte est de auditu a Laura Ca-
„ raffina , cujus dicto , & facto relative , præcise innititur asserens ab
„ illa , & scientiam oblatæ sibi libertatis habuisse , & literas omnes re-
„ ceptas , & lectas fuisse , expendendum erit ejusdem Lauræ aliter hac
„ de re loquentis examen , quod usque de mense Martio 1735. fuit ha-
„ bitum , & ad istam Sacram Congregationem mense Aprili 1734. trans-
„ missum , cujus collatione facta cum depositione dictæ Luciæ , & ju-
„ ratis aliorum testificationibus , quid in causæ decisione sentiendum
„ fuerit , ad supremum EE. VV. Judicium spectare non ignoro .

His ita se habentibus cum supradictæ Luciæ nomine nulla queat amplius saltem ex ipsius condictio pro definitione hujus causæ promoveri instantia , Franciscus Maria ejusdem Puellæ Pater id sibi licere contendens, ac sua quoque interesse putans , nullum declarari vinculum Matrimonii , cui summopere dolet subegisse invitam Filiam, demisse rogat, at EE. VV. tum ex veteribus, tum ex novis circumferendis juribus respondere non dedignentur.

An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.

Dilata .

RA-

Sess. 24. c. 12. de Ref.

RAVENNATEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM. Clemens Grattarola Mansionarius Metropolitanæ Ecclesiæ, ac Cæremoniarum Magister Archiepiscopi Ravennatensis in supplici Libello pridem Sacræ Congregationi porrecto exposuit, se tempore, quo eidem Archiepiscopo Pontificalia sive in Civitate, sive in Diœcesi occasione Pastoralis Visitationis celebranti, aut alias solemnes functiones peragenti in enunciato munere Magistri Cœremoniarum assistit, consuevisse a Capitulo punctari, quod immerito fieri autumans supplicavit, Capitulo injungi, ne ipsum deinceps ea de causa a Chori, Ecclesiæque servitio absentem punctaturis subiiceret, sed omnes ei traderentur quotidianæ distributiones, quemadmodum Canonicis Archiepiscopo assistentibus pacifice persolvuntur; cum autem Eminentissimi PP. sub die 13. Septembris superioris anni de petitione hac censuerint agendum esse, Causa in folio descripta, hodie Orator bina Dubia, quæ ad calcem hujusce Restrictus apponentur, decidi postulat.

Summa rationum, quibus iste cœremoniarum Magister contendit, se a punctaturarum lege immunem esse, aut saltem ex Apostolica benignitate indulgendum sibi fore, ut controversas quotidianas distributiones lucretur: in his potissimum videtur versari primo scilicet, quod, dum Archiepiscopo in munere Cœremoniarum Magistri assistentiam præstat, eidem Metropolitanæ Ecclesiæ censeatur inservire, juxta Glossam in *cap. de cætero de cleric. non resid. Moneta de quotid. distribut. par.2. qu.8. num.5.* Secundo, quod, sicuti Canonici, qui a Choro absunt, ut Archiepiscopo Pontificalia celebranti assistant, quotidianas distributiones percipiunt, quemadmodum pluries resolutum fuit a Sacra Congregatione, & signanter *in Januen. sub mensem Novembris 1616. lib.11. decr. pag.185. in Amerina distributionum 3. Febr. 1629. lib.14. Decr. pag.27., & in Verulana punctaturarum 10. Julii 1694. l.44. Decr. pag.315.*, ita debeat ipse quoque easdem quotidianas distributiones lucrari; tertio, quod reditus omnes suæ Mansionariæ in quotidianis tantum consistant distributionibus, vixque ad annuam summam scutorum triginta sex ascendant, stipendium vero sibi ratione muneris Magistri Cæremoniarum ab Archiepiscopo constitutum annua scuta octodecim non excedat; quarto, quod Magister Cœremoniarum Capituli nunquam consueverit punctaturis subjici, sed distributiones quotidianas tempore, quo ratione sui muneris a Choro abest, sine ulla Capituli contradictione hactenus perceperit; & quinto demum, quod Capitulum ab Archiepiscopo jussu supremi hujus Consessus auditum nedum Oratoris petitioni non contradicat, sed in Capitulari Resolutione sub diem 30. Aprilis 1738. edita statuerit, *rappresentare a Monsignor Arcivescovo, che parerebbe equo, e ragionevole condescendere ad una così giusta istanza del sudetto Sig. Maestro di Cerimonie in riguardo a quelle esecuzioni della puntazione, che gode il Maestro di Cerimonie della Chiesa, e Capitolo, e che ha sempre goduto, quando non vi era diversità di Maestro di Cerimonie.*

At adversus hæc duo potissimum in jure notanda sunt; alterum nempe, quod onus assistendi Archiepiscopo in Pontificalibus cuilibet Canonicatui,

catui, & præfertim Cathedralium comperitur adnexum, uti fatis colligi videtur ex Refcriptis Sacræ Congregationis editis in *Burgen. lib.*3. *Decr. pag.*54., *&* 6. *Octobris* 1625. *lib*,12. *Decr. pag.*316., *& in Murana Affiftentiæ* 28. *Januarii* 1673. *lib.*28. *Decr. pag.*18. contra vero munus Magiftri Cæremoniarum, licet *in Cæremoniali Epifc. lib.*1. *cap.*5. moneantur Epifcopi curare, ut Cæremoniarum Magiftri ex gremio fuæ Ecclefiæ, fi fieri poteft, affumantur, nulli tamen Canonicatui, vel Beneficio de jure addictum eft, itaut nemo ex Canonicis, vel Beneficiatis queat ad illud fufcipiendum obftringi, ut notat *Nicolm. Flofcul. verb. Magifter, num.*1.

Alterum vero eft, quod Canonicis Archiepifcopo affiftentibus nulla pro onere hujufce affiftentiæ merces eft conftituta; Cæremoniarum autem Magiftris debet certum quodpiam, & competens ftipendium affignari, ac infuper applicanda funt præter alias prærogativas emolumenta aliqua extraordinaria, juxta ejufdem Cæremonialis Epifcoporum præfcriptum *lib.*1. *cap.*5. *num.*8. ubi fit cautum legitur: *Ut autem ipfi cæremoniarum Magiftri neceffariis rebus pro victu, & veftitu juxta eorum Statum non indigeant, animumque diverfis curis, & perturbationibus defatigare non cogantur, fed a cunctis aliis negotiis remoti omni ftudio, & diligentia, ac toto pectore in commiffam ipfis curam, & munus fuum facilius incumbere poffint, providebit Epifcopus, ut ipfis conftituatur aliquod certum, & competens ftipendium; & infuper ut eis applicentur emolumenta aliqua extraordinaria. Item aliquibus privilegiis, & prærogativis decorentur, ut promptiori animo fuo muneri fatisfaciant, ac libros neceffarios fibi comparare poffint.*

Quocica, cum Oratori confentanee ad præmiffam cæremonialis cenfuram fuerint pro munere Magiftri cæremoniarum fuftinendo affignata ab Archiepifcopo annua fcuta octodecim, cumque fi ftipendium ejufmodi tenue, minufque congruum reputetur, five ab Archiepifcopo, five a Capitulo fupplendum fit, donec ei aliunde provideatur, uti cum aliis tradit *Nicol. in Flofcul. verb. Magifter. num.*1., perpendendum fupereft, num ejufdem Oratoris petitioni refragetur Canonici Juris Sanctio, ac laudabilis Sacri hujus Tribunalis ftilus, juxta quem nullus Canonicus, feu Beneficiatus a Choro abfens ratione muneris fibi commiffi quotidianas diftributiones lucratur, ubi pro dicto munere aliquod percipiat ftipendium, quemadmodum a Canonico munus Vicarii Generalis Epifcopi obeunte tradunt *Pignatt. confult.*115. *n.*29. *Tom.*.. *Garz. de Benef. part.*2. *cap.*2. *n.*357. *Monet. de diftribut. part.*2. *qu.*11. *a n.*83. & confonat Refolutio Sac. Congr. in *Bitecten.* 18. *Decembris* 1627. *lib.*13. *Decr. pag.*266., & in fpecie Canonici tempore Divinorum Officiorum Organum pulfantis, vel cum Muficis pfallentis, quod diftributiones quotidianas amittat, fi pro ejufmodi munere certum aliquod obtineat ftipendium, refcripfit eadem Sacra Congregatio in *Sancti Severini Vifitationis facrorum liminum* 14. *Novembris* 1659. *lib.*21. *Decret. pag.*802., *& in Adjacen.*11. *Julii* 1671. *lib.*27. *Decr. pag.*144.

Omnibus itaque ponderatis una cum Archiepifcopi Relatione, rogantur EE. PP. pronunciare.

I. *An Clemens Grattarola cæremoniarum Magister Archiepiscopi Ravennaten., quando ratione sui Officii assistit eidem Archiepiscopo Pontificalia exercenti tam in Ecclesia Cathedrali, quàm in aliis quibuscumque Civitatis locis, ejusdem Suburbiis, nec non extra Civitatem in locis suæ Diœcesis in actu Visitationis gaudere debeat Distributionibus quotidianis*, & quatenus negative.

II. *An ex gratia indulgendum sit, ut dictas distributiones lucretur in casu &c.*

Negative ad utrumque in casu, de quo agitur præterquam quando assistit Archiepiscopo in Cathedrali.

Sess.22. c.6. de resor.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Sub annum 1597. Marcus Antonius de Florentiis jure donationis, quæ inter vivos nuncupatur, quindecim loca montium Provinciarum secundæ erectionis, quorum annuus reditus tunc temporis ad scuta sex cum dimidio pro quolibet ascendens constituebat summam scutorum 97., & obulorum 50. reliquit Ven. Archihospitali S. Spiritus in Saxia sub hoc duplici inter cetera onere; primo scilicet,, che detto Ospedale, e suoi ,, Ministri siano tenuti, ed obbligati in perpetuo ogn'anno pagare ,, scudi sessanta &c. nel giorno dell'Assunzione della nostra Donna ,, per maritare due Zitelle da darseli sc. trenta per ciascheduna &c. ,, da nominarsi dette Zitelle in vita di det. Marc'Antonio da lui, e ,, dopo la sua morte dal più vecchio Sacerdote, che sarà della Casata ,, de Florenzi &c. o vero mancando detta Casata, possa nominarle ,, d.Monsig.Commendatore, che sarà pro tempore, purchè nomini ,, le infrascitte: *altero autem*, che detta nominazione, ed elezione ,, si facci di Zitelle, che siano del sangue di detto Marc'Antonio, ,, purchè non gli siano congionte nel primo, e secondo grado, ec- ,, cetto in caso di gran necessità, e povertà di quelle, che gli fossero in primo, e secondo grado, ne mentre ci sono quelle del suo ,, sangue possino essere nominate altre, e non vi essendo di esse, si ,, faccia di zitelle nate nella Vigna di Maffucci, e di S. Arcangelo ,, del Luogo di Perugia, e non ci essendo quelle di detta Villa siano ,, nominate quelle di d. Castello, e possa eleggere, e nominare chi ,, vorrà quello a chi toccherà di fare detta elezione, purchè elegga ,, zitelle povere nate di legitimo Matrimonio, e nate di padre, e ,, madre onesti, e che siano Perugine, e del Contado.

Pia hæc Marci Antonii dispositio summatim recensita fuit in supplici libello nomine Annæ Mariæ Renda Summo Pontifici porrecto, itidemque demisse supplicatum, ut quemadmodum:,, Sul fondamento di ,, tal pia disposizione fin dall'anno 1699. Maria Camilla, & Or- ,, sola Caterina Melosi descendenti dal quondam MarcoAntonio Flo- ,, renzi, avuto ricorso alla san. mem. di Clemente IX., & esposta ,, la loro povertà, n'ottennero ambedue benignamente la grazia, che ,, tali sussidj dotali si assegnassero alle medesime fino alla somma di ,, scudi 300. per ciascheduna, e simil Breve riportò dalla san. me. di ,, InnocenzoXII.MariaAntoniaMelosi altra lor Sorella dell'an.1661., e da

„ e da Innocenzo XIII. Francesca Lucia Cozzi dell'an. 1722. siccome
„ il tutto costa dall'annessa nota de' Brevi a pro della medesima, eman-
„ dati a piena esecuzione : *ita quoque dignaretur Sanctitas sua ei-*
„ *dem Annæ supetias ferre* : colla stessa grazia alle volte da pii Som-
„ mi Pontefici conceduta ad altre congiunte del pio Fondatore, cioè
„ che gli accresca il Sussidio dotale sino alla somma di scudi 300., e
„ gli si somministrino le spese, che occorreranno per la spedizione
„ del Breve tanto maggiormente, che ciò non ridonda punto in pre-
„ giudizio del luogo pio, in mano del quale si ritrova presentemente
„ somma maggiore all'istanza dell'Oratrice per distribuirsi in causa
„ di tali sussidii, e la medesima si contenta, che il Ven. Archiospe-
„ dale gli assegni soli annui scudi sessanta, fintanto che sarà compita
„ la detta somma di scudi 300., quanto importarebbero due sussidi
„ dotali da distribuirsi ogn'anno a due zitelle povere Perugine.

Cum autem super ejusmodi petitione ad Sacrum hunc Senatum remissa rogatus fuerit Eminentissimus Urbis Vicarius eamdem S. Congregationem auditis interesse habentibus instructam reddere, factum inde est, ut precibus Annæ Mariæ contradictorem sese præbuerit Eques Virgilius de Florentiis, cui competit jus nominandi Puellas ad subsidia dotalia per memoratum Marcum Antonium instituta, duo potissimum opponens, alterum nempe, quod dicta Anna Maria nullo consanguinitatis gradu prælaudato pio Benefactori conjuncta sit, alterum vero, quod eadem Oratrix, antequam preces Sanctitati suæ porrigeret jam nupta reperiretur, proindeque ex utroque capite incapax omnino censeri debeat assequendi subsidia, quæ postulat.

Et sane quod spectat ad primum, in praxi receptum videtur, eas tantum Puellas, quæ vel originem ex pio Disponente trahunt, vel ei sanguine conjunctæ sunt, juxta verisimilem illius mentem Puellis extraneis in assecutione subsidiorum dotalium præferri, uti colligitur ex pluribus resolutionibus ab hac Sac. Congregatione editis, & signanter in *Pistorien. subsidiorum dotalium* 22. *Sept.* 1731., *in Camerinen. subsidiorum dotalium* 8. *Augusti* 1733., *& in Panormitana subsidiorum dotalium* 6. *Decembris superioris anni*, eas vero, quæ hisce prærogativis sunt destitutæ, a petita prælatione in assequendis dotalibus subsidiis repelli, uti præsertim contigit in *Romana Subsidii Dotalis*, in qua proposito Dubio : *An Eleonora Catharina Fundati sit prælative quoad alias Puellas, & absque lege Bussoli admittenda ad subsidium dotale relictum a Petro Nicolao Fantozzio*, primum nempe 16. Martii rescriptum fuit : *Dilata, & coadjuventur probationes super consanguinitate*, reproposita vero deinde Causa in subsequenti Congregatione diei 13. Aprilis prodiit resolutio : *Negative, & amplius*, *uti ex lib.* 70. *Decr. pag.* 132.

Nec levius apparet momentum secundæ oppositionis, cum subsidia dotalia a piis Benefactoribus destinata Puellis, ut eædem ita provisæ possint aliquando, vel in seculo, vel in Domino nubere, nonnisi contra ipsorum voluntatem distribuerentur, si Mulieribus jam nuptis contingeret assignari, quemadmodum late tradunt *Cancer. var. resol. cap.* 22. *num.* 182. *par.* 3. *Card. de Luc. de tot.* 174. *num.* 2. *Surd. de aliment. tit.* 1. *qu.* 16. *n.* 18. *& seqq.*

Verumtamen adversus hæc non omisit Anna Maria petitionem suam pluribus fulcire rationibus; ut enim inquit Eminentissimus Urbis Vicarius in luculenta, accurataque sua relatione ,, Ad confovendam expressionem suæ descendentiæ a Flaminia de Florentiis in medium
,, protulit certas, & indubitatas probationes suæ Consanguinitatis
,, cum Maria Camilla, & Ursula Catherina Sororibus de Melosis,
,, quæ in contradictorio judicio canonizatæ fuerunt descendentes a
,, Familia de Florentiis, & uti tales per literas Apostolicas admissæ
,, fuerunt ad participationem subsidiorum in quantitate scut.300. pro
,, qualibet. Ad repellendam autem alteram difficultatem ex parte
,, præfati Equitis Virgilii promotam in eo positam, quod Anna Maria
,, Renda jam parem Virum invenerit, & cum eo Matrimonium quo-
,, que contraxerit, in medium affert Oratrix nonnulla consimilis gra-
,, tiæ indultæ mulieribus etiam nuptis, ac præsertim in terminis hu-
,, jusmet Legati profert supplicationem porrectam per Franciscam
,, Cozzi, cujus copiam collationatam hic pariter adnecto, ex qua
,, satis comprehendi contendit, eamdem de tempore promotæ Instan-
,, tiæ fuisse jam nuptam, & non obstante contradictione senioris Fa-
,, miliæ de Florentiis voti compotem fieri meruisse.

His itaque expositis, quibus accedent jura in utramque partem latius deducenda, id unum præstat in facto adnotare, nimirum oratricem esse mulierem *di nascita civile*, *povera*, *e miserabile*, *anzi costituta in sì grave necessità, che non ha come alimentarsi, e donna honesta*, uti hisce verbis testantur Parochus Ecclesiæ S. Simonis Prophetæ, sub cujus Parochia degit; in jure vero, subsidium dotale Puellis, quæ in capillis adhuc vivunt, relictum posse mulieribus consanguineis etiam nuptis, si eædem pauperes sint, assignari, juxta sententiam, quam magis piam, & menti Testatorum conformem vocant, & sequuntur *Casanat. cons.*33. *Castill. l.*5. *contr. cap.*84. *num.*48. *& cap.*9. *n.*35. & cum aliis pluribus *Amostaz. de caus. piis. lib.*4. *cap.*6. *num.*31.; ubi rationem in hæc verba adducit: ,, Nam est ratio singularis affe-
,, ctionis ad suam Familiam, seu genus potius, quam in aliis mulie-
,, ribus, unde credendum, quod si Testator vidisset Consanguineam
,, nuptam indotatam, & pauperem similiter provideret sicut non nu-
,, ptis. Denique in nuptis non omnino cessat periculum luxuriandi,
,, quando nupta pauperie opprimitur, ergo cum concurrit affectio
,, sanguinis, nec cessat periculum peccandi non male præsumitur velle
,, etiam Nuptæ dari Legatum.

Omnibus jam vero ponderatis, dignabuntur EE. PP. statuere.

An Anna Maria Rendæ admittenda sit ad subsidium dotale: & pro qua summa in casu &c.

Negative.

COLO-

COLONIEN. INDULTI. Hermannus Wernerus de Boffart Præpofitus Collegiatæ Ecclefiæ S. Andreæ, & Canonicus alterius Collegiatæ S. Gereonis Civitatis Coloniæ in fupplici libello, quem fummo Pontifici fuperiori anno porrexit exponens ,, qualiter, dum ante ,, hac extitit in fervitiis Sereniffimi Archiepifcopi Colonienfis, præfata fua Serenitas vigore Indulti Pontificii ipfum a refidentia, & ,, frequentatione Chori in prædicta Ecclefia ad S. Andream taliter liberaverit, & nihilominus tam corpus, quam quotidianas diftributiones, & quafcumque obventiones Canonicatus dictæ Præpofituræ ,, ex laudo ante hacinter tunc temporis Præpofitum, & Capitulum ,, inito, & a S. Sede Apoftolica approbato annexi perceperit, & ,, quamvis Capitulum præfatæ Collegiatæ Ecclefiæ fe oppofuerit, attamen capta præcife informatione a tunc temporis Nuncio Apoftolico, S.Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ,, utraque parte informante fub 24. Septembris anni 1729. cenfuit Indultum fuffragari ,, mox vero fubjungens, quod propter fibi collatum a Sacra Cæfarea, & Catholica Majeftate minifterium Refidentis in Circulo Vefthpalico : ,, Servitia Sereniffimi Archiepifcopi Colonienfis dimittere debuerit, modo autem pro Sacra Cæfarea Catholica Majeftate Supremo Ecclefiarum Protectore, & Defenfore, & ,, Imperio Romano pluribus negotiis, quam antehac, fit occupatus, ,, atque inter hæc fæpius talia occurrant, quæ magnam cum Religione, & rebus Ecclefiæ habent connexionem, ficque penes Ecclefiam Collegiatam Sancti Andreæ (ubi præter corporalem certis ,, diebus præfentiam ad nullum omnino vel Altaris, vel Chori, aut ,, Capitulum Officium obligatus exiftit) refidere, ibidemque Chorum frequentare nequeat, *humillime a Sanctitate Sua imploravit*, ,, quatenus ex fpeciali gratia quoad dictam refidentiam Canonicalem ,, in Ecclefia Collegiata S. Andreæ fecum taliter difpenfare clementiffime dignetur, ut eidem de omnibus fructibus, & emolumentis, ,, ac fi continuo in Choro præfens effet, Capitulum refpondere debeat. *Sefs.24.c.12. de ref.*

Super hifce precibus a Sanctiffimo Domino Noftro ad Sacram hanc Congregationem remiffis, juffus Ordinarius referre, audito Capitulo, pleraque in memorato Hermanni Vernei libello expofita confirmans, certiores reddidit Eminentiffimos PP. de Capituli contradictione: Quamobrem oportuit, eodem Capitulo citato, fubfcribere Dubium, quod in Calce præfentis Reftrictus fapientiffimo EE.VV. judicio decidendum proponitur.

Momentum, ob quod confidit Orator petitioni fuæ fore annuendum tametfi Canonicus abfens ex caufa utilitatis Religionis, & Ecclefiæ etiam univerfalis, non autem propriæ Ecclefiæ commodum refpiciente quotidianas diftributiones de jure non lucretur, uti per *Text. in cap. cum dilectus cap. De cetero & cap. Ad audientiam de Cleric. non refid.* communiter docent Canoniftæ, inter quos *Fagnan in cap. licet n.*160. *de Præben.*, & *Reiffenftuel. in Jus Can. lib.*3. *tit.*4. §.7. *num.*199. & *feqq.*, fiftit potiffimum in praxi Sanctæ Sedis, juxta quam contendit, ejufmodi indulta percipiendi quotidianas diftributiones una cum ceteris emolumentis Choro præfentibus dari folitis confueviffe impertiri

tiri Canonico, quem ex præmissa Religionis, sive universalis Ecclesiæ causa abesse contigerit, ut ex pluribus similium Indultorum exemplis relatis per *Reiffenstuel. loc. supracit. num.*210., *& seqq. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.*43. *n.*155. *Garz. par.*3. *cap.*2. *n.*356. quibus consonant Rescripta Sacræ Congregationis edita in *Toletana* 4. *Junii* 1594. *lib.*8. *Decr. pag.*110. *in Anconitana* 2. *Augusti* 1670. *lib.*26. *Decret. pag.*236., *in Romana* 28. *Julii* 1730. *lib.*80. *Decr. pag.* 14., *& in alia Romana* 28. *Aprilis* 1736. *lib.* 86. *Decr. pag.*175.

Hoc autem jacto principio, cum putet inficiarii non posse, quin ipse in exercitio Ministerii sibi commissi publicam Ecclesiæ, & Religionis causam agat, eo libentius petitum indultum sibi concedendum esse arbitratur ob peculiares, quas expendit, circumstantias; Prima nimirum est, quod Collegiata Ecclesia S. Andreæ viginti quatuor nimirum constat Canonicis, septendecim Vicariis, tribus Cantoribus, ac binis Choralibus, ita quidem, ut illius servitium, cultusque Divinus nullum patiantur detrimentum, si aliquot Canonici justa absint ex causa; Altera in eo versatur, quod Præpositus ejusdem Collegiatæ centum octuaginta quatuor tantum diebus in singulos annos tenetur Choro interesse, nullam vero vocem obtinet in Capitulo, nullumque aliud obstringitur obire munus, cui Canonici, aliique Ecclesiæ Ministri debent incumbere; Tertia demum, quod ipse nuper simili potius fuerit indulto, donec inservivit Archiepiscopo, proindeque res minus æqua videri posset, si hoc ipso non frueretur, dum ex eadem utilitatis Religionis, ac præsertim Coloniensis Archiepiscopatus causa abesse cogitur, juxta luculentum ipsiusmet Archiepiscopi testimonium, quo sic habetur: „ Sane pro parte Venerabilis Nobis „ dilecti Hermanni Vernei Bossart Sacræ Cæsareæ Majestatis apud „ nos, & circulum inferioris Rheni Residentis humillime expositum fuit, quod ipse se qua Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ Coloniensis Præpositus ad Residentiam ibidem faciendam per Capitulum compellatur: a qua tamen utpote in pluribus tam in Archiepiscopatus nostri, quam ipsius Religionis utilitatem tendentibus „ negotiis salubriter occupatus dispensari meretur; quia vero supradictum Capitulum de istiusmodi negotiis penitus edocere consultum non est; Hinc Nos, qui plenariam super hujusmodi negotiorum „ natura habemus informationem, per præsentes testatum reddimus „ supra memoratam Archiepiscopatus nostri, & Sanctæ Religionis „ utilitatem in illis summopere versari, atque ideo rem nobis gratissimam futuram, si idem Hermannus Verneus nunc eadem omnino „ exemptione fruatur, qua, olim in nostris adhuc servitiis existeret, „ gavisus est.

Jura, quæ meditatur Capitulum adversus Oratoris petitionem deducere, nondum allata sunt. Onus igitur EE. VV. erit pronunciare.

An sit locus concessioni petiti Indulti etiam quoad distributiones quotidianas in casu &c.

Pro concessione Indulti ad triennium, si tamdiu Orator duraverit in munere, omissis distributionibus quotidianis.

BI-

BITUNTINA. Cum Cathedralis Ecclesia Bituntina ultra alios Presbyteros, & Clericos ejus servitio addictos pluribus constet Dignitatibus, Canonicis, & Presbyteris Participantibus; inter istos vero multæ obortæ sint contentiones, quarum definitionem enixe postulant iidem Presbyteri Participantes, dignabuntur hodie EE.PP. sex infrascripta Dubia, quæ dictarum omnium quæstionum seriem exhibent, tum ex iis, quæ alias circa similes controversias fuerunt adnotata in *Fanen.* 16. *Junii* 1731., *in Firmana Vocis in Cap.*21. *Augusti* 1734., *& in Ruben. Expensarum* 11. *Sept. ejusdem anni* sapientissime decernere. Sess.24. c.12. de Ref.

I. *An Officium Procuratoris Generalis Capituli debeat semper exerceri per Presbyteros participantes, vel mansionarios, seu per Canonicos, vel potius per turnum a prima Dignitate, usque ad ultimum Presbyterum in casu &c.*

II. *An idem servandum sit respectu omnium aliorum Officiorum Capituli, itaut Presbyteri participantes, seu mansionarii, ad illa exercenda, sicuti Canonici, eligi possint, & debeant in casu &c.*

III. *An quarta funeralis, & alia emolumenta funerum, ac pecuniæ, quæ supersunt in fine anni ex redditibus a Procuratoribus exigi solitis, spectent ad Dignitates, & Canonicos, seu potius sint æqualiter dividenda inter Canonicos, & Presbyteros participantes, seu mansionarios in casu &c.*

IV. *An expensæ litium, quas Dignitates, & Canonici pro eorum interesse privato tantum sustinent, & in futurum sustinebunt, desumi possint ex massa communi cum Presbyteris participantibus, seu mansionariis, vel potius ex earumdem Dignitatum, & Canonicorum portionibus, & quid de expensis præsentis litis in casu &c.*

V. *An Dignitates, & Canonici teneantur saltem a decem annis citra reddere rationem de emolumentis funerum, Quarta funerali, pecuniis expensis in litibus, & acceptis a Procuratoribus, & similibus æqualiter inter ipsos, & Presbyteros participantes, & portionarios, seu mansionarios dividendis in casu &c.*

VI. *An Portionarii, seu Mansionarii vocandi, & admittendi sint ad votandum in electionem Vicarii Capitularis, & in aliis actibus mere jurisdictionalibus, & in aliis actibus œconomicis, & in quibus agitur de interesse communi in casu &c.*

Dilata ad primam Septembris.

MAZZARIEN. CONCURSUS. Sequuta sub mensem Julii 1735. vacatione Archipresbyteralis, & Parochialis Ecclesiæ Civitatis Alcami, Episcopus Mazzariensis die 16. insequentis mensis Augusti jussit, ad ejusdem Ecclesiæ Valvas consuetum affigi Edictum, quo omnes ad illius Ecclesiæ curam concurrere cupientes excitarentur, monerenturque ad se præstandum infra *decem dies a die affixionis Edicti computandos, suaque nomina, cognomina, ætatem, & Patriam in Actis Curiæ Episcopalis* describi faciendum, itaut, eo transancto termino, sub diem 26. ejusdem mensis Augusti coram se, & Synoda- Sess.24. c.18. de Ref.

libus

libus Examinatoribus consuetum possent subire examen. Cum itaque præstituta indicti examinis dies advenisset, habitum reipsa illud fuit coram Episcopo, qui subinde consuetis ad Sanctam Sedem transmissis testimonialibus literis significavit Eminentissimo Domino Cardinali Pro-Datario, sex ex Concurrentibus, nempe Erasmum Cremona, Ignatium Batiata, Marium Giacalone, Marianum Bonavia, Joannem Augustinum Bulgarelli, & Carolum Balestrieri fuisse a Synodalibus Examinatoribus renunciatos ad Animarum Curam idoneos.

Ex memoratis sex sacerdotibus selectus fuit a Sanctissimo Domino Nostro Erasmus Cremona, eique de more per Literas Apostolicas collata est prædicta Archipresbyteralis Ecclesia; Verum quia subinde eam sibi studuit impetrare Presbyter Leo Fraccia sub narrativa, quod in supra enunciato concursu forma Sacri Concilii Tridentini servata non fuerit, proindeque eadem Ecclesia adhuc, ut prius, esset vacans, judicialis instituta est controversia super validitate dicti Concursus, ac respective Collationis favore memorati Erasmi Cremona subsecutæ, cujus definitio cum Sacro huic Senatui fuerit delegata, oportet hodie illius examen assumere sub Dubio, quod ad calcem præsentis Restrictus apponetur.

Multiplici vitio prædictum laborare Concursum authumat Leo Fraccia; primo nimirum, quod illius Edictum fuerit ad Fores sæpedictæ Ecclesiæ Parochialis, non autem ad valvas Cathedralis, uti mos est, affixum; Secundo, quod Concursus habitus fuerit sub diem 26. Augusti in Civitate Salem, ubi tunc temporis occasione Pastoralis Visitationis reperiebatur Episcopus, proptereaque & extra locum, in quo haberi debuisset, nempe extra Civitatem Alcami Sedem vacantis Beneficii, ubi Edictum fuerat affixum, & termino decem dierum nondum exacto, quum alioquin non nisi post illum elapsum concursus fuisset instituendus, juxta ea, quæ tradunt *Massobr. de Concurs. resp.3. Dub.10. num.4. ad 9. Garz. de Benef. part.9. cap 2. num.33. & seqq. Rot. decis.1148. cor. Seraphin.* Et tertio demum, quod ad eumdem concursum ineundum adhibiti non fuerint tres ex undecim Synodalibus Examinatoribus, qui tunc in Diœcesi Mazzariensi reperiebantur, sed habitus ille sit coram tribus Examinatoribus ab Episcopo antecedenti die 25. Augusti extra Synodum deputatis, nullo prius impetrato Capituli consensu, qui juxta formam Indulti, quo Sacra hæc Congregatio potestatem fecerat eidem Episcopo eligendi Examinatores extra Synodum, debuisset accedere; Concursum vero habitum coram Examinatoribus ab Episcopo minus legitime deputatis invalidum esse, constat ex iis, quæ ad ornatum Decreti Conciliaris *Sess.24. cap.18. de Reform.* docet *Barbos. ad Concil. cap.17. Sess.24. de Reform. Pax Jordan. lucub. tom.2. lib.10. tit.8. n.140. & seqq.* nec non ex Resolutionibus Sacræ Congregationis relatis in *Visen. Parochialis 9. Augusti* 1732.

Jussus Episcopus Sacram Congregationem certiorem reddere de iis, quæ præfatus Leo Fraccia exposuit, hæc in suis literis sub diem 25. Februar.1735. conscriptis habet: „ Omnia, quæ exponuntur in supplici annexo libello,
„ nec larvam veritatis præseferunt. Concursum pro Beneficio Alcami
„ obtinendo intimatum, juxta præscriptum a Sacris Canonibus, & Bul-
„ lam S. Pii V. solito cum Edicto publico omnes norunt; in eoque concur-
„ su admissi tantum fuere legitimi Examinatores, quos præsentes habui in
„ Civitate Salem, in qua accidit, & Examinatores, qui electi fuere cum
„ consensu Capituli hujus Cathedralis sub die 27. Julii 1735. vigore De-
„ creti

„ creti obtenti ab hac Sacra Congregatione Concilii sub die 8. Junii ejus-
„ dem anni 1735. ob inopiam Synodalium Examinatorum Romæ præsen-
„ tavi, nec unum magis idoneum præ alio proposui, & hoc ut judicium
„ meum conforme Judicio Examinatorum redderem; Examinatores autem
„ prædicti fuere utriusque Juris, & Sacræ Theologiæ Doctor Canonicus
„ D. Nicolaus Tumbarelli, utriusque Juris, & Sacræ Theologiæ Doctor
„ Canonicus D. Carmelus Montalto, & Magister Regens Andreas lo Mo-
„ naco Ordinis Patrum Conventualium omnes, ut dixi, electi cum con-
„ sensu Capituli, adeoque omnes legitimi. Concursu jam habito, & ap-
„ probatione obtenta, Doctor D. Erasmus Cremona Romam adiit apud
„ S. Sedem, quæ gratiose majorem idoneitatem eidem de Cremona dedit,
„ & Bullas obtinuit. Iste autem de Fraccia ad concursum accessum non
„ habuit, quia non se præsentavit, & postquam recursum fecit in hac
„ Dataria, eadem juste petitiones prædictas bis præsentatas, & factas non
„ admisit.

His igitur perpensis, aliisque latius utrinque forsan circumferendis, decidere oportet.

An concursus, & collatio respective Ecclesiæ Parochialis Alcami sustineatur in casu &c.

Non proposita.

Die Sabbati 22. Augusti 1739.

JANUEN. MATRIMONII. Cum Theresia ab Auria Filia Ducis Thursiæ Summo Pontifici supplicaverit, ut Sanctitas Sua Apostolicam Dispensationem super Matrimonio ab ipsa usque ab anno 1725. cum Jo: Andrea tunc Comite Lodani, nunc vero Principe Melphii inito, sed nondum consummato dignaretur elargiri, huic vero postulationi contradictorem sese præbuerit idem Princeps Melphii, Eminentissimi PP., quorum Judicio controversiæ inde exortæ definitio remissa fuit proposita Causa sub tribus hisce Dubiis. *Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.*

I. An sit locus prætensæ dissolutioni Matrimonii; *Et quatenus negative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio tamquam rato, & non consummato: *Et quatenus negative ad utrumque*.

III. An sit locus coactioni ad præstanda obsequia Matrimonialia in casu &c., *die* 10. *Maii superioris anni rescripsere*: dilata, & conficiatur Processus juxta instructionem per Judicem delegandum ab Eminentissimo Præfecto, & fiat recognitio Corporum Mulieris Romæ, Viri autem in loco designando ab eodem Eminentissimo juxta mentem cum præfixione termini duorum mensium dicto Viro ad se subjiciendum præfatæ recognitioni computandi a die faciendi Decreti, & in reliquis ad eumdem Eminentissimum Præfectum cum facultatibus necessariis, & opportunis.

Consentanee ad ejusmodi Rescriptum duo coram Judicibus per Eminentissimum Præfectum delegatis confecti fuerunt Processus, alter nempe hic Romæ ex depositione Testium, qui a prælaudata Theresia fuerunt inducti, hisque additum fuit formale examen aliorum duorum Testium ad instantiam ejusdem Theresiæ in Archiepiscopali Curia Neapolis receptum, alter vero in Civitate Januæ ex Testibus tam præfatæ Theresiæ, quam Principis nomine examinatis. Præterea corpus Viri fuit a quatuor Peritis Pla-

centiæ recognitum; exploratio autem corporis Mulieris a tribus Obstetricibus hic in Urbe expleta est, tam dictis Obstetricibus, quam præfatis quatuor Peritis formalis examini illico subjectis, deindeque ambo prædicti Conjuges Positionibus sibi vicissim datis responderunt.

Perpensis itaque iis, quæ ex hujusmodi Actorum congerie emergunt, aliisque documentis, quibus Pars utraque cumulata jura sua fulciri fategit, reliquum est, ut EE. VV. dignentur sapientissime pronunciare.

I. An sit locus prætensæ dissolutioni Matrimonii: *Et quatenus negative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio tamquam rato, & non consummato, *& quatenus negative ad utrumque*.

III. An sit locus coactioni ad præstanda obsequia Matrimonialia in casu &c.

Ad mentem, mens, est quod pro majori instructione Sacræ Congregationis fiat nova recognitio Corporis Viri intra totum mensem Novembris in Civitate Status Ecclesiastici designanda ab Eminentissimo Præfecto per quatuor Peritos secreto eligendos ex officio per dictum Eminentissimum Præfectum cum assistentia Domini Secretarii, & post exaratas Peritias, receptumque examen eorumdem Peritorum juxta formam servatam Placentiæ absque tamen intimatione, & interventu Defensorum Partium, Processiculus, inde confectus transmittatur a D. Secretario per manus EE. PP., deindeque absque ulla communicatione facienda Partibus Causa denuo proponatur cum iisdem Scripturis tantum, & ad effectum præmissorum ad Eminentissimum Præfectum cum facultatibus necessariis & opportunis.

Sess. 24. c. 18. de Ref.

MAZZARIEN. CONCURSUS. Causa hæc, quæ in postremo Folio Congregationis diei 1. currentis mensis descripta fuit, hodie diciden-da proponitur sub eodem Dubio.

An concursus, & collatio respective Ecclesiæ Parochialis Alcami sustineatur in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. c. 3. de ref.

KIOVIEN. IURIS VISITANDI. Athanasius Szeptychi Ritus Græci Latino uniti Archiepiscopus Kiovensis, ac totius Russiæ, uti præfertur, Metropolitanus ratus, sibi jus esse visitandi Monasterium Melicense Ordinis S. Basilii, sub annum proxime præteritum commisit Episcopo Pinscensi, & Abbati Dorohobuscensi, ut illud etiam quoad Monachorum personas visitarent: cum autem occasione visitationis ejusmodi sub diem 7. Maii dicti anni inchoatæ, ac insequenti die absolutæ Innocentius Pickowvicz præfati Monasterii Abbas fuerit a suis Monachis de inhonesta, turpique vivendi ratione accusatus, eumdem memoratus Archiepiscopus definitiva Sententia declaravit „ pro Scandalis, & propalatis, ac inter Se-„ culares divulgatis præfatis Carnis delictis perpetratis fore, & esse puni-„ bilem

„ bilem adinventum, atque in vim pœnæ Abbatia Melicensi fore, & esse
„ privandum. eamdemque Abbatiam pro vacanti declarandam, necnon,
„ ut in Conventu Bitbenen. sub obedientia Superioris Loci illius tamquam
„ Pater Professus recollectiones spirituales post sex septimanas a data præ-
„ senti computan. incipiat., & easdem per annum integrum peragat, ei-
„ dem fore, & esse demandandum, ac ad ejusmodi effectum mandatum
„ executivum fore, & esse decernendum, & in forma solita relaxandum,
„ eumdem abusu Pontificalium,& Insigniorum Abbatialium per integrum
„ illum recollectionis annum fore, & esse suspendendum; *prætereaque sub*
„ *pœnis sæverioribus injunxit*, ut omnia jura, privilegia, & documenta
„ Abbatiæ Melicensi inservientia, nec non quævis argenta, Apparatus
„ Ecclesiasticos, & alia Mobilia Ecclesiæ, & Conventus Melicensis
„ propria, nec minima re penes se retenta, sub rigore mandati executi-
„ vi det, tradat, & restituat, *& demum sub finem Sententiæ ita sub-*
„ *junxit*: quantum ad cathegorium, ac si causatæ per Reverendissimum
„ citatum duabus Personis in visitatione postreme specificatis mortis,
„ quamvis pro his plenarie convictus non sit, pro omni tamen conscientiæ
„ ejus cauthela, eumdem pro impetranda dispensatione super irregulari-
„ tate, si, & in quarum ex homicidio causali &c. eam incurrerit, ad
„ quem de jure remisit.

Sententiam hanc multiplici nomine irritam, injustamque proclamat sæpedictus Abbas, præsertim vero ex eo, quod Monasterium Melicense, veluti intra Diœcesis Luceoriensis limites consistens, nonnisi a Luceoriensi Episcopo visitari posset, tum ex Canonicis Juris sanctione in *Can. Omnes Basilicæ 16. quæst.7. cap. Conquerente, & cap. Constitutus de Offic. Ordinar.* tum ex Tridentini Concilii Decreto *Sess.7. cap 3. de Ref*, tum denique ex Provinciali Synodo sub annum 1720. coacta, & subinde per S. M. Innocentium XIII. approbata, ubi sub *tit.6. de Episcop. §. Monasteria*. Ita sancitum legitur -- „ Monasteria etiam Virorum, quamquam alias exem-
„ pta plene ab Episcopo visitentur, si non sunt in Congregationem reda-
„ cta, nec suos habent Regulares Visitatores, quæ autem in Congrega-
„ tionem redacta sunt, Episcopus ne visitet, nisi Regulares Visitatores,
„ & Ordinum capita, quibus id incumbit, post sex menses a monitione
„ Episcopi visitare, corrigere, & regularem observantiam reformare ne-
„ glexerint.

Id vero juris eo minus authumat potuisse sibi ulla ratione adstruere Archiepiscopum Kiovensem, quia expresse a Tridentino *Sess.24. cap.3. de ref.* vetitum est Metropolitanis, ne etiam post plene visitatam propriam Diœcesim visitent Cathedrales Ecclesias, & Diœceses suorum Comprovincialium, nisi causa cognita, & probata in Provinciali Concilio, quemadmodum inhærentes literæ ejusdem Concilii bene notant adducti per *Gonzal. in cap. Sopitæ de Censib. in fin. Barbos. de Offic., & potest. Episc. par.1. tit.4. num.50.*, & consonat Resolutio edita in Causa *Hyberniæ Visitationis*, ubi, discusso Dubio -- „ An cæteris omnibus Episcopis Suffraganeis in Provin-
„ ciali Synodo consentientibus, quod eorum Metropolitanus cunctas Pro-
„ vinciæ Diœceses visitet, & uno dumtaxat Suffraganeo dissentiente ex
„ eo, quod nulla adsit necessitas hujusmodi visitationis faciendæ, nihilo-
„ minus possit Metropolitanus visitare Diœcesim d. Suffraganei dissentien-
„ tis „ -- S. Congreg. die 29. Novembris 1687. rescripsit -- *Negative*, ut in *lib.37. Decr. pag.666.*

Auditus super hac re Metropolitanus, ut Sententiam suam ab impicta nullitatis labe vindicet, ostendatque, sibi competere jus visitandi Monasterium

Melicense, ejusque Abbatem corrigendi, exposuit dudum in sua Relatione, singulos Abbates Ordinis Divi Basilii Magni intra illam Provinciam existentes a solis Metropolitanis Archiepiscopis benedici, & institui consuevisse, ita ut non per alium, quam per ipsos Metropolitanos tamquam Judices Ordinarios contra eosdem Abbates Pastoralis visitatio decernatur, Processusque pro rerum exigentia efformetur; ac re ipsa praefatum Abbatem non tantum a Praedecessore Archiepiscopo Metropolitano Georgio Wiornicki benedictum, & institutum; verum & per Delegatos ab eodem Archiepiscopo quoad vitam, & mores sine ulla reclamatione visitandum fuisse, ac tandem eumdemet Abbatem Innocentium Pichonvitz non ab alio, quam a se ipso antetres circiter annos, ut Coadjutorem sibi eligere, & assumere posset, consensum petiisse, & obtinuesse, dein vero ita subdit -- „ Haec mea Iurisdictionisque meae fundamenta; quibus firmiter „ innixus non solum contra praefatum Rev. Pichovitz, (quem toties re„ pertae Vicinorum delationes, ipsaque publica fama de mala, & scele„ ratissima incusarunt vita) Canonicam pro munere meo decrevi visitatio„ nem, ac ad hanc expediendam Viros omni exceptione majores, Pinscen„ sem videlicet Episcopum, & Dorohobuscensem Abbatem designavi, „ & delegavi, verum etiam circa terminum legitime incidentem tam ex „ mox allegata, quam ex allata superius Antecessoris mei visitationibus „ utriusque ad manus Procuratoris Ordinis Nostri in Urbe constituti „ transmissis (citato nullam exceptionem faciente, quinimo Iudicem, & „ Decretum acceptante) Abbatiali eumdem privavi Dignitate, emeri„ tasque injunxi poenas, *in haec demum verba concludens*: Nil proinde re„ stare judico, nisi EE. VV. enixissime supplicare, ut dicto Oratori prae„ tensus a correctione non permittatur Recursus, imo potius idem Orator „ tanquam Iurisdictioni Ordinariae recalcitrans emerito castigetur „.

Praeter haec Promotor Fiscalis Curiae Archiepiscopalis totius Russiae contendit, Monasterium Melicense non intra limites Dioecesis Luceoriensis, ut asserit Abbas Pichovitz, sed in Dioecesi Wlodimiriensi situm esse, adeoque nullam super usu Iurisdictionis a Metropolita exercitae in dictum Monasterium promovente exceptionem Episcopo praefatae Ecclesiae Wlodimiriensi ejusdem Metropolitani Suffraganeo, perperam Visitationem saepedicti Monasterii a praelaudato Archiepiscopo demandatam de legitimae potestatis defectu redargui. Omnibus itaque expensis, decidere oportet.

I. An Metropolitanus totius Russiae habeat jus visitandi Monasterium Melicense Ordinis S. Basilii Magni, ita ut visitatio peracta per Delegatos de mense Maii 1738. sustineatur in casu &c., *& quatenus affirmative.*

II. An Sententia lata sub die 18. Augusti 1738. per eumdem Metropolitanum substineatur in casu &c.

Sess. 14. c. 2. et Sess. 24. c. 3. de ref.

MESSANEN. ORDINATIONIS. Cum Titularis Episcopus Amatuntae, qui Vicarii Generalis Eminentissimi Cardinalis Valenti Archimandritae Messanensis defungitur munere, sub diem 22. Decembris 1736. ad quatuor Minores Ordines, itidemque ad Subdiaconatum promoverit Jacobum Mazzeum in Civitatis Messanae sub anno 1715. ex Stephano a triginta, & ultra annis ibi commorante progenitum, primaque Tonsura dudum anno 1732. ab Archiepiscopo Messanensi Praedecessore initiatum, sibi tantum exhibita Cancellarii Archiepiscopalis Curiae attestatione, qua affirmabatur, eumdem Jacobum ab anno 1734. usque ad 1736. nullo fuisse crimine inquisitum, hodiernus Messanensis Antistes, hanc Ordinum collationem suis absque literis dimissoriis, ac testimonialibus peractam tripliciter potissimum nomine illicitam fuisse, contendit.

Primo

Primo scilicet, ob gemina Sacrosanctae Tridentinae Synodi Decreta alterum *Sess.* 14. *cap.* 2. ubi sic decernitur „ Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius Dioecesis etiam exempto, aut aliquo „ Monasterio cujusvis Ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore „ cujusvis Privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro „ tempore concessi alterius Subditum etiam praetextu familiaritatis, continuae commensalitatis suae, absque sui proprii Praelati expresso consensu, aut literis dimissoriis ad aliquos Sacros, aut Minores Ordines, vel „ primam Tonsuram promovere, seu ordinare valeat -- *alterum autem* „ *Sess.* 23. *cap.* 10., *quo ita sancitum est* -- Abbatibus, ac aliis quibuscumque quantumvis exemptis non liceat imposterum intra fines alicujus „ Dioecesis existentibus etiam nullius Dioecesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui Regularis Subditus sibi non sit, Tonsuram, vel „ Minores Ordines conferre: nec ipsi Abbates, & alii exempti, aut Collegia, vel Capitula quaecumque etiam Ecclesiarum Cathedralium literas dimissorias aliquibus Clericis Saecularibus, ut ab aliis ordinentur, „ concedant: sed horum omnium ordinatio servatis omnibus, quae in hujus S. Synodi Decretis continentur, ad Episcopos, intra quarum Dioecesis fines existant, pertineat, non obstantibus quibusvis Privilegiis, „ praescriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus „.

Secundo ex concordia inter modernum Archiepiscopum, & Eminentissimum Archimandritam inita, ac sub annum 1735. a S. Sede confirmata, ubi inter cetera cautum habetur -- „ quod Archimandrita, & Successoris sui in „ Archimandritatum possit concedere dimissoriales literas suis Subditis ad „ Ordines suscipiendos, ita tamen ut toties quoties illos dimittere habeat, „ teneatur ex pacto vigore praesentis conventionis dimittere, dimissoriales „ literas dirigere privative Illustrissimo Archiepiscopo Messanensi; advenientibus autem contingentibus casibus, vel impedimentis D. Archiepiscopi, vel longae absentiae Ordinandorum sic peculiariter conveniunt, „ Illustrissimus Archiepiscopus assentit, quoties S. Sedes annuat, quantum „ in se est, posse D. Archimandritam literas dimissoriales dirigere ad „ praedictum Archiepiscopum Messanensem, & eo impedito ad quemcumque Episcopum juxta stilum, & formam consuetam &c., ita quod hujusmodi literae dimissoriales praesentari debeant in magna Curia Archiepiscopali Messanen., & a Cancellario ipsius apponi, & subscribi debeat -- „ Ita est, sic ex pacto, & accedente S. Sedis consensu.

Tertio demum ex saluberrima Constitutione Innocentii XII. incipiente *Speculatores* §. 3. ita statutum legitur -- „ Praeterea Clericum, qui legitime „ jam a proprio Episcopo ad eamdem Clericalem Tonsuram, vel etiam „ ad Minores Ordines promotus fuerit, non esse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Dioecesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem testimoniales „ literas proprii Episcopi tam originis, quam Domicilii super suis Natalibus, aetate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo „ ordinanti in Actis illius Curiae conservandas exhibuerit „: Hinc enim deduci authumat Archiepiscopus Messanensis, nequivisse praefatum Clericum Jacobum, veluti Messanae ortum ex Parente, qui a triginta, & ultra annis domicilium ibi contraxerat, & a suo Praedecessore utpote originis, aeque ac Domicilii ratione subditum prima Tonsura dudum initiatum sine ipsius literis dimissoriis, minusque etiam absque testimonialibus a memorato Episcopo Amatuntae ordinari quemadmodum inhaerens mox relatae Constitutioni saepius declaravit Sacra haec Congregatio, & signanter in *Pientina, seu Ilcien. Ordinationis 8. Aug.* 1733. *lib.* 83. *Decr. pag.* 361.

Super

Super hisce Messanensis Archiepiscopi querelis excitatus Episcopus Amatuntæ hæc in sui vindiciam literis sub diem 11. Augusti præter lapsi anni ad Congregationem datis respondit -- „ Il genuino Senso dunque si è , che in „ Decembre 1736. fu da me instituito canonicamente Giacomo Mazzeo „ in un Beneficio de Jurepatronatus nella Terra del Salice Diocesi di Monsignor Valenti Gonzaga Archimandrita di Messina , posto in possesso „ richiese da me , se poteva esser promosso al Sacro Suddiaconato in virtù „ del Benefizio , a cui rispose di sì , tutte le volte porterà le lettere testimoniali di Monsig. Arcivescovo : ciò detto , si cooperò per ottenerle , „ non pensai più ad altro ; venne il giorno designato della Sagra Funzione io vestito con gl'Abiti Pontificali richiedei dal mio Secretario se „ avesse portato le lettere Testimoniali , mi rispose di sì , ne io pensai ad „ altro ; quando poi fu richiesta la Fede degl'Ordini , viddi una mancanza piuttosto nata da insufficienza , che da colpa , poichè vidi una „ fede firmata dal Maestro Notaro della Corte Arcivescovile , nella quale si asseriva , che il detto Mazzeo non era in verun' impedimento Canonico innodato , vidi il fatto che non era canonizato dall'Arcivescovo, „ ne dal suo Vicario , ma nello stesso tempo era irreparabile , fui però avvertito , che la fede degl'Ordini fosse concepita a tenore della Bolla „ *Speculatores Domus Israel* , nulladimeno se poi si entra nel rigore , bisogna , che l'EE. VV. si compiaccino con il di loro alto intendimento di „ considerare , non aver io nello stesso tempo aggravato Monsig. Arcivescovo , poichè come Giacomo Mazzeo è figlio di Stefano della Terra „ di Salice Diocesi di Monsig. Archimandrita , questo venne in Messina „ anni sono , e faceva il Servitore di livrea del Sacerdote D. Agostino „ Pecora Fra Cappellano dell'Ordine Gerosolimitano; per accidente nacque in questa Città detto Giacomo , ed al presente è Sagrestano , e Chierico di Coro del Priorato di S. Giovanni , poi alla fine si ritirò in Salice, „ dove ha il suo stabile , li suoi effetti , ed ivi fin oggi dimora , e fa l'offizio di Caporale , sicchè l'EE VV. ben sanno , che non si dice il tale „ Messinese , quando per accidente sortisse i Natali , ma serba l'origine „ paterna .

Cum autem ejusmodi Relatio visa fuerit a Defensore Archiepiscopi Messanensis , rationum vero momenta in ea allata tanti ponderis ab eodem non æstimentur , ut licita censeri possit controversa ordinatio , propterea ejusdem Archiepiscopi nomine urgetur decisio Dubii in Partium contradictorio subscripti .

An licuerit Episcopo Amatuntæ , & Vicario Generali Reverendissimi Archimandritæ Messanæ promovere Iacobum Mazzeo ad quatuor Minores , & Sac. Subdiaconatus Ordinem in casu &c.

Sess.24.c.12. de ref.

ARIANEN. PARTICIPATIONIS . Parochialis Ecclesia Sanctissimæ Assumptionis B.M.V. Oppidi Zuncoli , quæ antea *Receptitia* erat , fuit novissime sub annum 1734. Apostolica authoritate in Collegiatam Insignem erecta , triplici potissimum adjecta lege ; prima scilicet , quod ea tribus constet Dignitatibus , nimirum Archipresbytero Animarum curam annexam habente , Primicerio , & Decano , necnon tresdecim Canonicis , qui distinctas ibi obtineant Præbendas ; secunda , quod „ Presbyteri „ pro tempore existentes dictæ Terræ ratione servitii per eos eidem Parochiali Ecclesiæ in Collegiatam erectæ in Choro præstandi de Massa communi dumtaxat participare debeant ; *& tertia demum* , *quod* Canonicatus , & Præbendæ , quotiescumque illos , & illas vacare contigerit , Clericis , seu Presbyteris ex dicta Terra oriundis semper , & perpetuo conferri debeant . Poste-

Posteriori huic Legi innixus Presbyter Dominicus Malamisura postulavit superiori anno ad participationem Missæ communis admitti, contendens, sibi jus esse concurrendi ad Canonicatus prædictæ Collegiatæ, quoties eos vacare contigerit: At a Capitulo, ceterisque Presbyteris in Oppido Zuncoli degentibus repulsam passus Sacrum hunc adiit Consessum, cui exponens, Petrum Genitorem suum ejusdem Oppidi originarium indigenam, & Civem esse, proindeque se veluti Civis Filium, licet per accidens in Oppido S. Sossii natum, ad controversam Massæ communis participationem fore admittendum, bina, quæ in calce præsentis Restrictus apponentur, Dubia decidi postulat.

Episcopus Arianensis, qui, auditis Capitulo, & Presbyteris participantibus sæpedictæ Collegiatæ S.Congregationem instructam reddere jussus fuit, momenta, quorum præsidio iidem Capitulum, & Presbyteri renuunt Dominicum Malamisura inter Participantes adscribere, hisce verbis perstrinxit -- ,, Primo, eo quod ipse non sit loci oriundus utpote, ut innuebam, ,, in Oppido S. Sossii non quidem per accidens, sed dum ibi Pater domici- ,, lium cum permanendi animo etiam supra decennium protractum facie- ,, bat, ortus; ita ut qualitatem oriundi in præfatis Apostolicis Literis, at- ,, que in Statutis anno 1716. compositis præscriptam non habeat; Secundo ,, eo quod ad omnes Ordines, uti merus Subditus Episcopi Trivicani, qui ,, nec Arianensis Antistitis ullum de Oratore poscit testimonium, fuit ,, promotus: Unde aperte deduci prætendunt, Oratorem nullo umquam ,, tempore pro Zuncoli oriundo fuisse reputatum; Tertio denique, cum ,, enunciata anni 1716. Capitularia consuetudine vetustissima innixa dispo- ,, nant, quod quisquis Clericus ad participationem cum Sacerdotio fuerit ,, insignitus, velit admitti, eidem Ecclesiæ servitium præstitisse opus sit; ,, nedum illud per Sacrosanctum Tridentinum Concilium in Divinis man- ,, datum, sed illud Campanam pulsandi, Ecclesiæ januas aperiendi, claudendique, sordes expurgandi, hostias conficiendi, ceteraque his simi- ,, lia, quæ alter is hebdomadis per Clericos obiri ministeria gratis con- ,, sueverunt. Cum autem Orator nullum omnino unquam ex his servitiis ,, Ecclesiæ præstiterit, illum a jure participationis excludendum fore con- ,, tendunt, quinimo nec ad Canonicatus, & Præbendas in ipsa Collegia- ,, ta, cum SS. D. N. gratia Loci oriundis tantum conferendi sint &c.

Hæc autem Capituli, ac Presbyterorum objectamenta nititur idem Sacerdos Malamisura quibusdam allatis attestationibus refellere; Ex duabus nimirum, quarum singulæ ab uno Teste subscriptæ sunt, satis constare authumat, se in munere Clerici spatio plurium annorum dictæ Collegiatæ inservisse, ex alia vero a Sindico, & Præsidibus signata, ubi habetur -- ,, Qualmente il R. D. Domenico Malamisura è Figlio di Pietro Malamisu- ,, ra di questa predetta Terra, e Cittadino della medesima, e come tale ,, sempre ha portato, e porta li pesi delli pagamenti universali della me- ,, desima, e il quondam Carmine Malamisura Avo di detto D. Domeni- ,, co, e Padre di detto Pietro era ancora Cittadino della medesima Ter- ,, ra, e portava i pesi delli pagamenti di quella, anzi in tempo della sua ,, vita di detto Carmine ha esercitato la Carica d'Erario, ed altri Officj dell' ,, Università sudetta; ,, uberrime convinci putat paternam originem sibi adeo suffragari, ut a civicis omnibus juribus in Oppido Zuncoli obtinendis, & præsertim a petita Massæ communis participatione nequeat absque injuria repelli, ex censura celebris *Textus in L. Assumptio ubi Gloss. verb. Non domicilium ff. ad Municipal.*

Deliberandum itaque erit.

I. An

I. An Sacerdos Dominicus Malamisura sit admittendus ad participationem Massæ communis Ecclesiæ Collegiatæ Sanctissimæ Assumptionis Terræ Zuncoli in casu &c.
II. An eidem Sacerdoti competat jus concurrendi ad canonicatus dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, quoties eos vacare contigerit in casu &c.

Seß. 24. c. 12. de ref.

CANARIEN. FRUCTUUM. In Cathedrali Ecclesia Canariensi ab immemorabili tempore viget Statutum, quo Dignitates, Canonici, nec non Beneficiati ejusdem Ecclesiæ primo anno nullos percipiunt suarum Præbendarum fructus, post eorum vero obitum integri unius anni proventus, ubi Dignitatem, Canonicatum, aut Beneficium, ut ajunt, per obitum vacare contingat, in commodum Hæredum, seu Creditorum Canonici, vel Beneficiati defuncti cedunt, sive in solutionem sumptuum ejus Funeris erogantur.

Bartholomæus Benites Decanus, & Canonicus prædictæ Ecclesiæ cum in gravi mortis periculo constitutus reperiretur, sub annum 1732. in manibus P. Rectoris Collegii Canariensis Societatis Jesu vota ab ejusdem Societatis Religiosis fieri consueta emisit, ac post triduum decessit.

Ex hac qualicumque votorum emissione orta est controversia inter Capitulum Canariense, ac prælaudatam Societatem Jesu, num ob Religiosam Professionem fructus illius primi anni Præbendarum, quas possedit Bartholomæus, debeantur Capitulo, sive potius tradendi sint Patribus dictæ Societatis Jesu, veluti ejusdem Bartholomæi Hæredibus; cumque ejusmodi quæstionis definitio fuerit Sacro huic Consessui a SS. D.N. delegata, discuti modo oportet Dubium, quod ad calcem præsentis Restrictus describetur.

Porro memorati Patres Societatis Jesu animadvertentes præcipuum Causæ momentum in eo versari, num supradicti Statuti dispositio locum habeat in casu, quo Dignitas, seu Canonicatus per ingressum in Religionem, solemnemque Professionem in ea emissam vacaverit, vel potius restricta censeatur ad casum, quo vacatio per obitum contingat, exponunt primum, præfati Statuti censuram æque comprehendere vacationem, quæ ex morte naturali, quam quæ ex Religiosa Professione contigerit, cum mors civilis morti naturali æquiparetur, eosdem producat juris effectus, adeout Ecclesiasticum Beneficium eo plane modo, quo per naturalem Beneficiati obitum vacat, per Regularem Professionem vacare dicatur, *ad Text. in cap. Beneficium de Regular. in 6.*, quem ad rem exornant communiter Canonistæ, dein vero nituntur in facto demonstrare, sæpedictum Bartholomæum Benites veram, & propriam Professionem, ex qua potuerit ejus Decanatus, & Canonicatus vacatio induci, non emisisse, sed a P. Rectore Collegii Canariensis ad eam dumtaxat votorum formulam fuisse admissum, qua particeps ille fieri posset suffragiorum, & Indulgentiarum Sociis ejusdem Religionis communium, propterea que Decanatum, & Canonicatum non per assertam dicti Bartholomæi regularem Professionem, sed per naturalem tantum ipsius obitum vacasse.

Contra vero nomine Capituli duo hæc potissimum proponuntur expendenda, alterum, quod sæpedictum Statutum, utpote loquens de vacatione per obitum, cum agatur de materia odiosa, & exorbitanti, nequeat casum vacationis per ingressum, & Professionem in Religionem comprehendere ad tradita per *Felin. in cap. Sedes de Rescript. Gratian. discept. foren. Cap.* 982. *num.* 12., *Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 87., alterum vero, quod controversa Professio per Bartholomæum licet in articulo mortis, Novitiatu non præmisso, facta, adhuc censenda sit valida, non solum

solum quoad participationem suffragiorum, ac Indulgentiarum, verum etiam ad quoscumque alios Juris effectus, & signanter ad effectum, ut per eam, non autem per naturalem ejusdem Bartholomaei obitum vacaverint Praebendae, de quarum fructibus disceptatur, juxta opinionem, quam per *Textum in cap. Ad Apostolicam de Regular.* sequuntur *Peyrin. in Privil. minim. Tom. 2. in Constit. S. Pii V. §. 2. num.* 1., *Castropal. tract.* 16. *disput.* 1. *punct.* 12. *§.* 1. *num.* 8., *Tamburin. de Jur. Abbatis tom.* 4. *disput.* 4. *quaest.* 7. *per tot.*, *Passerin. de Stat. Homin. tom.* 3. *quaest.* 189. *num.* 53.

Eoque magis putat Capitulum, non posse a PP. Societatis Jesu impugnari validitatem Professionis a Bartholomaeo emissae etiam ad effectum vacationis dictarum Praebendarum, quia iidem Religiosi non alio fortasse, quam memoratae Professionis jure se Haeredes Bartholomaei inscribunt.

Omnibus itaque ponderatis placeat EE. VV. decidere.

An ob assertam Professionem emissam in Societate Jesu a Bartholomaeo Benites Decano, & Canonico Cathedralis Canarien. in mortis articulo debeantur fructus suarum Praebendarum post annum obitus ad formam Statuti dictae Cathedralis Capitulo illius seu potius PP. dictae Societatis Jesu Haeredibus in casu &c.

VALENTINA FUNDATIONIS CONVENTUS. Homines Villae de Biar sitae in Regno Valentiae optantes in novum Conventum, ubi degerent duodecim Fratres Ordinis Cappuccinorum, Apostolica authoritate erigi Hospitium, quod Fratres dicti Ordinis in eadem retinent Villa, supplicem anno 1734. hunc in finem porrexere libellum Summo Pontifici, utque facilius voti compotes fierent, haec inter cetera Sanctitati Suae exposuerunt. *Sess. 25. c. 3. de Ref.*

Primo nempe, quod „ jam tunc ab anno 1578. Conventus Fratrum Ordinis „ Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum in dicta Villa de „ consensu illius Populi, Cleri, & Parochi localis a tunc existente Ar„ chiepiscopo Valentin. Patriarca Antiocheno necessaria, & opportuna „ facultate ad hoc suffulto erectus fuit, sed saeviente postmodum peste „ in Oppido Alonii Oriolen. Dioecesis &c. Fratres ejusdem Conventus „ coacti fuerunt sese in Oppidum praefatum transferre, ut Aegrotis assiste„ rent, eaque occasione hujusmodi Conventum, ubi numero pauci erant „ Religiosi, deseruerunt.

Secundo, quod „ anno 1716. ipsi exponentes piis Operariis in Villa praedi„ cta opus esse considerantes, Ordinario Loci, ac Clero praefato assen„ tientibus, dictos Fratres revocarunt, ut vel ad antiquum suum Con„ ventum reverterentur, vel saltem ibidem Hospitium fundarent, quod „ ubi Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Excalcea„ torum nuncupatorum sub Reformatione S. Petri de Alcantara Op„ pidi de Villena Carthaginen. Dioecesis innotuit, ii sese opposuerunt „ fundationi Hospitii hujusmodi, quae tamen die 14. Julii 1717. decre„ ta fuit.

Tertio, quod per „ Exponentes praedictos animadverso, eisdem Fratribus „ Minoribus Cappuccinis, qui Hospitium praefatum a Villa aliquantu„ lum distitum fundaverant, ob distantiam hujusmodi valde incommo„ dum fore illius Incolis in Spiritualibus eorum necessitatibus &c. statue„ runt situm ejusdem Hospitii mutare, prout re ipsa praestiterunt, eri„ gendo ex eleemosynis Incolarum supradictae Villae novam Domum Ho„ spitii pro prius eamdem Villam cum Ecclesia, in qua prima Missa a prae„ dicto Parocho intercessentibus Clero, ac Exponentibus praedictis cele-

 brata

,, orata fuit, & insuper administratum Sanctissimum Eucharistiæ Sacra-
,, mentum, quod successive anno 1722. de licentia Ordinarii in dicta
,, Ecclesia repositum, & subinde usque in præsens continuo asservatum
,, est, prout quoque Pœnitentiæ Sacramentum ministratum, ceteræque
,, omnes functiones, quæ in aliis Ecclesiis fieri consueverunt, peractæ
,, fuerunt, atque pro tempore existen. Archiepiscopus Valentinus Paro-
,, chialem Ecclesiam ejusdem Villæ anno 1726. visitavit, ad Ecclesiam
,, quoque dicti Hospitii accessit, & ad augendam Fidelium devotionem,
,, concessit Indulgentiam quadraginta dierum omnibus, qui Orationem
,, Dominicam, & Salutationem Angelicam ad quodlibet Altare ipsius
,, Hospitii recitassent.

Quarto, quod ,, cum interim evenisset obitus quondam Ludovici Ferris In-
,, colæ dictæ Terræ, qui licentiam obtinuerat a Ministro Generali eo-
,, rumdem Fratrum Minorum Cappuccinorum, se se sepeliri faciendi in
,, dicta Ecclesia prædicti Hospitii, quod juxta Constitutiones Ordinis hu-
,, jusmodi, ut asseritur, satis erat, ejusque cadaver ibidem in forma
,, Depositi tumulatum fuisse, sicuti per ultimam suam dispositionem fieri
,, mandaverat, Parochus & Clerus prædicti, qui antea pro persistentia
,, ipsorum Fratrum Minorum Cappuccinorum steterant conjunctis studiis,
,, petierunt demolitionem præfati Hospitii, & restitutionem Ecclesiæ Pa-
,, rochiali dicti Cadaveris, prodiitque die prima Februarii 1728. Senten-
,, tia, qua decernebatur, ut Hospitium præfatum subsistere deberet, sed
,, illius Fratres ab opere cessarent, Ecclesiam clauderent, Campanile au-
,, ferrent, ac se eodem modo continerent, quo idem Hospitum eis con-
,, cessum fuerat, duos tamen Religiosos addere possent.

Quinto, quod ,, hac Sententia sic emanata, dicti Parochus, & Clerus una
,, cum Fratribus memoratis Oppidi de Villena instantiam suam intentarunt
,, coram eodem Ordinario, qui anno 1731. denuo decrevit ut præfatum
,, Hospitium permaneret, dicti vero Fratres Minores Cappuccini Januam
,, Ecclesiæ occluderent, ibidem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum
,, non asservarent, neque Mortuos sepelirent, ac Cadaver dicti Ludovici
,, Ecclesiæ Parochiali restituerent.

Sexto demum ,, quod a postrema Sententia ambæ Partes collitigantes ad hanc
,, Sanctam Sedem provocarunt, introductaque Causa appellationis coram
,, Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Conci-
,, lii Tridentini Interpretum, quodque ipsi Exponentes ad tollendam de
,, medio enarratam litem &c. utque Fratres Minores Cappuccini præfati
,, tandem a dicta Villa in grave detrimentum Animarum ejus Incolarum
,, non recedant, sed eorum permanentia cum incremento Divini cultus, &
,, Spiritualis profectus Incolarum prædictarum firmius constabiliatur, ad
,, duodecim Fratres Minores Cappuccinos, ex propriis eleemosynis alen-
,, dos, & substentandos sese obligare.

Hac itaque rerum expositione præ oculis habita, dignatus est Sanctissimus Pater Oratorum postulationibus annuere, committens Ordinario Valentino per literas Apostolicas sub diem 11. Decembris ejusdem anni 1734. in forma Brevis expeditas, ut ,, veris existentibus narratis (*sunt verba ejus-*
,, *dem Brevis*), ac constito sibi, quod ex Fidelium eleemosynis numerus
,, prædictus duodecim Religiosorum commode in dicta Villa ali possit,
,, nec non postquam Fabrica novi Conventus cum Ecclesia, Campanile,
,, Choro, Sacristia, Dormitorio, Refectorio, aliisque Officinis, Hortis,
,, & Spatiis fuerit numeris omnibus absoluta, & supellectilibus sacris, &
,, prophanis sufficienter instructa, ad petitam erectionem Hospitii prædi-
,, cti in novum Conventum pro duodecim Fratribus ejusdem Ordinis

Mi-

„ Minorum S. Francisci Cappuccinorum authoritate nostra Apostolica
„ pro suo arbitrio , & conscientia procederet , servata tamen in reliquis
„ Constitutionum Apostolicarum circa istiusmodi novarum Domorum
„ erectionem editarum forma , & dispositione , non obstante dicta litis
„ pendentia , aliisque praemissis , necnon praefatorum Ordinum , ac
„ Villae, aliisque quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica ,
„ vel alia quavis firmitate roboratis statutis &c. ceterisque contrariis
„ quibuscumque .

Verum quia Parochus , & Clerus Villae de Biar , necnon Fratres Excalceati S. Francisci Civitatis Villenae ad evitandum detrimentum , quod sibi formidant ex novi Conventus erectione eventurum , ab executione memorati Pontificii Brevis , quum primum illud ipsis innotuit , reclamarunt , subindeque Eminentissimum Pro-Auditorem Sanctissimi adiere contendentes , idem Breve multiplici subreptionis , & obreptionis vitio laborare , eoque praesertim , quod Homines, seu Incolae dictae Villae erectioni Hospitii assensum praebuisse , subdole vero reticuerint legem , ac conditionem , qua consensum ipsum temperaverant , nimirum : *Che la presente concessione non si possi interpretare , nè stendere ad altro , che ad una semplice abitazione , ed Ospizio di detta Casa , in quanto questa al presente serve per uso profano* : Eminentia vero sua litis inde excitatae definitionem ad Sacrum hunc Consessum remisit cum facultate etiam cognoscendi super aperitione Oris , oportet hodie , ad eorumdem Parochi , Cleri , atque dictorum Fratrum Excalceatorum S. Francisci petitionem, duo , quae sequuntur , Dubia ex Juribus in utramque partem facile afferendis decidere .

I. *An sit locus aperitioni Oris adversus Breve SS. D. N. expeditum sub datum* 11. *Decemb.* 1734. , & quatenus affirmative .

II. *An fundatio Hospitii Regularis , seu Conventus PP. Cappuccinorum in Biar sustineatur , seu potius iidem Religiosi sint expellendi in casu &c.*

SPOLETANA EXPENSARUM . In Testamentariis tabulis sub annum 1604. conditis Mercurius Letus Sermoscatus bis mille scuta in tot Censibus consistentia Legati Jure reliquit Fabricae insignis Collegiatae Ecclesiae S. Petri Civitatis Spoleti, duplici adjecto onere, altero nimirum erogandi annua scuta quinquaginta in dotale subsidium unius Puellae, & altero impendendi quidquid , soluto dicto annuo subsidio , residuum foret in beneficium , & restaurationem Fabricae dictae Ecclesiae, ut recta vero dictorum Censuum administratio fieret , prae ceteris ita disposuit : „ Vici- *Sess.* 22. *c.* 11. *sess.* 24. *c.* 3. *sess.* 25. *c.* 9. *de ref.*
„ nia Burgi S. Petri &c. teneatur deputare duos Ædiles , sive Operarios ,
„ & unum Capserium , qui fidele computum dictarum pecuniarum , &
„ Censuum exigendorum retineat , ita quod omnes fructus dictorum Cen-
„ suum perveniant ad manus dicti Capserii , qui fidele computum reti-
„ nere , & reddere debeat in fine cujuslibet anni administrationis praedi-
„ ctae Rev. Priori dictae Ecclesiae S. Petri cum interventu dictorum Opera-
„ riorum pro tempore, & tam de exactis , seu exigendis , quam expen-
„ dendis , ut infra &c. Et quotiescumque Opera dictae Ecclesiae S. Petri
„ aliqua pecuniarum summa indigebit pro Fabrica Ecclesiae , vel alias &c.
„ Capserius praedictus teneatur solvere Personae deputandae cum partici-
„ patione & scientia Operariorum , & non alias &c. & onus Puellam
„ praedictam anno quolibet nuptui tradendi dictos florenos centum ex causa
„ praedicta &c. incumbat Rev. Priori , & Canonicis dictae Ecclesiae , ac
„ Operariis pro tempore deputandis .

Defuncto Testatore, Prior, Canonici, necnon Operarî præfatæ Collegiatæ sub annum 1629. Statuta quædam Episcopi confirmatione roborata super distributione enunciati subsidii dotalis edidere, inter quæ dispositum legitur. „ Che in ciascheduna elezione da farsi dal Priore, Canonici, ed „ Operarj, come sopra, per tre anni futuri si eleggano solamente tre Zi„ telle, e a ciascheduna di esse si assegni il luogo del suo anno, dentro il „ quale non maritandosi, entri nel suo luogo la seconda, e la prima ri„ torni al luogo della seconda, e così seguiti successivamente „ sub annum vero 1655. cl. me. Cardinalis Facchinettus ejusdem Civitatis Spoleti Episcopus provide consulturus erogationi pecuniarum, quæ in reparationem Fabricæ memoratæ Ecclesiæ deberent insumi, præcepit: „ che in „ avvenire, occorrendo di fare qualche spesa, o sia per riparamento della „ Fabrica di d. Chiesa, o per servizio della Sacristia, o per altre occor„ renze dell'Opera, debbano il Priore, e Canonici di detta Collegiata „ rappresentare all'Operari sudetti la necessità di quanto occorrerà di fare, „ e a quella detti Operari debbano opportunamente provedere, ricorren„ dosi a Noi, o al Vescovo, che sarà pro tempore, così per parte degl' „ Operari, quando stimassero la spesa proposta non essere necessaria, co„ me per parte del Priore, e Canonici, quando trovassero repugnanza „ nel provedersi opportunamente al bisogno, che rappresentano, in mo„ do che detti Operari non possano di loro arbitrio far spesa alcuna per le „ loro occasioni sudette, se non a richiesta, come sopra, salvo che non „ fosse con nostra participazione, ed approvazione, e nel resto le spe„ se, che occorreranno farsi, si facciano degl'Operari per mezzo di bol„ lette dirette al Cassiere nel modo, che sin'ora si è osservato.

Decreto huic, itidemque enunciatis Statutis Operarii antiquiores absque ulla contradictione semper, uti asseritur a Capitulo, sunt obsequuti; at moderni Operari contendentes, licitum sibi esse reditus supradictorum Censuum in beneficium, & utilitatem Fabricæ independenter a Priore, & Canonicis dictæ Collegiatæ erogare, prætereaque authumantes, memoratum subsidium dotale singulis annis alicui pauperi Puellæ juxta Testamentariam dispositionem, non autem de triennio in triennium fore distribuendum, ac proinde distributionem trium subsidiorum dotalium, & respective electionem trium Puellarum anno 1736. a dictis Priore, & Canonicis peractam sustineri non posse, Sententiam votis suis conformem a Vicario Generali impetrarunt; sed ulteriori Causæ cognitione delata ad A. C., iste sententiam prædictam ea in parte, qua declaratur, non licuisse præfato Capitulo nisi unicam quolibet anno eligere Puellam, revocavit pronuncians, *electionem dictarum trium Puellarum anni 1736. fuisse, & esse valide, & canonice factam*; In altera vero parte, qua præcipitur, unam tantum Puellam deinceps fore quolibet anno eligendam, per caput separatum confirmavit, definiens: „ imposterum non „ licere Capitulo, Priori, & Canonicis, & Operariis pro tempore nisi „ unicum dotale subsidium a dicto quondam Mercurio Leto relictum quo„ libet anno destribuere.

Cum autem Prior, & Canonici appellationem interjectam a Sententia tribuente Operariis facultatem erogandi sæpedictos Censuum reditus in beneficium Fabricæ dictæ Collegiatæ independenter ab ipsis, jamdudum curaverint ad Sacræ Rotæ Auditorium dirigi; contra vero Operarii provocaverint a Sententia A. C. in ea parte qua electio dictarum trium Puellarum valida pronunciatur, ad utramque ejusmodi litem prosequendam putant mox dicti Operarii, sibi licere reditus ejusdem Operis pii impendere, quemadmodum nonnullas pecuniarum summas ab ejus ærario in hunc

hunc finem jam extraxere. At secus arbitrantes sæpedicti memorati Prior, & Canonici, inhærentes præsertim Edicto moderni Episcopi novissime sub annum 1738. promulgato, quo jubetur: „ che qualunque Amministratore, o Persona in avvenire non ardisca, o presuma oltre alle „ solite spese ordinarie fare altre spese sì per causa di liti, Fabbriche, „ che per ogni altro uso delle Compagnie, e Luoghi Pii da essi amministrato senza nostra espressa licenza in scriptis „ ad coercendam libertatem, quam sibi asserunt Operarii, Supremam Sacri hujus Senatus authoritatem implorant.

Momentum igitur Causæ, juxta Dubium auditis Partibus hodiernæ disputationi reservatum, in eo unice videtur sistere, num ad compendium Ecclesiæ, ejusque Fabricæ pertineat scopus duplicis litis ab Operariis promotæ; communiter quippe recepta est hac in re distinctio, quod sumptus litis, ex cujus patrocinio, & victoria commodum aliquod, ac utilitas sit Ecclesiæ, Loco, seu Operi Pio obventura, debeant ex illius Bonis, ac reditibus deduci, ad tradita per *Gloss. in cap. Cum inter il. 3. de elect.*, *ibique Abb. num. 4. & seqq. Barbos. de Canonic. & Dignit. cap. 24. num. 24., & 25. Scarfant. ad Ceccoper. Canonic. lucubr. lib. 4. tit. 13. num. 1. & seqq.* & firmavit *Rot. cor. Ludovis. dec. 263. per tot.*, *in Illerden. Expensarum 3. Julii* 1702. §. *Hinc cor. cl. me. Cardin. Scotto* & novissime *in Giennen. seu Baethien. Reintegrationis massæ communis super exhibitione* 20. *Januarii* 1738. §. *Neque ullum cor. R. P. D. Bussio*, & consonant Resolutiones Sacræ Congregationis editæ in *Viterbien.* 26. *Septemb.* 1737. *ad V. Dub.* & *in Troiana Præbendarum* 6 *Decemb.* 1738. *ad II. Dub.* Secus vero, ubi litigium inter Canonicos, vel inter Loci Pii, seu Pii Operis administratores vertat super præeminentia, aut alio simili jure, quod nullum Ecclesiæ afferat beneficium; hoc enim posteriori casu litis expensas ex propriis cujusque Litigantis Bonis esse persolvendas, tradunt Authores superius allegati, & resolvit Sacra Congregatio in *Cavallicen. Residentiæ*, & *Distributionum* 30. *Septembris* 1702. *lib.* 52. *Decr. pag.* 371. *in Gerunden. Expensarum* 11. *Januarii* 1721. *lib.* 71. *Decr. pag.* 1. & *in Ruben. Expensarum* 25. *Septembris* 1734. *lib.* 84. *Decr. pag.* 493.

His itaque perpensis una cum Relatione Episcopi, aliisque juribus in utramque Partem facile afferendis, grave non erit EE. VV. rescribere.

An Operariis Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri liceat reditus Operæ impendere pro sumptibus litium circa modum dotandi Puellas, & respective circa modum erogandi eosdem reditus in beneficium Fabricæ in casu &c.

MACERATEN. SERVITII CHORI. In Testamentariis tabulis sub annum 1684. conditis Franciscus Bianchoni duo erigi jussit Beneficia sub titulo Mansionariatuum in Ecclesia S. Salvatoris, injuncto præter annuam plurium Missarum celebrationem onere: „ che detti Mansionarj „ debbano assistere al Coro conforme li Sig. Canonici senza far altri Offizj in Chiesa con andare alle Processioni, e dove detti Sig. Canonici „ anderanno Processionalmente, e non assistendo al Coro, e non andando alle Processioni, essere puntati conforme li Sig. Canonici, e dd. „ puntature s'abbiano da applicare in far dire tante Messe, quanti giulj „ saranno per l'Anime del Purgatorio, *prætereaque ibidem institui voluit unum Canonicatum*, con obbligo di celebrare due Messe la Settimana in detta Chiesa nell'Altare del S. Crocefisso cioè il Martedì, e „ Giovedì con applicare il Sacrificio &c. con obbligo dell'assistenza al „ Coro, *Sess. 24. c. 12. de ref.*

„ Coro, come li Sig. Canonici, e non intervenendo possa, e debba esf-
„ sere puntato, come dalli medemi si costuma.

Possessores tam dictorum Mansionariatuum, quam memorati Canonicatus in Tertium Mansionariatum legitima authoritate postea commutati cæperunt Choro interesse, ibique inter cetera libro Chorali assistere, cum ita aptantes, ac juxta necessitatem revolventes, ut Canonici possent Divina Officia persolvere, ac Antiphonas, & Psalmos, uti vulgo dicitur, intonare: Imo vero cum occasione Pastoralis visitationis sub annum 1706. habitæ Episcopus mandaverit „ amoveri Legile a loco, in quo tunc temporis manebat, illudque asportari in medium ejusdem Chori, & tempore recitationis Divini Officii, & Missarum per Mansionarios præstari assistentiam super directione ejusdem Officii, & Missarum „ innovatis Decretis, quæ pro recta celebratione Horarum Canonicarum, & Missæ consuetis horis explenda fuerant in anteactis Visitationibus edita, methodus præmissa assistendi Legili, & Chorales Libros aptandi ad hæc usque novissima tempora fuit, uti præfertur, a Mansionariis prædictis pacifice servata.

At unum ex memoratis Mansionariatibus nuper assecutus Dominicus Zampichini contendere cœpit; neque ipsum, neque binos alios Mansionarios obstringi posse ad assistendum Legili, illudque coaptandum, eo nimirum sub fundamento, quod onus istud non fuerit eis a laudato Testatore impositum, adeoque nonnisi ad instar Canonicorum ipsos teneri Choro assistere, quin imo neque aliis in Ecclesia obeundis muneribus gravari posse cum ab eodem Testatore fuerit explicite cautum: „ Che detti Mansionarj
„ debbano assistere al Coro conforme li Sig. Canonici, e non far altri
„ Offizj in Chiesa.

Huic autem conatui Dominici Zampichini cum sese opposuerint Canonici, & Capitulum dictæ Ecclesiæ instantes sub annum 1737., ut sibi decerneretur manutentio in quasi possessione exigendi a præfatis Mansionariis servitium super controversa assistentia ad Legile, decretum obtinuerunt ab Episcopali Curia suæ petitioni conforme, cujus executio num sit demandanda, sive aliter potius debeat provideri, oportet hodie disceptare sub Dubiis, quæ mox describentur.

Præcipua rationum momenta, quibus nititur Capitulum, versari videntur tum in eo, quod generaliter institutum est, Mansionarios, veluti Canonicorum famulos ostringi libros in Legili parare, eorumque Folia, cum opus fuerit, pervolvere, ut Horæ Canonicæ rite possint decantari, secundum ea, quæ ad rem tradunt aliis adductis, *Gratian. discept.* 819. *num.* 7. *& Ceccoper. lucubr. Can. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 45., *& tit.* 7. *n.* 35. tum in supra relato Decreto per Episcopum occasione Pastoralis visitationis anno 1706. edito, quod utpote Sacrorum Canonum Disciplinæ consentaneum religiose observandum esse, docent præceteris *Card. de Luc. de Benef. disc.* 44. *num.* 14. *& Pignattell. Consult.* 49. *num.* 2. *tom.* 6. *versic. eoque magis*, tum demum in veteri consuetudine, juxta quam & ante memoratum Episcopi Decretum, & illo edito, Mansionarii omnes controversum onus absque ulla contradictione subjerunt, quodque præterea etiam num hodierni Mansionarii, Zampichino tantum excepto, parati sunt obire, uti constat ex documentis allatis in *Summario* ejusdem Capituli *n.* 4., 5., *&* 6.: hunc autem veterem usum ad rem, de qua agitur, plurimum conferre, præter alios firmavit Rotæ Auditorium in *Gerunden. Servitutum super Bono jure* 23. *Februarii* 1731. §. *Nihilominus coram Eminentissimo Cardinali Cincio*, *&* *in Ostunen. Officii Cantoratus* 18. *Junii* 1734. *cor. R. P. D. Harrach*.

Hisce

Hisce Canonicorum rationibus adstipulatur Relatio Episcopi, qui post recensitam facti speciem supra descriptam suum in hæc verba sensum aperuit: „ Crederem, quod, cum prætensio Zampichini sese eximendi a revolutione Libri Choralis unice sit innixa in dispositione Fundatoris, „ & præcisce in illis verbis: *Che li Mansionarj debbano assistere al Coro, come gl'altri Canonici senza far altro Offizio in Chiesa* „ de facili corruat „ quamvis enim ex litera Fundationis talis obligatio manifeste non appareat, tacite tamen illam comprehendi haud est ambigendum, sumpta paritate a gemina sub annum 1694. S. Rituum Congregationis Resolutione, qua declaratum fuit, Mansionarios dictæ Ecclesiæ teneri ad „ celebrationem Missæ Conventualis, quamvis iisdem hoc onus minime „ injunctum fuisset a Fundatore, natura siquidem Mansionariorum est inservire Canonicis; Legile in Choro parum distat ab eorum Stallo: „ ideoque convenientius est, ne ordo Hierarchiæ Ecclesiasticæ confundatur, folia Libri Choralis revolvi a Mansionariis, qui descendere non „ debent a proprio Stallo, prout descendere deberent Canonici, tamquam in altiori Stallo sedentes.

Nomine Domini Zampichini, qui præmisso Curiæ Episcopalis decreto non acquievit, præter ea jampridem coram Ordinario deducta nihil hactenus allatum est; Placeat itaque EE. VV. respondere.

I. *An Mansionarii Ecclesiæ Collegiatæ SS. Salvatoris Civitatis Maceratæ sint cogendi ad aptandum, & revolvendum Librum Choralem*, & quatenus negative.

II. *An, & quomodo sit dicti Libri aptationi, & revolutioni providendum in casu &c.*

Die Sabbathi 12. Septembris 1739.

PLaceat EE. PP. tum Causam *Tridentina Translationis Oneris Missarum*, quæ consentanee ad Rescriptum die 1. Augusti proxime præteriti editum reproponitur, tum & octo alias sequentes, quæ in postrema Congregatione diei 22. ejusdem Mensis Augusti manserunt indecisæ, resumptis Foliis, in quibus eædem fuerunt descriptæ, sapientissimo, quo solent, oraculo definire.

TRIDENTINA TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. *Sess. 25. cap. 4. & 6. de Ref.*

An sit standum in primo, vel in secundo loco decisis in casu &c.

In secundo loco decisis, & amplius.

MAZZARIEN. CONCURSUS. *Sess. 24. cap. 18. de ref.*

An concursus, & collatio respective Ecclesiæ Parochialis Alcami sustineatur in casu &c.

Affirmative, & amplius.

KIOVIEN.

K IOVIEN. JURIS VISITANDI.

Seß.24.c.3. de Ref. I. *An Metropolitanus totius Russiæ habeat jus visitandi Monasterium Melicense Ordinis S. Basilii Magni, ita ut visitatio peracta per Delegatos de Mense Maii* 1738. *sustineatur in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An Sententia lata sub die* 18. *Augusti* 1738. *per eumdem Metropolitanum sustineatur in casu &c.*

Ad I. affirmative. Ad II. ad D. Nuncium, qui procedat prout de jure ad confirmandam, vel infirmandam sententiam etiam cum facultatibus S. Congr., & scribatur eidem Nuncio juxta instructionem.

Seß.14. c.15. seß.13. c.10. de Ref.

M ESSANEN. ORDINATIONIS.

An licuerit Episcopo Amatuntæ, & Vicario Generali Eminentissimi Archimandritæ Messanæ promovere Jacobum Mazzeo ad quatuor Minores, & Sac. Subdiaconatus Ordinem in casu &c.

Negative. & amplius, & Episcopus consulat conscientiæ suæ.

Seß.24. c.12. de Ref.

A RIANEN. PARTICIPATIONIS.

I. *An Sacerdos Dominicus Malamisura sit admittendus ad participationem Massæ communis Ecclesiæ Collegiatæ Sanctissimæ Assumptionis Terræ Zuncoli in casu &c.*

II. *An eidem Sacerdoti competat jus concurrendi ad Canonicatus d. Ecclesiæ Collegiatæ, quoties eos vacare contigerit in casu &c.*

Ad primum negative. Ad secundum affirmative.

Seß.24. c.12. de Ref.

C ANARIEN. FRUCTUUM.

An ob assertam Professionem emissam in Societate Jesu a Bartholomæo Benites Decano, & Canonico Cathedralis Canarien. in mortis articulo debeantur fructus suarum Præbendarum post annum obitus ad formam Statuti dictæ Cathedralis Capitulo illius, seu potius PP. dictæ Societatis Jesu Hæredibus in casu &c.

Negative, quoad primam partem, & quoad secundam deberi Hæredibus, & amplius.

VALENTINA FUNDATIONIS CONVENTUALIS. *Seſſ.25. c.3. de ref.*

I. *An ſit locus aperitioni Oris adverſus Breve Sanctiſſimi Domini Noſtri expeditum ſub datum* 11. *Decembris* 1734., & quatenus affirmative.

II. *An fundatio Hoſpitii Regularis, ſeu Conventus PP. Cappuccinorum in Biar ſuſtineatur, ſeu potius iidem Religioſi ſint expellendi in caſu &c.*

Ad I. negative, & ſcribatur Archiepiſcopo juxta mentem. Ad II. proviſum in primo.

SPOLETANA EXPENSARUM. *Seſſ.22. c.11. Seſſ.24. c.3. Seſſ.25. c.9. de ref.*

An Operariis Eccleſiæ S. Petri liceat reditus operæ impendere pro ſumptibus litium circa modum dotandi Puellas, & reſpective circa modum erogandi eoſdem reditus in beneficium Fabricæ in caſu &c.

Reliquæ non propoſitæ.

MACERATEN. SERVITII CHORI. *Cap. 12. ſeſſ. 24. de ref.*

I. *An Manſionarii Eccleſiæ Collegiatæ SS. Salvatoris Civitatis Maceraten. ſint cogendi ad aptandum, & revolvendum Librum Choralem,* & quateuus negative.

II. *An, & quomodo ſit dicti libri aptationi, & revolutioni providendum in caſu &c.*

Die Sabbathi 26. Septembris 1739.

SApientiſſimo EE. VV. oraculum, quod ſub diem 12. labentis Menſis ob temporis anguſtiam non prodiit in binis Cauſis mox deſcribendis, Collitigantes in odierno Conſeſſu iterum implorant. Dignentur itaque reſumpto folio ea die diſtributo pronunciare.

SPOLETANA EXPENSARUM. *Seſſ.22. c.11. Seſſ.24. c.3. Seſſ.25. c.9. de Ref.*

An Operariis Eccleſiæ S. Petri liceat reditus Operæ impendere pro ſumptibus litium circa modum dotandi puellas, & reſpective circa modum erogandi eoſdem reditus in beneficium Fabricæ in caſu &c.

Negative ex prædictis ſumptibus litis circa modum dotandi puellas factis ante tranſitum Sententiæ A. C. Furietti in rem judicatam.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

MACERATEN. SERVITII CHORI.

I. *An Mansionarii Ecclesiæ Collegiatæ Sanctissimi Salvatoris Civitatis Maceratæ sint cogendi ad aptandum, & revolvendum Librum Choralem*, & quatenus negative.

II. *An, & quomodo sit dicti Libri aptationi, & revolutioni providendum in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. provisum in primo, & amplius.

Sess. 23. c. 8. de ref.

TYBURTINA LOCORUM SEMINARII. Contendente Communitate Oppidi Vicovarii, unum Alumnum ejusdem Oppidi ex solo annuo fructu Bonorum Conventus S. Mariæ Sepulchri, tres alios vero, vel duos saltem ex reditibus Bonorum alterius Conventus SS. Cosmi, & Damiani in Tyburtino Seminario alendos esse, discussum fuit Dubium: *An servanda sit consuetudo retinendi in Seminario Tyburis duos tantum Alumnos Terræ Vicovarii gratis alendos, vel potius sit locus eorum augmento, & in quo numero in casu &c.*, eique EE.PP. sub diem 27. Julii 1737. rescripsere *Esse locum augmento alterius Alumni ultra duos hactenus retentos*. Sed quia, reproposita ad petitione Præsidum Seminarii Causa sub Dubio: *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*, die 29. Martii superioris anni prodiit Resolutio: *Prævio recessu a Decisis, servetur solitum*, memorata Communitas ad novæ audientiæ beneficium admissa postulat declarari.

An sit standum in primo, vel in secundo loco Decisis in casu &c.

Augendum esse numerum Alumnorum Vicovarentium pro modo reddituum, habita ratione taxæ ordinariæ Seminarii.

Sess. 24. c. 18. de Ref.

BITUNTINA. Ad dirimendas plures contentiones inter dignitates, & Canonicos, nec non Præsbyteros Participantes Cathedralis Ecclesiæ obortas in hodierno Consessu decidenda proponuntur sex infrascripta Dubia, quorum resolutio ad preces Dignitatum, & Canonicorum die 1. Augusti proxime præteriti dilata fuit. Resumpto itaque Folio ea die distributo, libratisque juribus hinc inde afferendis, dignabuntur EE. VV. pronunciare.

I. *An Officium Procuratoris Generalis Capituli debeat semper exerceri per Presbyteros participantes, vel mansionarios, seu per Canonicos, vel potius per turnum a prima Dignitate, usque ad ultimum Presbyterum in casu &c.*

II. *An idem servandum sit respectu omnium aliorum Officiorum Capituli, itaut Presbyteri participantes, seu mansionarii, ad illa exercenda, sicuti Canonici, eligi possint, & debeant in casu &c.*

III. *An quarta funeralis, & alia emolumenta funerum, ac pecuniæ,*

quæ superſunt in fine anni ex redditibus a Procuratoribus exigi ſolitis, ſpectent ad Dignitates, & Canonicos, ſeu potius ſint æqualiter dividenda inter Canonicos, & Presbyteros participantes, ſeu manſionarios in caſu &c.

IV. *An expenſæ litium, quas Dignitates, & Canonici pro eorum intereſſe privato tantum ſuſtinent, & in futurum ſuſtinebunt, deſumi poſſint ex maſſa communi cum Presbyteris participantibus, ſeu manſionariis, vel potius ex earumdem Dignitatum, & Canonicorum portionibus, & quid de expenſis præſentis litis in caſu &c.*

V. *An Dignitates, & Canonici teneantur ſaltem a decem annis citra reddere rationem de emolumentis funerum, Quarta funerali, pecuniis expenſis in litibus, & acceptis a Procuratoribus, & ſimilibus æqualiter inter ipſos, & Presbyteros participantes, & portionarios, ſeu manſionarios dividendis in caſu &c.*

VI. *An Portionarii, ſeu Manſionarii vocandi, & admittendi ſint ad votandum in electionem Vicarii Capitularis, & in aliis actibus mere juriſdictionalibus, & in aliis actibus œconomicis, & in quibus agitur de intereſſe communi in caſu &c.*

Ad I. affirmative quoad primam partem, in reliquis negative. A. II. negative. Ad III. affirmative quoad ſecundam partem. Ad IV. negative quoad primam partem, ac etiam quoad expenſas prætenſes litis. Ad V. negative, & Canonicos teneri tantum præſtare patientiam, ut libri adminiſtrationis inſpici poſſint a Manſionariis juxta votum Epiſcopi della Patta, & amplius. Ad VI. Dilata, & ſcribatur moderno Epiſcopo pro informatione, & voto.

THELESINA CONCORDIÆ. Poſtulantibus Archipresbytero, & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentii in Terra itidem S. Laurentii Majoris nuncupata exiſtentis confirmationem Concordiæ, qua fuit inter cetera cautum: *che le Lettere Apoſtoliche della ſanta memoria di Benedetto XIII. ſtabiliſchino il vero, ed indubitato ſtato di detta Chieſa &c., e così reſti dichiarata, e confermata per vera Chieſa Collegiata numerata con certo, e prefiſſo numero di Canonici, il quale non poſſa in veruna maniera per qualſivoglia accreſcimento, o deterioramento di rendite accreſcerſi, ne diminuirſi*: die 6. Junii proxime præteriti reſcriptum fuit: *Non propoſita, & ad mentem*, quæ in eo verſata eſt, ut cauſa non proponeretur, donec a memoratis Canonicis legitimum non exhiberetur documentum, quo conſtaret tum Cappellam Sanctiſſimi Corporis Chriſti, tum Eccleſiam S. Bernardini ex pecuniarum ſumma, quam pro expediendis dictis literis Apoſtolicis iidem Canonici ab ipſarum Cappellæ, & Eccleſiæ Adminiſtratoribus mutuam acceperant, fuiſſe redintegratas. *Seſſ.24. c.12. de refor.*

Cum itaque Epiſcopus nuperrime retulerit, Archipresbyterum, & Canonicos menti EE. VV. obſequentes ſtatim enunciatam ſummam ad ducatos 446. aſcendentem dictis Adminiſtratoribus, ſeu Œconomis

mis persolvisse, ipseque modo celerem, ac Canonicorum votis conformem enixe postulet resolutionem, non graventur EE. PP. Folium die 6. Junii currentis anni una cum juribus eorumdem Canonicorum nomine tunc distributis resumere, & sapienti, quo solent, Oraculo pronunciare.

An concordia sit confirmanda in casu &c.

Pro approbatione concordiæ cum nova minuta exaranda juxta modum si Sanctissimo placuerit per literas Apostolicas expediendas.

Sess. 25. c. 19. de ref. PANORMITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Hieronyma Andreas, cum octavum vix ageret annum Patre orbata jussu Joannis Patrui Monasterium Sanctissimi Salvatoris Civitatis Panormi educationis causa ingressa fuit, ibique in ætate annorum sexdecim constituta anno 1687. Religiosam emisit Professionem, quam irritam esse contendens veluti a memorato Ioanne sibi violenter extortam, judicium super ejus asserta invaliditate usque ab anno 1705. instituit in Archiepiscopali Curia, putantibus forte ipsius Defensoribus posse Archiepiscopum, non obstante quinquennii lapsu cognitionem Causæ assumere, eamque ordinariis suis facultatibus definire; sed post plures tricas, & oppositiones interjectas a Præsidibus quorumdam locorum Piorum, quæ ad nonnulla fideicommissaria Bona Familæ Andres novissimo loco invitata dicuntur, contrariam sub annum 1731. passa fuit sententiam, in gradu appellationis postea ab aliis Judicibus confirmatam; existimans autem eadem Hieronyma, ideo contra se Judices pronunciasse, quia jam exacto quinquennio nequiret amplius Professionis invaliditatem in judicio proponere, supplicem Sanctitati Suæ porrexit libellum Supremo huic Senatui remissum, quo beneficium restitutionis in integrum adversus mox enunciati quinquennii lapsum implorat.

Ex quatuor Testium depositionibus, quibus constat Processus jam pridem in Archiepiscopali Curia compilatus, & ab Archiepiscopo ad EE. PP. transmissus, habetur, Joannem, ut Oratricem ad professionem emittendam adigeret, pluries ei indixisse „ Tutte le volte,
„ che non voleva monacarsi, non solo non l'avrebbe guardata, ma
„ l'avrebbe bastonata, e lasciatala andare alla mal'ora: Se l'avesse
„ veduta per le strade, l'averebbe fatta morire a bastonate, o pure
„ ci averebbe data una pugnalata: Che, se essa non si faceva Reli-
„ giosa, ed usciva dal monasterio, sarebbe andata ramminga, e
„ sola senza riparo nessuno, e senza avere da mangiare: Altrimen-
„ ti non volendo professare, ed uscendo di detto Monastero non solo
„ non l'averebbe riguardata più da Nipote, ne dato nessun rifugio,
„ ma l'averebbe uccisa all'uscita: Che non era nemeno Figlia natu-
„ rale di suo fratello D. Agostino, ma che non si sapeva di chi era
„ figlia, e che quello egli faceva, lo faceva piuttosto per carità „:
Ipsam vero Oratricem sæpius tam ante emissam Professionem fuisse protestatam, se prorsus invitam, nec nisi vi, metuque coactam emissuram

ſuram fore profeſſionem, quam poſt illam nunquam ceſſaſſe a conqueſtionibus de violentiis ſibi a Joanne illatis, uti in hæc verba deponunt memorati teſtes: „ Sempre la detta D. Geronima ha detto, e dichiarato, che per paura di detto D. Giovanni ſuo Zio, e per le „ minaccie li faceva, devenne a farſi Monaca in detto Monaſtero, „ e che mai fu ſua volontà di monacarſi: per avercelo inteſo dire a „ D. Geronima Andres pubblicamente alle grate di detto parlatorio, „ che ſi faceva monaca violentemente, e diſperata: Piangendo alla „ grate diceva, che non ſi voleva Monacare, e che ſarebbe una Moca diſperata.

Hiſce Teſtium depoſitionibus in proceſſu receptis addita nuper fuere tum Teſtimonium ſub jurisjurandi Religione panditum a Joſepho Chiaramonte Carmelita Sindico, & Procuratore Generali Conventus S. Mariæ Civitatis Panormi de Oratricis profeſſione hæc potiſſimum enarrante: Qualmente avendo per lo ſpazio di anni 34. conoſciuto come Padre ſpirituale, e Direttore della Coſcienza la Signora Donna Geronima Andres nel Ven. Monaſtero del Santiſſimo „ Salvatore di queſta Città ſempre dal primo giorno ſino al preſente „ a manifeſtato l'inquieto ſuo vivere per eſſere ſtata clauſtrata forzoſamente, e dichiarataſi continuamente dell'involontaria, e coattiva ſua profeſſione, cognita per altro a tutte le Moniali di eſſo monaſtero per qual motivo giammai s'ha ſubordinato all'oſſervanza „ della Regola Monaſtica, ma ſempre ha viſſuto, anzi è ſtata reputata, come una Educanda ſecolare ſenza che aveſſe andato a recitar l'ore Canoniche, nè a ſtar ſubordinata all'Abbadeſſa di detto „ Monaſtero, inoltre non ha portato velo, e ſoccano, ed ha andato „ veſtita, com'è attualmente, ſembrando di eſſere una vera ſecolare „ portando li ſuoi Capelli intrecciati, avendoci li ſuperiori tuttociò „ permeſſo, perchè l'ha coſtato, non ſolo nel foro eſterno, ma anche interno non eſſer la mentovata Signora Religioſa, attento il „ meto, linterverſione di ſua filiazione, e li continùi reclami fatti, e „ le dichiarazioni publiche di ſua coſcienza, fino ad atteſtare al „ giorno preſente eſſer ella in grave pericolo della ſua ſalvazione, „ qualor dimorar doveſſe in eſſo Monaſtero, non ſuff agandole le ragioni politiche, che ſe le an addotto per quietarla „ tum recens ejuſdem Oratricis Conſtitutum, in quo poſt recenſitam variam Actorum ſeriem quoad judicium ſuper ſuæ profeſſionis invaliditate inſtructum concludit: „ L'altro giudizio fu, che fece proporre la nullità „ di ſua profeſſione per li capi di meto, dolo, e dall'ora in poi non „ ha voluto mai andare all'Officio, e far la regola, nè ha voluto „ mai ſoggettaſi all'obbedienza, ed ha campato d'Educanda, perchè ſente, che non è Religioſa, ed ha un continuo abborrimento „ alla Religione, e vive con la continua coſtanza, e volontà dell'evidente „ nullità di ſua profeſſione, ſiccome ſtà ſoſtenendo la lite della nullità ſudetta con graviſſimo ſuo incommodo per ottenere la dichiarazione di eſſa nullità, e ſe non eſce dal Monaſtero, morirà dannata „ per le continue inquietitudini, ed agitazioni di ſua coſcienza, e „ dello ſtato di ſua diſperazione, quando aveſſe a mancare di vita „ dentro il Monaſtero, in cui trovaſi, e facendoſi preſente ad eſſa

,, tutto il fatto prenarrato, fissandosi sopra tutte le circostanze acca-
,, duteli contestano la violenza dell'animo suo allo stato regolare,
,, ed alla vita religiosa per tutto il tempo, che è stata in Monastero,
,, e viene sempre tormentata da un continuo rimorso di coscienza,
,, e con pericolo della salute eterna.

Præterea ad excludendam ulterius tacitam controversæ Professionis ratificationem, hæc in facto expendenda proponuntur; primo, quod Joannes, a quo metus, & vis illatæ asseruntur, nonnisi sub annum 1694., septem nempe post annos a die emissæ Professionis obierit, ab eo autem tempore usque ad annum 1705. supervixerit Sacerdos quidam Joannes Baptista Magliolo, cujus opera, & auxilio Joannes Andres in violentiis Oratrici illatis usus fuerat, & sub cujus custodia manebant scripturæ omnes, quibus oratrix, se legitimam Augustini Andres Filiam sibique in bona omnia, & præsertim fideicommissaria competere successionem, probare posset, quodque propterea non nisi eodem anno 1705. ipsi licuerit, judicium super nullitate suæ Professionis instruere, quemadmodum reipsa statim eo anno instituit, & ad hanc usque diem constanter est prosecuta; & secundo, quod nullum Oratrici fuerit a Joanne patruo assignatum livellum, eo facile consilio, ut eadem in summa rerum inopia constituta nequiret unquam invaliditatem Professionis in judicium deducere, præsertim vero cum a die, qua professionem emisit, usque ad annum 1705. studiose detenta fuerit in omnimoda incertitudine suæ filiationis, atque legitimitatis, adeout in ea status sui ignorantia satius duxerit in monasterio diutius commorari, quam graviori periculo remanendi orbatam necessariis vitæ alimentis sese committere.

Præsides Locorum Piorum, qui in judicio Archiepiscopali Curia instituto Oratricis instantiæ se mordicus opposuere, dudum excitati ad deducenda jura sua in Sacra Congregatione hactenus neglexerunt quidquam adferre: Abbatissa vero Monasterii nedum votis Oratricis nullo unquam tempore contradixit, sed palam aperuit, se cupere, ut ei quam primum potestas fiat e monasterio egrediendi; omnibus itaque perpensis, partes erunt EE. VV. rescribere,

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr. LUCANA, SEU SARZANEN DISPENSATIONIS. Marchio Jacobus Remedii Sarzanensis, post initum anno 1719. Matrimonium cum Francisca Giorgini Lucensi, comperiens eidem Franciscæ fuisse a Senatu Lucano prohibitum, ne viro extero nuberet, eaque de causa familiam Remedii ab Albo Nobilium Lucensium, cui recens adscripta fuerat, jussu ejusdem Senatus fuisse obliteratam, prætereaque Criminalem Processum contra se, adhibitis in testes Francisca sponsa, & illius matre, instructum, anno 1722. Judicium in Episcopali Curia Sarzanensi adversus mox enunciatum Matrimonium instituit, irritum illud esse contendens sub obtentu, quod pluries protestatus ipse fuisset, nolle se Matrimonium inire cum Francisca, si eidem

dem Francifcæ interdiceretur viro extero copulari; poſtmodum vero, mutato conſilio, ſupplicem S. M. Benedicto XIII. porrexit libellum enixe rogans, ut Apoſtolicam diſpenſationem ſuper ejuſmodi Matrimonio veluti rato tantum, & non conſummato ſibi dignaretur elargiri.

Super ejuſmodi Oratoris petitione ſummus Pontifex particularem deputavit Congregationem, quæ poſt receptas Relationes tam Epiſcopi Sarzanenſis, quam Archiepiſcopi Lucani, propoſita primum Cauſa ſub diem 21. Martii 1727., noluit ea die ullam capere reſolutionem, jubens eamdem denuo *proponi in ſecunda hebdomada poſt agnos*; Interea vero cum præfatus Marchio Remedj novas laudato Benedicto XIII. pro controverſa diſpenſatione exhibuerit preces, Sanctitas ſua eiſdem benigne annuens per Apoſtolicas literas in forma brevis expeditas commiſit Archiepiſcopo Lucano, *ut, rebus rite matureque diſcuſſis, ſi matrimonium ratum dumtaxat, & non conſummatum eſſet, cauſaſque diſſolutionis tales urgere, quales Theologica, & Canonica norma, & doctrina requirit, prædictam autem Franciſcam Giorgini conſentire, aut irrationabiliter diſſentire compereris, tunc illa conſentiente, vel irrationabiliter diſſentiente, de poteſtatis noſtræ plenitudine, quam ad definiendum hanc cauſam Fraternitati tuæ largimur, matrimonium hujuſmodi ratum, & non conſummatum lata ſententia diſſolvat.*

At quia memorata Franciſca Giorgini ſtatim poſt expeditionem hujuſce brevis fugam e Civitate Lucana arripuerat, & a Ioanne Maria Toſi ſuo conſanguineo ſociata ſeſe receperat in Civitatem Maſſæ Carrariæ, Monaſterium ibi ingreſſa eo forte conſilio, ne memoratæ diſpenſationi conſenſum præbere obſtringeretur, Archiepiſcopus Lucanus ſatius duxit commiſſæ ſibi delegationi renunciare, indeque factum eſt, ut cauſa denuo per S. Suam fuerit ad eamdem particularem Congreg. rejecta quatuor aliis eidem Congr. additis Emis Cardinalibus.

Hæc itaque particularis Congregatio cum poſtmodum coacta fuerit ſub diem primam ſeptembris 1727. cenſuit præſtandum non eſſe conſilium Sanctiſſimo pro petita diſpenſatione; quocirca Marchio Remedj id eveniſſe putans ob defectum conſenſus præfatæ Franciſcæ, totus in eo fuit, ut illum impetraret, quemadmodum pluribus, diuturniſque adhibitis diligentiis tandem obtinuit. Nunc igitur ab hoc ſupremo Senatu, cui, prævia avocatione a Congregatione particulari, Cauſæ hujus cognitio fuit a Sanctiſſimo delegata, utriuſque conjugis nomine demiſſe petitur reſolutio Dubii, quod in calce præſentis Reſtrictus deſcribetur.

Pior conatus Oratorum is eſt, ut perſuadeant, Matrimonium non fuiſſe conſummatum, idque ex multiplici facti circumſtantia ſatis probatum eſſe contendunt; primo nimirum expendi ſupplicantes, idem matrimoniom per Procuratorem nomine Franciſcæ ſponſæ abſentis fuiſſe celebratum; Secundo, eamdem Franciſcam ad ſponſi domum nunquam fuiſſe traductam, ſed in propriis laribus ſub matris cuſtodia ſemper eſſe commoratam; Tertio ſtatim ac ſponſus deprehendit, vetitum Franciſcæ, ne extero viro nuberet, captum ab eo fuiſſe judicium ſuper ejuſdem Matrimonii diſſolutione; Quarto, iteratas Franciſcæ confeſſiones, quod Matrimonium non fuerit conſummatum, eo etiam tem-

tempore, quo ipsa petitæ dispensationi assensum non præstiterat, emissas; & quinto demum repetita novissime juramenta Viri æque, ac Mulieris constanter affirmantium, matrimonium non fuisse consummatum; Quibus porro juramentis tot aliarum circumstantiarum præsidio communitis plenam fidem adhibendam esse, propugnant juxta tradita cum pluribus a *Rosignol.de Matr.tom.*1. *disquisit.*1.*punct.*18. *in fin.*

Gradum inde facientes præfati Oratores ad causas, quarum intuitu rogant, petitam dispensationem sibi indulgeri, iis potissimum innituntur, quas late exposuit Episcopus Sarzanensis in binis suis relationibus exhibitis *Sum. n.*4. *&* 11., & quarum præcipuas summatim repetiit modernus Archiepiscopus Lucanus in hæc verba. *Justam vero causam præbere videntur tum dissensiones, & lites profecto gravissimæ, quæ inter conjuges exsarserunt occasione hujus matrimoni, quæ in memorata relatione Prædecessoris mei recensentur; tum pœnæ, seu saltem damna, quæ in suis bonis passura est Mulier, si Matrimonium perficiatur; Etenim supremus hujus reipublicæ Magistratus, ut Excellentissimi Senatus Decretis, suoque muneri faciat satis, prohibebit omnino, & impediet, ne illius bona transeant in exteros, ea potissimum causa, quod sita sunt in Pago Montignosi Exteris Ditionibus contermino; quam ob rem gravibus pœnis mulieri præceperat, ne extero nuberet; tum demum notabilis mutatio Status Marchionis quoad Bona fortunæ; fertur enim odio forsan hujus Matrimonii pinguem, quam possidebat, primogenituram fratri renunciasse, qui propterea nuptias contraxit, ac sobolem ex eis suscepit, quod tamen comprobari necesse est, cum mihi certo non constet.*

Inspectis igitur Relationibus præfatorum Antistitum Lucani, & Sarzanensis, qui animi sui Sententiam aperientes existimant, locum esse impertiendi postulatam dispensationem, atque ob oculos habitis Resolutionibus Sacræ hujus Congregationis allatis in *Folio diei* 28. *Februarii proxime præteriti in Causa Hispalen. Dispensationis*, grave non erit EE. VV. rescribere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in Congregationo particulari die prima Septembris 1728. *in casu &c.*

In decisis.

*Sess.*22. *Dec. de Obser. & evit. in celeb. Miss.*

PANORMITANA TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. In publico Instrumento sub diem 24. Septembris 1732. exarato Carolus Naselli Panormitanus Dux Casalis Novi, & Gelæ annuas uncias triginta octo illius monetæ Fratribus Tertii Ordinis S. Francisci Conventus nuncupati S. Mariæ de Misericordia assignavit, eisdem onus imponens duas Missas quotidie in Animæ suæ suffragationeme clebrandi, utque ejusmodi Missa um celebratio tutius adimpleretur, operæ pretium duxit has potissimum adjicere conditiones, primo scilicet; „ che se l'Erede &c. cercasse impedire la celebrazione di d. due Messe &c. che tutto „ quello &c. ha donato, dona s'intenda acquistato al d. Ven. Convento &c. „ libero e senza onere alcuno, e d. suo Erede universale sii, & intenda „ aver lasciato dall'eredità libera di detto Assignante &c.; *Secondo*, che „ detto Ven.Convento sia tenuto alla celebrazione di dette due Messe quo-

„ tidia-

„ tidiane dal 1. di Settembre, conforme s'incominciò, e d'allora in poi
„ successivamente di giorno in giorno seguitare la celebrazione di dette
„ due Messe quotidiane usque in infinitum, & in perpetuum, cioè una in
„ un Altare privilegiato di detta Ven. Chiesa, l'altra nella Cappella do-
„ mestica della Casa propria di esso Illustre Duca, e non altrimente;
„ *& tertio demum*, che il Superiore di detto Ven. Convento per esso, e
„ suoi Successori in esso Convento sia tenuto, ed obligato ad ogni e prima,
„ e semplice richiesta di detto Illustre Duca, e Successori suoi d'esib rci,
„ e farci le cerche della celebrazione di dette Messe, e non altrimente.

Cum autem sub annum 1737. deprehenderit idem Dux Naselli, Missarum celebrationem fuisse a dictis Fratribus per annum, & tres menses intermissam, eamque in futurum ab ipsis non posse ob plura alia Missarum onera, quibus eorum Conventus, & Ecclesia gravati reperiuntur, adimpleri, praetereaque compererit nullum Altare Privilegiatum, ubi dictae Missae celebrentur, in eorum Ecclesia existere, & tandem recogitans piam ejus dispositionem non fuisse praevio Patris Generalis Ordinis consensu a dictis Fratribus acceptatam, die 13. Martii ejusdem anni 1737. suprarelatum assignationis Instrumentum revocavit, ejusque revocationem Priori saepedicti Conventus curavit intimari, deinde vero supplicem Summo Pontifici porrexit libellum, quo praemissa exponens demisse rogat, sibi concedi facultatem „ di potere le Messe sudette fondare in altra Chiesa all'Oratore „ ben vista con la facoltà al medemo, e suoi Eredi di nominare li Cap- „ pellani.

Auditus super ejusmodi precibus ad hanc Sac. Congregationem remissis Archiepiscopus Panormitanus ex pluribus documentis sibi ab Oratore exhibitis comprobatum inquit, conditiones saepedicto Instrumento apposita non fuisse a praefatis Fratribus adimpletas -- „ Nam Missa (*sunt ejus verba*)
„ ad longum tempus fuisse interruptas, constare fecit ex fide dicti Patris
„ Prioris & ex libris publicis oneris Missarum praedicti Conventus exhibiti
„ ab ejusdem Fratribus, in quibus inspicitur, non alias Missas fuisse ce-
„ lebratas, nisi illas de anno 1732. per totum annum 1734., & exhibita
„ Oratori mense Aprilis 1737.; ex his enim colligitur, quod Missae fue-
„ runt intermissae per lapsum anni unius, & mensium trium. Fidem insu-
„ per celebrationis Missarum a Priore Conventus Oratori denegatam fuis-
„ se, demonstratur ex attestationibus respective factis a Sacerdote Carolo
„ Polizzi, Stephano Landi, & Augustino Berardi. Quod vero in Eccle-
„ sia Conventus non adfuerat Altare Privilegiatum, evincitur, quod so-
„ lum Fratres praesentarunt Breve de anno 1736., & supponitur aliud
„ Privilegium, sive Indultum tempore contractus assignationis non fuisse
„ impetratum, neque concessum a S. Sede laudatis Fratribus. Ulterius
„ acceptatio dictarum Missarum, quae praetenditur ab Oratore contra
„ formam Bullae Innocentii XIII. asserunt Fratres habere facultatem ac-
„ ceptandi praedicta opera perpetua Missarum, licet hoc documentum non
„ praesentarunt; *suam vero sententiam aperiens ita concludit*: Unde audi-
„ tis hinc inde Partibus, & attenta confessione dictorum Fratrum, quod
„ Missae fuerunt intermissae, ut dixi, per spatium anni unius, & men-
„ sium trium scilicet de anno 1732. per totum 1733 ut clare demonstra-
„ tum fuit ex publicis libris onerum Missarum dicti Conventus exhibitis
„ a laudatis Fratribus, & mala fide, in qua persistit Orator adversus di-
„ ctos Fratres de non adimpletis, & impollerum non adimplendis condi-
„ tionibus in Instrumento assignationis praescriptis, supplicationem Ora-
„ toris dignam arbitror, cui Sanctitas Sua benigne indulgeat, si altiori
„ Judicio EE. VV. sic visum fuerit.

Adversus hæc nihil hactenus deductum fuit nomine Fratrum memorati Conventus S. Mariæ de Misericordia, qui pridem hoc unumpotissime propugnabant, intempestive scilicet Ducem Ca olum Naselli implorare a Sanctissimo Domino Nostro gratiosam facultatem deligendi aliam Ecclesiam, aliosque Sacerdotes sibi bene visos pro celebratione Missarum, de quibus agitur, loco præfatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Misericordia, & Fratrum dicti Conventus in publico Instrumento designatorum, postquam ipsemet putans sibi jus esse Ecclesiam, & Sacerdotes commutandi sub obtentu, quod ex parte Fratrum assertæ conditiones servatæ non fuerint, nec imposterum queant adimpleri, ad explicitam primævæ suæ dispositionis revocationem, veluti legitimas ob causas expletam, in Tribunalibus Regni Siciliæ validam, justamque declarari.

Si quid vero amplius a sæpedictis Fratribus afferetur, onus erit Eminentiarum VV. e conspectu jurium memorati Ducis Casalis novi, & inspectis pluribus Resolutionibus S. Congregationis concernentibus commutationes piarum dispositionum, quæ fieri velint ab ipsis met Fundatoribus, indicatis in Folio diei 23. Augusti superioris anni in Causa *Lauden. Cappellaniæ*, sapientissime decernere.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione facultatis Duci Casalis novi commutandi aliam Ecclesiam, & Sacerdotes sibi benevisos in Civitate Panormitana pro celebratione utriusque Missæ quotidianæ in locum Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci dictæ Civitatis, eorumque Ecclesiæ in casu &c.

Negative, & utatur jure suo coram suis judicibus prout de Jure.

Sess. 24. c. 12. de ref.

ARIMINEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Exoptans Fabritius Amati post obitum suum institui — „ una Collegiata Canonica, o „ Congregazione, nella quale il Clero di Savignano possa essercitarsi in „ recitare, e cantare unitamente li Divini Officj in qualche Chiesa di „ detto luogo — , *in Testamento sub annum 1666. condito præcepit Andreæ* „ *germano Fratri hæredi ex asse scripto*, — che in termine di otto giorni „ doppo la morte del Testatore, egli debba consegnare 260. Scudi di „ quelli censi del Testatore, che allora si troveranno in essere, al Rev. „ Clero di Savignano, acciò esso Clero per ben publico della Patria pigli „ l'incombenza di esiggere li frutti di dd. Censi, e quelli immediatamen- „ te riscossi depositarli nel Monte della Pietà di Savignano, o in altro più „ sicuro luogo, finchè il cumulo degl'annui frutti arrivi al numero di scu- „ di 50. di paoli, con qual numero di denari fatti siano obligati creare „ nuovo censo, e così per ordine in infinito di tutti li frutti, che da dd. „ Censi ne verranno, — *ea postmodum adjecta lege, ut cum primum an-* „ *nuus istorum Censuum redituus ad scuta centum ascenderit*, — con la „ metà di detta rendita, cioè con scudi 50. sia sempre creato un nuovo „ Censo per ordine in infinito senza limitazione di alcun tempo, e l'altra „ metà sia data ad un Sacerdote nativo di Savignano sotto nome di primo „ Canonico.

Possessori hujus primi Canonicatus injunxit idem Testator onus tres Missas qualibet hebdomada celebrandi in hæc verba — „ L'obligo di questo primo „ Canonico per esser solo in cambio della frequenza del Coro sarà obbli- „ gato celebrar tre Messe per ogni Settimana, e tutte le Feste di Precetto, „ con l'applicazione del Sagrifizio per l'Anime del Purgatorio, e questo „ fin,

,, fin, che sia eletto il Secondo Canonico, *auctis vero Multiplici reditibus, ac electo secundo Canonico, statuit,* che l'uno coll'altro in Com-
,, pagnia recitino gl'Offizj Divini al modo, che si fa nelle Collegiate
,, nella Chiesa nuovamente fatta di S. Josesso con obligo non più di tre
,, Messe la Settimana, e tutte le Feste di Precetto, ma di una Messa sola-
,, mente la Settimana per l'Anime del Purgatorio in quel giorno di ciascu-
,, na Settimana, nel quale il Testatore renderà l'anima sua a Dio &c., e
,, questa è una delle principali obligazioni, alla quale dovranno essere
,, soggetti i Canonici tutti, oltre la recitazione de' Divini Offizj unita-
,, mente da farsi da loro in perpetuo. Ed a questo fine al Testatore preme,
,, che si accreschino incessantemente l'entrate de Censi conoscendo questa
,, la più utile, e spedita dall'altre, e crescendo quelle, potranno li Col-
,, legiati, e Canonici intraprendere ogni gran spesa da farsi in lode di
,, Dio bisognevole sì nell'aumentare il numero de Canonici, come anco-
,, ra di fabbricare, e far parati, ed altro.

Patronatum denique, seu jus nominandi ad Canonicatus juxta ejusmodi normam successive erigendos hunc in modum reservavit -- ,, L'elezione
,, del primo, secondo, e terzo Canonico vuole il Testatore, che sola-
,, mente competa al Clero di Savignano, finche sia fatto il corpo della
,, Congregazione, Collegiata, o Canonica almen di tre, a quali tre sola-
,, mente appartenerà l'elezione del quarto, alli quattro far l'elezione del
,, quinto, alli cinque quella del sesto, così fino l'elezione dell'ultimo gl'
,, altri concorreranno, sempre però osservata la regola della buona bal-
,, lottazione, quando vi siano più concorrenti. Interim morendo il pri-
,, mo, o secondo, o terzo Canonico apparterrà l'elezione, e nominazio-
,, ne di questi agl'altri Canonici, purchè siano almeno tre li viventi, che
,, devono eleggere, e ballottare, sicchè delli viventi, essendovene sola-
,, mente due, il Clero ripiglierà il Ius nominandi, & eligendi come pri-
,, ma, avanti, che vi fossero li primi tre Canonici; *Hac insuper addita declaratione*, che in tutte le cose di sopra disposte sotto nome di Clero
,, di Savignano intende, ordina, e vuole, che siano tutti li Sacerdoti Se-
,, colari Preti di d. Luogo, ed anche ordinati al Sacerdozio, e Chierici,
,, che anderanno in abito, maggiori però di anni diecidotto, e di più due
,, Fratelli della Compagnia di S. Gioseppe, che spera sarà per distribuirsi
,, in d. Chiesa, e da tal numero, e funzioni al detto Clero appoggiate esso
,, Sig. Testatore intende, e vuole, che sempre, ed in perpetuo venghino
,, esclusi li Signori Rettori, ed Arcipreti di detto Luogo, cioè il Signor
,, Rettore di S. Giovanni, e S. Lucia, ed il Sig. Rettore di S. Maria di
,, Castel Vecchio, che saranno pro tempore, quali non abbino mai, ne
,, possino aver sotto qualsivoglia pretesto in d. Clero Jus, ne dominio, ne
,, voce alcuna, ma sempre esclusi.

In executionem hujus testamentariæ dispositionis Andreas hæres plures assignavit Clero Sabiniani hæreditarios census, quorum annui reditus cum ex eorum multiplico per eumdem Clerum hactenus administrato ad scuta biscentum, & quinquaginta excreverint, major Cleri pars statuit Collegiatam a Testatore præscriptam instituere in Parochiali, seu Archipresbyterali Ecclesia S. Luciæ, utque voti compos fieri posset, Sacrum adiit Eminentissimorum PP. Consessum, hæc potissimum exponens; primo, quod, cum controversa Collegiata erigi nequeat in Ecclesia S. Josephi a Testatore designata ob illius angustiam, itidemque propter contradictionem eorum, qui dicuntur ibi patronatu potiri, jam pridem Sacra Congregatio benigne indulsit, ut eadem Collegiata ad Archipresbyteralem Ecclesiam S. Luciæ longe ampliorem, & recens e fundamentis in elegantiori forma

extructam transferri posset; Secondo, quod impræsentiarum ex enunciato annuo reditu scut.250. commode queant, assignata cuique Præbendæ annua summa quadraginta scutorum, quinque erigi Canonicatus ultra alios binos, quorum alterum jam fundavit Petrus Franciscus Perticari, alterum vero fundare meditatur Familia Berloni sub reservatione Jurispatronatus; tertio quod in præmium consensus per modernum Archipresbyterum sæpedictæ Ecclesiæ S. Luciæ præstiti, ut ejusmodi erectio ibidem expleatur, publico statutum sit Instrumento, eumdem Archipresbyterum, ejusque Successores in perpetuum, prævia Archipresbyteratus in primam, & principalem Collegiatæ Dignitatem erectione, in Canonicorum cætum fore admittendos, ea tamen sub lege, quod ab ipsis Archipresbyteris pro tempore Sacra Paramenta, quibus Ecclesia S. Luciæ satis instructa reperitur, debeant Capitulo, & Canonicis subministrari, & una simul quotannis in Massam distributionum quotidianarum scuta quindecim conferri, adeout distributiones ipsas, si iidem Archipresbyteri absque justa causa a Choro absuerint, ad instar aliorum Canonicorum amittant; & demum, quod ad compensandum detrimentum Episcopo, cui ex erectione Archipresbyteratus in primam Dignitatem illius collatio perpetuo adimeretur, reservata ipsi fuerit nominatio duorum Canonicatuum ea sub conditione, ut donec quatuor tantum fuerint Canonici, unus dumtaxat ab illo sit nominandus, & ipse quidem originarius Oppidi Sabiniani, adaucto autem Canonicorum numero, alterum quoque possit Episcopus sibi bene visum absque ulla restrictione in Canonicum nominare.

At Votis præfatis Cleri, ejusque petitioni sub expositis circumstantiis promotæ sese contradictores præbuere Michael Angelus Alocatelli Rector Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Castri veteris, & nonnulli alii Parochi ejusdem Oppidi Sabiniani, nedum authumantes omnia, quæ ad validam, legitimamque Collegiatæ erectionem requiruntur, adhuc desiderari, sed contendentes etiam plurimum immutari Testatoris voluntatem, si Collegiata in Ecclesiam S. Luciæ erigatur, quadraginta dumtaxat scutorum dote cuique ex Canonicalibus Præbendis constituta, & Archipresbyteratu dictæ Ecclesiæ S. Luciæ primam Dignitatem erecto, cum Testator in Ecclesia S. Josephi Collegiatam institui, & annua scuta quinquaginta cuilibet ex Canonicis, assignari, præceperit, districte præterea disponens --
„ Che sempre, ed in perpetuo venghino esclusi li Signori Rettori, ed
„ Arcipreti di detto luogo, cioè il Rettore di S. Giovanni, e S. Lucia,
„ ed il Rettore di S. Maria di Castel Vecchio, che saranno pro tempore,
„ quala non abbino mai, ne possino avere sotto qualsivoglia pretesto in
„ detto Clero, jus ne dominio, ne voce alcuna, ma sempre esclusi.

Ob hanc igitur prædicti Rectoris Ecclesiæ S. Mariæ Castri veteris, aliorumque Parochorum oppositionem, qui præter impugnatam, Collegiatæ erectionem, subalternas excitarunt controversias, num in casu, quod Collegiata in Ecclesia S. Luciæ juxta preces Cleri erigi permittatur, alter ex ipsis loco Archipresbyteri S. Luciæ in Plebanum sit deputandus, & num administratio Multiplici a Testatore demandati debeat adhuc penes eumdem Clerum manere, vel potius, erectione secuta, ad ejusdem Collegiatæ Capitulum, & Canonicos deferri, consentanee ad hasce quæstiones oportuit subscribere quinque Dubia, quorum decisio tum ex juribus in utramque partem afferendis, tum ex Resolutionibus S.C. circa similes controversias editis in *Tranen. Erectionis Collegiatæ 2. Junii 1735. in Taurinen. Erectionis Collegiatæ 13. Aprilis 1737., & in Theatina Erectionis Collegiatæ 19. Aprilis 1738.*, ab Eminentissimis PP. expectatur.

I. An,

I. An, & quomodo sit erigenda Collegiata, de qua agitur; *& quatenus affirmative*.
II. An illa sit erigenda in Ecclesia Archipresbyterali S. Luciæ juxta translationem auctoritate Sac. Congr. ab Ordinario decretam sub die 19. Februarii 1735., vel potius in Ecclesia S. Josephi juxta mentem Testatoris.
III. An inter Canonicos Collegiatæ sit admittendus Archipresbyter in primam Dignitatem; *& quatenus affirmative*.
IV. An sit locus deputationi alterius capitis Plebanatus, seu Vicariatus Terræ Sabiniani.
V. An, & penes quem debeat remanere administratio Multiplici a Testatore demandati in casu &c.

Ad I. Negative, & servetur dispositio Testatoris. Ad reliqua provisum in primo, & amplius.

Die Sabbathi 21. Novemb. 1739.

GERUNDEN. EXEMPTIONIS. Omnimodam sibi asserente Capitulo Cathedralis Ecclesiæ exemptionem ab ordinaria Episcopi jurisdictione, eam vero strenue impugnante eodem Episcopo discussum fuit Dubium: *An constet de generali exemptione Capituli a jurisdictione ordinaria Episcopi*, eique sub diem 24. Maii superioris anni responsum fuit: *Negative*. Facta autem subinde memorato Capitulo potestate jura sua iterum experiendi, dignabuntur hodie EE. PP. deliberare. *Ses.6. cap.4. & Ses.25. c.6. de ref.*
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Nihil de literis compulsorialibus, & Causa una cum duabus sequentibus proponatur omnino in prima post proximam.

GERUNDEN. EXEMPTIONIS. Præter Dubium concernens assertam exemptionem ab ordinaria Episcopi jurisdictione, fuerunt ad petitionem Capituli in eodem Consessu diei 24. Maii dicti anni 1738. proposita alia quatuor Dubia mox describenda, quorum decisio tunc dilata, modo enixe ab Episcopo efflagitatur. *Sess.6. c.4. Sess.25. c.6. de ref.*
I. *An Episcopus procedere teneatur contra Capitulares extra Visitationem cum duobus Adjunctis ad formam Cap. 6. Sess. 25. de Ref., & in Visitatione Cathedralis dictorumque Capitularium per se ipsum duntaxat ad formam Cap. 4. Sess. 6. de Ref. in casu &c.*
II. *An dictus Episcopus in atrocibus procedere possit etiam sine Adjunctis contra dictos Capitulares, seu potius contra eosdem procedere debeat Episcopus Vicensis in casu &c.*
III. *An occasione visitationis Capituli, & Cathedralis Episcopus eam terminare teneatur quam citius, nisi fuerit legitime impeditus, seu potius, postquam fuit incœpta, procedendo ad extraneos actus, eamdem ad libitum differre valeat in casu &c.*
IV. *An dictum Capitulum subjiciatur Constitutionibus Synodalibus, sive aliis legibus etiam per Edicta panditis ab Episcopis absque illius consilio,*

silio, & assensu, vel potius editis cum ejusdem consilio tantum in casu &c.

Sess. 6. c. 4. sess. 24. c. 16. & sess. 25. c. 6. de ref.

GERUNDEN. JURISDICTIONIS, Definitio hujus quoque Causæ inter antedictum Capitulum, & Archidiaconum Majorem, quem vocant *de Rogationibus*, vertentis, & propositæ eadem die 24. Maii 1738. dilata fuit; cumque Eminentissimi Patres præceperint, ut ea reproponeretur una cum Dubiis reservatis in alia Causa cum Episcopo, rogantur hodie EE. VV. resumptis Foliis die 19. Apr., & 24. Maii præteriti anni distributi, statuere.

An quoad III., & IV. Dubium sit standum, vel recedendum a decisis die 12. Februarii 1729. in casu &c.

Sess. 21. c. 8. de ref.

GUARDIEN. Pluribus obortis controversiis circa jurisdictionem, quam Episcopus sibi asserit in Oppido Aquævivæ ad Commendam S. Primiani Religionis Hierosolymitanæ spectante, opportuit sub annos 1693. 1695., & 1710. modo quindecim, modo undecim, & modo alia Dubia in hoc Supremo Senatu ad eas dirimendas discutere, eorumque omnium resolutio tunc prodiit Episcopo propitia. At recentius disceptatis quatuor hisce Dubiis. I. *An Episcopus Guardien. possit exigere subsidium charitativum ab Ecclesia S. Joannis Aquævivæ?* II. *An Episcopus possit exigere Cathedraticum, seu Synodaticum a dicta Ecclesia, ejusque Parocho*: III. *An idem Episcopus in actu visitationis faciendæ in dicta Ecclesia possit exigere Procurationem*: IV. *An dictus Episcopus in eadem visitatione possit recognoscere libros administrationis Bonorum ejusdem Ecclesiæ, ejusque rationem petere*; die 14. Novemb. 1733. rescriptum fuit: *Ad* I., II., & III. *Negative*: *Ad* IV. *Affirmative jure delegato*, ut in *lib.* 83. *Decr. pag.* 435.

Cum autem ab ejusmodi resolutione modernus Episcopus reclamaverit, eadem arrepta occasione Eques Antonius Cedronius dictæ Commendæ Possessor e re sua putavit novæ audientiæ beneficium adversus prædicta antiquiora Rescripta implorare, eoque impetrato, ut ambarum Partium petitioni fieret satis, propositum fuit sub diem 5. Martii 1736. Dubium: *An, & quæ, & super quibus competat jurisdictio Episcopo Guardien. in Oppido Aquævivæ Collis Crucis, & Parochiali Ecclesia S. Mariæ Esther, ita ut sit standum, vel recedendum a decisis sub die 5. Septembris* 1693. 15. *Januarii* 1695., 12. *Aprilis* 1710., & 14. *Decembris* 1733. cui Eminentissimi PP. rescripsere, *Prævio recessu a decisis die* 14. *Novemb.* 1733. *in reliquis in decisis*.

Displicuit novissima hæc Decisio Equiti Cedronio, qui propterea facultatem jura sua iterum experiendi flagitavit, obtinuitque; sed cum hactenus illa uti neglexerit, Episcopus, cujus interest, litem hanc aliquando absolvi, Dubium ipsum ad instantiam Equitis Cedronii subscriptum enixe rogat in hodierna Congregatione decidi. Placeat igitur EE. VV., resumpto Folio die 28. Januarii 1736. distributo, in quo leguntur omnia Dubia ad eam usque diem inter Partes disputata, decernere.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 3. Martii 1736. in casu &c.

Dilata ad sequentem.

SALERNITANA UNIONIS. Cum bo. me. Fabritius de Capua Archiepiscopus Salernitanus in Pastorali Visitatione sub an. 1734. habita compererit, tenues adeo esse distributiones quotidianas, quæ pro Divinorum Officiorum penso Dignitatibus, Canonicis, & Mansionariis Capituli Metropolitanæ suæ Ecclesiæ contingebant, ut eædem oneri per illos in assidua Chori frequentatione subeundo prorsus impares viderentur, dum Canonici, & Dignitates nonnisi asses quinque, Mansionarii vero quatuor cum dimidio qualibet die percipiebant, & eos quoque non omnino tutos, utpote ex incertis reditibus pro majori parte conflandos, ad consulendum Ecclesiæ servitio, quod facile a præfatis Capitularibus ob enunciatam quotidianarum Distributionum tenuitatem negligi asserebatur, Choro, sive communi earumdem distributionum Massæ perpetuo univit, atque incorporavit vigintiquinque Beneficia simplicia „ ita quod dictorum „ Beneficiorum (*sunt verba Decreti Unionis sub diem* 1. *Septemb.* 1734. „ *editi*) vacatione quomodolibet secuta Canonici Officiales præfati Chori „ nostri Capituli tam præsentes, quam pro tempore imposterum existen- „ tes respective vigore hujus nostræ perpetuæ unionis Decreti valeant cor- „ poralem, realem, & actualem possessionem dictorum Beneficiorum per- „ petuo unitorum per se, vel per alium, aut alios eorum nominibus „ propria authoritate libere apprehendere, & appræhensam retinere in „ perpetuum, quorum fructus, reditus, proventus, jura, obventiones, „ & emolumenta quæcumque ex dictis Beneficiis provenientia illorum, „ & cujuslibet ipsorum vacatione occurrente percipere, exigere, loca- „ re, arrendare, ac lucrari valeant nomine pariter Chori, ac in usum „ præfatarum Choralium distributionum modo superius expresso convet- „ tere, ac in utilitatem Assistentium horis canonicis cedere, cujuslibet „ licentia minime petita. *Sess. 21. & 22. c. 3. & Sess. 14. cap. 11. & 15. de ref.*

Adversus ejusmodi Beneficiorum unionem nemo a dicto anno 1734. usque ad annum 1736. reclamavit; Verum quia secuta postmodum sub mensem Apostolicæ Sedi reservatum vacatione unius ex dictis simplicibus Beneficiis in loco nuncupato *Vesola* sub invocatione S. Mariæ erecti, Sacerdos Silvester Tosques in supplici libello Summo Pontifici porrecto exponens, idem simplex Beneficium invalide Capitulari Mensæ, seu communi quotidianarum distributionum Massæ fuisse ab Archiepiscopo unitum, de illo a Sanctitate sua provideri obtinuit, lis inde super executione literarum Apostolicarum inter ipsum Sylvestrum, & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ oborta est, quæ tamquam dependens potissime a præmissa Beneficiorum unione ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi suspensa manet, donec super ejusdem unionis validitate, juxta Dubium in calce præsentis Restrictus describendum, sapientissimum Sacri hujus Senatus judicium prodeat.

Multiplici nomine invalida contenditur memorata unio; primo quia eidem veluti factæ in augmentum Mensæ Choralis, seu Capitularis, proindeque cessuræ in commodum, & utilitatem Capituli nequiverit idem Capitulum consensum suum præstare, sed Apostolici Beneplaciti accessio requireretur, ut ea rite, valideque expleri posset, ad notata per *Garz. de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 168. *& Barbos. jur. Eccl. universf. lib.* 1. *cap* 32. *n.* 11. *& lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 57.; Secundo, quia Præbendæ tam Dignitatum, quam Canonicorum sint satis congruæ; Massa vero quotidianarum Distributionum ita fuerit paulatim per Archiepiscopos Antecessores ex aliorum Beneficiorum unione adaucta, ut nedum ullus ex Dignitatibus, Canonicis, aut Mansionariis ob earum tenuitatem Chori, Ecclesiæque servitio unquam defuerit, sed ei potius curaverit unusquisque laudabiliter, &

assidue

assidue vacare; unde ulla urgeret legitima causa, ob quam posset Archiepiscopus ad toties memoratam Beneficiorum unionem procedere, uti consentanee ad expressam Sanctionem Sacri Concilii Tridentini *Sess.* 21. & 22. *cap.* 3. & *Sess.* 24. *cap.* 12. *de Ref.* tradunt *Lotter de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *n.* 141. *ad* 146. *Clericat. discord foren. de Benef. tom.* 1. *disc.* 16. *n.* 10., & 11.: Et tertio demum, quod unio simplicium Beneficiorum possit quidem Canonicalibus Præbendis fieri, si tenues admodum illæ comperiantur, seu Beneficia simplicia nequeant communi quotidianarum Distributionum Massæ uniri secundum ea, quæ aliis relatis firmavit *Rot. dec.* 200. *n.* 24. *ad* 28, *cor. Peuntiger.*

Adversus hæc nihil hactenus Capituli nomine allatum fuit, quocirca onus erit EE. VV. declarare.

An unio sustineatur in casu &c.

Negative.

Sess. 15. c. 9. de ref. BAREN. BENEFICII. Nicolaus Cæsar de Avolos, cum pridem statuisset Ecclesiasticum Beneficium de Jnrepatronatus Laicorum fundare in Altari Majoris Ecclesiæ Terræ Cyliarum, sub annum 1728. ad illius institutionem deveniens, congruam ei in tot Bonis stabilibus assignavit dotem, injunctoque Rectori onere binas Missas singulis annis celebrandi; hinc circa patronatus prærogativam, & exercitium præscripsit legem, „ che debbano essere (*sunt verba Instrumenti Fundationis*) ist.tuiti ordine successivo li Figli Mascoli di Francesco d'Avolos suo Fratello „ utrinque congionto, & principaliter, & primo loco debba essere in„ stituito Nicolò Saverio d'Avolos altro suo Fratello germano già No„ vizio, e dopo la morte di detto Niccolò Saverio, debba istituirsi l'al„ tro Figlio Mascolo di detto Francesco d'Avolos, o pure, non essen„ dovi alcuni di detti Figli Mascoli di detto Francesco, debba istituirsi „ quello Figlio Mascolo maggiore nato da Discendente da Figli Mascoli „ di detto Francesco, e così in avvenire debba seguire detta istituzione „ sempre al Figlio Mascolo di d. Francesco maggior nato da Discendenti „ Mascoli di d. Figli Mascoli di d. Francesco, e non trovandosi abile a „ reggere d. Benefizio, o non volendo accettare il Primogenito di detti „ Chiamati, che abbia da succedere il secondo genito, e non volendo, „ e non potendo il Secondogenito, che abbia da succedere il Terzogeni„ to, e così da mano a mano in perpetuum, & infinitum, essendo questa la volontà di esso Sig. Fondatore. E cessando affatto la linea di detti Fi„ gli Maschi succeda, e debba succedere il Figlio Mascolo maggiore na„ to dalla Figlia Femina di esso Francesco d'Avolos, e Discendenti da d. Figlia Femina ordine successivo ut supra, e non volendo, e non po„ tendo il Primogenito, debba succedere il Secondogenito, e non vo„ lendo, o non potendo il Secondo, debba succedere il Terzo, & eo „ modo, & forma, che stà espressato nella linea Mascolina. E mancan„ do ambedue le linee, che in detto Juspatronatus Laicorum debba suc„ cedere il Rev. Capitolo di detta Terra di Ceglie, *additaque insuper* „ *declaratione*. Che il primo Rettore, ut supra nominato da detto Sig. „ Fondatore, e futuri Rettori possano essere instituiti, ancorchè non ab„ biano l'età prescritta dal Sac. Concilio di Trento.

In executionem ejusmodi Fundationis fuit illico authoritate Ordinarii erectum Beneficium, in eoque juxta placitum Fundatoris obtinuit institui

Nicolaus Xaverius priori loco vocatus; At isto novissime defuncto, nulloque ex linea sive masculina, sive fæminina præfati Francisci de Avolos existente, Capitulum, seu Rector dictæ Terræ Cyliarum authumans factum fuisse locum suæ vocationi, postulavit in Archiepiscopali Curia memoratum Beneficium sibi adjudicari, cumque huic petitioni sese opposuerit Nicolaus Cæsar ejusdem Beneficii Fundator contendens licere sibi alium denuo præsentare, vel etiam supplicare pro se ipso in Beneficium instituendo, lis inde cœpit in dicta Archiepiscopali Curia promoveri.

Interea vero Franciscus de Avolos, cujus Descendentes, uti præmissum est, in defectum primi Rectores fuere ad Beneficium vocati, supplicem Summo Pontifici porrexit libellum, quo exponens Filios suos Masculos fuisse ad controversum Beneficium ordine primogeniali invitatos, se vero adhuc prole carere, utpote nondum uxoratum, demisse efflagitavit facultatem præsentandi ipsum Fundatorem, donec aliquis ex Filiis suis capax assequendi controversum Beneficium supervenerit, tametsi Rector præfatus Ecclesiæ Cyliarum sibi ad illud ex vi enunciatiæ substitutionis asserat: Ejus autem precibus ad hanc Sacram Congregationem rejectis, oportet modo bina, quæ inferius describentur, Dubia disceptare.

Porro quod attinet ad primum, ubi examinandum proponitur, num possit Nicolaus Cæsar Fundator, non extantibus Descendentibus Francisci passive vocatis, alium, vel se ipsum præsentare in exclusionem præfati Capituli, & Rectoris, sive potius factus jam sit locus præmissæ ejusdem Capituli, & Rectoris substitutioni, ponderanda imprimis sese offert Fundatoris potestas, an ista nimirum tantæ virtutis sit, ut quemadmodum jus præsentandi, nisi fuerit explicite remissum, nunquam a Fundatore censetur avulsum, ita valeat idem Fundator ad Beneficium a se institutum totiens præsentare, quoties illud ipso vivente vacaverit, tametsi alii post obitum primi Rectoris fuerint invitati, præsertim vero si isti sint extranei, & juxta seriem vocationum nonnisi post tempus longe remotum ex verisimili ejusdem Fundatoris opinione successuri.

Ceterum, cum in facto habeatur, Franciscum de Avolos quadragesimum annum non excedere, & modo quærere Uxorem, adeout spes ipsi non desit infra breve temporis spatium procreandi Filios, qui veluti passive vocati deberent controversum Beneficium assequi, illud quoque præstat in jure expendere, quod licet in Fideicommissis, Primogenituris, & Majoratibus substitutorum vocationi locus non fiat, donec spes est, ut alii priori loco vocati superveniant, ad tradita per *Molin. de Primogenit. Hispan. lib. 3. cap. 10. num. 16. ad 40. Peregrin. de Fideicom. art. 29.*, in Beneficiis tamen, ne eorum collatio diu protrahatur, eadem regula non procedit, sed, ipsorum vocatione secuta, debent hæc, posthabita spe, quod personæ priori loco ad ea passive vocatæ superveniant, conferri iis, qui posteriori loco fuerunt invitati, quemadmodum distinguendo tradit cum aliis *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 20. num. 6., & seq., & disc. 82 num. 5. eod. tit. & de Fideicom. disc. 8. num. 5.*, & magistraliter firmavit *Rot. in Melevitana Jurispatronat. 27. Febr. 1736. §. Et enim, & seq. cor. Rev. P. D. Calcagnino Decano.*

Hæc videntur potissimum in discussione prioris Dubii ponderanda; Quod si Juspatronatus controversum censeretur ad Capitulum, sive Rectorem Terræ Cyliarum jam delatum, pro eo quod spectat ad secundum Dubium, in quo disceptatur, an idem Juspatronatus, seu Beneficium Capitulo, & Rectori ita irrevocabiliter competat, ut eo nequeat spoliari, licet Clerici ex sæpedicto Francisco, sive per lineam Masculinam, sive

 Fæ-

Fæmineam Descendentes superveniant, duo ad illius definitionem adnotari possunt; Primum nempe in facto, quod Fundator nullam imposuit Capitulo, seu Rectori legem, qua idem Capitulum obstringatur, supervenientibus Francisci Filiis, Beneficium dimittere; Alterum autem in jure, quod scilicet Ecclesiasticum Beneficium ex ingenita sua indole, & natura ita in titulum perpetuum conferri debet, ut ab illius Possessore nequeat ulla ratione abstrahi, nec aliqua in ejus præsentatione, seu collatione possit adjici nova lex, conditio, aut onus, unde Beneficii Rector ad certum dumtaxat tempus, vel donec Clericus passive vocatus superveniat, debeat illud retinere, nisi id fuerit explicite ab ipso Fundatore sancitum, secundum ea, quæ ad rem communiter docent *Card. de Luc. de Jurepatronatus disc. 20. num. 6. Amostaz de Caus. piis lib. 3. cap. 8. n. 74. Piton. discept. Eccl. 22. sub num. 39. Pignattel. consult. 36. num. 1. 10. 10, Corrad. in Prax. Benef. lib. 1. cap. 6. n. 281., 288., & seqq.*

His itaque perpensis e conspectu æquitatis, quæ ceteroquin Fundatori, ejusque Familiæ videtur plurimum suffragari, onus erit Eminentiarum VV. deliberare,

I. *An Nicolaus Cæsar de Avolos Fundator Beneficii Jurispatronatus Laicorum, de quo agitur, stante obitu Rectoris ab ipso in Fundatione primo loco nominati, valeat iterum alium præsentare, vel supplicare pro se ipso; sive potius factus sit locus vacationi ad dictum Juspatronatus favore Capituli Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Cyliarum in casu &c.*, & quatenus negative ad primam, & secundam partem, & affirmative ad tertiam.

II. *An dictum Beneficium competat eidem Capitulo irrevocabiliter etiam in casu supervenientiæ Descendentium Clericorum Francisci Avolos in casu &c.*

Ad I. in casu de quo agitur, Nicolaum Cæsarem posse supplicare pro se ipso. Ad II. provisum in primo.

Sess. 21. c. 6., & Sess. 24. c. 13. de ref.

NULLIUS, SEU FARFEN. UNIONIS CANONICATUUM. Sub annum 1670. Volumnia Angeletti per actum donationis, quæ inter vivos nuncupatur, Collegiatæ Ecclesiæ S. Pauli Terræ Fortii duas reliquit ex tribus partibus „ omnium, & singulorum ejus Bonorum mobilium, & „ stabilium, censuum, Jurium, & actionum, ac favorum ad ipsam quan„ documque, & qualitercumque spectantium tam de suis Bonis dotali„ bus, quam de Bonis hæreditariis qu. Alphonsi Lutii ejus Germani præ„ sentium, & futurorum, *hac tamen adjecta declaratione, seu lege*, „ *quod* de Bonis sic ut supra donatis dictæ Ecclesiæ S. Pauli debeat erigi „ unum Juspatronatus Canonicale, & Canonicus electus esse debeat su„ pranumerarius cum signo Almutiæ cum omnibus honoribus, & oneri„ bus, privilegiis, & exemptionibus, quibus ad præsens fruuntur „ DD. Canonici, & teneatur assistere in Choro, & recitare Horas Ca„ nonicas, & Officia Divina, & cum onere faciendi duas res sacras qua„ libet Hebdomada in perpetuum pro ejus, & suorum Animabus, & in „ defectum debeat subjacere punctaturis, ut alii Canonici, applicandis „ Sacristiæ dictæ Ecclesiæ.

Deinde vero quoad Juspatronatus tam activum, quam passivum ita cautum reliquit: „ In primis dicta Donatrix eligit, & deputat in Canonicum su„ pranumerarium D. Franciscum Filium D. Praxedis ejus dilectum Ne„ potem,

„ Nepotem, quo recusante, vel decedente, eligit, & nominat Angelum Antonium ejus alium Nepotem, filium d. Praxedis, quo similiter recusante, vel decedente, eligit, & nominat Joannem Baptistam alium ejus Nepotem, & filium d. Praxedis, & in defectum supradictorum ejus trium Nepotum, eligit, & nominat alios Filios dictae D. Praxedis, Filios quoque D. Victoriae alterius ejus Filiae, & Filios D. Luciae Filiae qu. D. Mariae alterius ejus Filiae, quorum declarat esse illum qui prius erit in Sacris constitutus, nec existens sit ille, qui erit majoris aetatis, quatenus sit habilis, & sic in infinitum &c. quousque duraverint totae lineae dictarum suarum Filiarum, & deficientibus totis lineis dd. ejus Filiarum, dedit authoritatem, facultatem Ven. Capitulo, & Canonicis dictae Ecclesiae eligendi Sacerdotem, qui erit in dicta Terra Fortii, & non alibi, & non existens Sacerdos, debeat eligi unus alter de dicta Terra Fortii, qui erit in Sacris constitutus, & qui sit major habilis.

Eidemque demum Ecclesiae relinquit Bona, quae sibi ex haereditate Mercurii filii praedefuncti obvenerant, sub ea lege, quod integer istorum Bonorum ususfructus pertinere deberet, ad Franciscum, Angelum Antonium, & Joannem Baptistam priori loco ad supradictum Canonicatum nominatos, donec vixerint, post obitum vero ultimi Canonici ex dictis tribus primo nominatis, *de omnibus supradictis Bonis* (sunt verba donationis) *eligi debeat alius Canonicus ultra alium electum eodem modo ut supra, cum omnibus honoribus, & oneribus in Choro, & Missis praedictis*; hujusque secundi Canonicatus jus patronatum, deficientibus Successoribus, & Descendentibus ex lineis dictarum ejus Filiarum, eidem Capitulo reservavit.

E vivis erepta memorata Volumnia, erectus fuit ex illius Bonis dotalibus, & fraternis prior ex dictis duobus Canonicatibus, cumque obtinuit Franciscus Pascucci primo loco nominatus, qui una cum fructibus ejusdem Canonicatus usque ad annum 1725. potitus fuit usufructu aliorum Bonorum a pia Donante pro secundi Canonicatus erectione assignatorum; Post obitum vero Francisci dicto anno 1725. secutum, cum nullus alius superstes foret ex Descendentibus Filiarum Volumniae, qui posset ad dictum Canonicatum aspirare, eumdem assecutus est Sacerdos Paschalis Rampazzi, a quo, neglecta erectione secundi Canonicatus, cui factus jam fuerat locus ob deficientiam dictorum Francisci, Angeli Antonii, & Joannis Baptistae, ad haec usque novissima tempora ultra annuos proventus memorati Canonicatus, perceptus quoque est integer ususfructus Bonorum, quae pro dote secundi Canonicatus fuerant designata.

Id itaque animadvertens Liberatus Quagliati cessionem Jurium a Rev. Fabrica S. Petri pro applicatione fructuum ex eisdem Bonis a Paschali, ut ipse putat, indebite perceptorum impetravit, subindeque in vim ejusmodi cessionis judicium coram R. P. D. Oliverio Judice Tribunalis ejusdem Rev. Fabricae instruxit contra dictum Paschalem, qui e converso cum antea in supplici libello Summo Pontifici porrecto exposuisset: „ Che le „ rendite, che presentemente esistono, quando anche si comprendesse „ qualche credito esigibile, non corrispondono di molto all' ordinaria „ dote, che hanno gli altri Canonici della stessa Collegiata, a i quali di „ più non sono ammessi li pesi, che soffrono questi appartenenti all'Ora „ tore, i quali pesi in uno di detti Canonicati, quasi equivalenti all'intiero fruttato di esso, e nell'altro di poco minori, compresi anche li „ detti Crediti, *rogans proinde Sanctitatem Suam*, che attesa la scarsa „ quantità de frutti di detti due Canonicati, ed i detti pesi eccessivi annessi, *authoritate suprema jubere dignetur*, la riduzione di detti due

" Canonicati in uno solo, che anche, accordata la grazia dalla S. V.,
" resterebbe un Canonicato inferiore agl' altri Canonicati di detta Colle-
" giata, attesi li pesi maggiori " obtinuit ab Eminentissimo Cardinali
" Pro-Auditore Sanctissimi decerni, ut, antequam ad ulteriora coram
" Judice Tribunali Rev. Fabricæ procedatur, petitio Canonicatuum re-
" ductionem concernens ab hoc Sacro Senatu examinetur.

Rogatus jampridem clar. mem. Cardinalis Barberinus veluti Abbas Farfensis Sacram Congregationem super iis, quæ in memorato libello Paschalis Rampazzi exposita fuerant, instructam reddere, suique animi Sententiam aperire, id negotii commisit Episcopo Montis Alti, qui retulit, annuos fructus ex bonis Testatricis obvenientes, tametsi hodie a dicto Paschali forte non percipiantur nisi in scutis 32. 50., posse tamen ad annua scuta septuaginta ascendere, si credita in summa scutorum 505. exigantur, & bona, quæ penes deserta manent, ad meliorem redigantur culturam, itaut si bini erigerentur Canonicatus, eorum reditus, detractis etiam quibuscumque oneribus a Paschali indicatis, saltem ad annua scuta decem, & septem ascenderent, quæ summa non esset incongrua, cum tenues pariter sint proventus aliorum Canonicatuum in dicta Collegiata existentium, & alter præsertim ex eis, qui supranumerarii dicuntur, vix quidquam ultra annua scuta decem, & octo percipiat. Cæterum idem Episcopus Montis Alti in sua relatione concludit, quod circa petitam Canonicatus reductionem nihil modo videatur innovandum, sed firmari prius debeat status omnium Bonorum, idque oneris committendum fore censeret Capitulo, cui Juspatronatus fuit a Testatrice reservatum.

Ejusmodi literas Episcopi Montis Alti ad hanc Sacram Congregationem remisit prælaudatus Cardinalis Barberinus, hoc unum significans in iisdem sibi occurrisse animadvertendum: " Num forte expediat, quod idem Epi-
" scopus proponit, ubi ait, videri sibi, quod cura recensendi, descri-
" bendique Bona universa a prædicta Testatrice pro dictorum Canonica-
" tuum erectione relicta, itidemque Creditorum exactio committenda
" sit Capitulo ejusdem Collegiatæ, ut quemadmodum electionis commo-
" dum ad ipsum pertinet ex dispositione Testatricis, ita prædictum onus,
" & cura eidem incumbat. Verum sic comparatum est, & usus docet,
" ut, quod in universum alicui Communitati committitur, magis ne-
" gligatur, quam si certæ cuipiam Personæ demandatum fuisset. Quo-
" circa personam ad id munus idoneam designandam censerem, sum-
" ptibus tamen, ac periculo ipsius Capituli, nisi aliter sapientissimo
" EE. VV. judicio visum fuerit.

Placeat itaque EE. PP., perpensis iis, quæ hactenus in facto exposita sunt, una cum juribus facile in utramque partem afferendis, deliberare,

An sit locus unioni, seu reductioni Canonicatuum in casu &c.

Dilata, & firmetur status hæreditarius coram Vicario Generali Eminentissimi Abbatis, deputata ab eodem Persona sibi benevisa pro exactione Creditorum sumptibus hæreditatis.

CAPU-

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS. Renuentibus Presbyteris Participantibus Receptitiæ Ecclesiæ S. Leonis Civitatis Salæ admittere ad participationem ejusdem Ecclesiæ Sacerdotem Blasium Graviere, tum quia ex Parentibus exteris sit ille progenitus, ac proinde civica qualitate hunc in finem necessaria destitutus, tum etiam quia morbo epileptico laborans nequeat Choro interesse, aliasque peragere Ecclesiasticas functiones a Presbyteris Participantibus explendas, idem Sacerdos, ne damnum ferat istius repulsæ, quam sibi injuria datam arbitratur, ab hoc Sacro Senatu flagitat declarari, se ad dictam participationem fore admittendum. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

Duo in Jure præmittit Orator, alterum quod Capitulum, seu Clerus cujuslibet receptitiæ Ecclesiæ tenetur ad participationem Massæ communis admittere Presbyteros, qui ex Parentibus civibus procreati ibi retinent domicilium, ceterisque pollent qualitatibus ad id ex Statuto, aut consuetudine Ecclesiæ necessariis, ut, si detrectet ejusmodi Presbyteros ad participationem admittere, iidem pro admissis habeantur, atque a die denegatæ admissionis fructus omnes, quotidianas distributiones, ac alia quæcumque emolumenta lucrentur, ad tradita *per Barbos. de Can. cap.* 15. *num.* 11. *&* 12. *Card. de Luc. eod. tit. disc.* 22. *num.* 4. & firmavit *Rot. dec.* 9. *num.* 10., *& dec.* 431. *num.* 27. *par.* 18. *rec. in Imolen. Consortii* 30 *Aprilis* 1708. §. *fin. cor. bon. mem. Lancetta*, *& in Majoricen. Collegiatæ* 13. *Martii* 1708. §. *Et sane cor. bo. me. Omanna*, alterum vero, quod is dicatur alicujus Civitatis, seu Oppidi originarius, qui ex Parentibus in ea Civitate, seu Oppido non casu fortuito, sed animo domicilium ibidem contrahendi degentibus ortum habuit, juxta *Text. in L. Cum te*, *& in L. Si quis Cod. de municip.*, *& orig. lib.* 10 *& in L. Privilegio Cod. de Incol. eodem lib.* 10., adeoque inter cætera civica jura illud obtineat, ut ad Beneficia, & alia quæcumque id genus emolumenta pro originariis fundata debeat admitti, secundum ea, quæ magistraliter firmavit *Rot. in Theanen. Canonicatus* 7. *Junii* 1737. *per tot. cor. Eminentissimo D. Card. Rezzonico*, & novissime resolvit Sacra Congregatio *in Andrien. Aggregationis* 7. *Septembris* 1737. *& in Juvenacen. Admissionis ad Consortium dicta die* 7. *Septembris*, *& eodem anno* 1737.

In facto autem, ut ostendat, se esse originarium municipem Salæ, præter alia documenta, quibus satis constare authumat, se hactenus memoratæ Ecclesiæ sedulo, ac laudabiliter inservisse, nec umquam asserto morbo epileptico fuisse obnoxium, attestationem profert plurium Civium, qui, interposita jurisjurandi religione, affirmarunt „ Conoscere, e sapere benissimo Antonio Graviere, il quale si diceva essere della Terra di Abbojola, ma si portò qui di tenera età, ed ha fatto qui domicilio per lo spazio di 70. anni con essere stato casato con Vittoria del Negro Cittadino di questa Città, colla quale procreò due figli maschi, uno chiamato Giuseppe, e l'altro Matteo, ch'oggi sono viventi, e dalli stessi Giuseppe, e Matteo sono nati i Sacerdoti D. Antonio, e D. Biagio Graviere, così il detto Giuseppe, come il sudetto Matteo sono stati sempre reputati per Cittadini, e sanno benissimo, che hanno portato, e portano il peso di questa Università, come tutti gli altri Cittadini, e sanno ancora, come i sudetti Giuseppe, e Matteo sono stati sempre trattati, e reputati per Figliani della Parochiale Chiesa di S. Leone in dove sono stati annotati, e ascritti alla tabella di detta Chiesa i sudetti Sacerdoti fin da che furono Chierici, e poi Subdiaconi, e Diaconi, con aver servita la Chiesa sudetta, come tutti gli altri Figliani,

„ e dal Rev. Rettore della stessa, e Preti, formati Processi, e requisiti,
„ e Fedi necessarie per ascendere al Sacerdozio.

Episcopus in Literis ad Sacram Congregationem datis confirmat primum omnia ea, quæ in mox relata attestatione enarrantur, deinde refert, ex scripturis satis compertum haberi, non minus in prædicta Parochiali S. Leonis, quam in reliquis quatuor præfatæ Civitatis Salæ quamplurimos Sacerdotes Filianos fuisse admissos ad servitium, & participationem Parochialium natos ex Patribus tantum exteris, qui per Matrimonium domicilium solum contraxerant in dicta Civitate, *& demum, recensitis documentis per dictos Presbyteros allatis, subdit*: Tamen omnibus prædictis attestationibus dissonant aliæ per Oratorem exhibitæ de directo contrariæ, & inter se adversantes, tum aliorum Officialium Universitatis prædictæ, tum etiam duorum Medicorum Concivium, aliorumque de convicinatu dicti Blasii, qui omnes fatentur de integra, & perfecta valetudine ejusdem, *suam in hæc verba aperiens Sententiam*: His igitur præmissis concendum mihi videtur, Oratorem Blasium jure petere admissionem in Clerum, & participationem Massæ communis suæ Parochialis, eique quoad Civicam qualitatem statutum facere, & valde suffragari admissionem sequutam alterius Fratris consobrini descendentis pariter ab eodem stipite extero, licet sub conditione privationis vocis, quæ cum redoleat pœnam, immerito proinde petitur etiam attenta judiciali protestatione.

Omnibus itaque perpensis, grave non erit EE. VV. decidere.

An sit locus admissioni Sacerdotis Blasii Graviere ad participationem in Ecclesia receptitia S. Leonis Civitatis Salæ in casu &c.

Dilata ad Sequentem.

Sess. 24. c. 18. de ref.

CAPUANA CONCURSUS. Archiepiscopus Capuanus, sequuta sub mensem Aprilis proxime præteritum vacatione Parochialis Ecclesiæ nuncupatæ S. Mariæ *la Fossa*, die 9 insequentis mensis Maii jussit consuetum affigi Edictum, quo omnes ad illius Ecclesiæ curam concurrere cupientes excitarentur ad se præsentandum infra viginti dies, suaque nomina, cognomina, & Patriam in Actis Curiæ Episcopalis describi faciendum, ut eo elapso termino, possent examen coram se, & Synodalibus Examinatoribus sub diem 30 ejusdem mensis Maii habendum subire; postmodum vero animadvertens idem Archiepiscopus, septem dumtaxat ex viginti septem Examinatoribus electis in Synodo a Prædecessore suo cl. mem. Cardinali Caracciolo sub annum 1729. celebrata superstites esse, eosque a nonnullis Presbyteris concurrere optantibus in suspectos fuisse renunciatos, curavit sibi a Sacra Congregatione fieri potestatem deputandi extra Synodum, accedente Capituli consensu alios octo Examinatores ad annum de more duraturos.

Verum quia Capitulum renuerat tunc primum pro deputatione dictorum octo Examinatorum præstare consensum sub obtentu, quod reliqui dum adhuc essent septem ex iis in memorata Synodo a Cardinali Caracciolo electis, sufficerent isti, nec alii propterea deberent extra Synodum absque necessitate deputari, & e converso memorati Presbyteri nollent judicio dictorum septem Examinatorum se subjicere, Archiepiscopus terminum in enunciato Edicto præfixum prorogavit, deindeque Promotor Fiscalis ejus Curiæ Sacrum hunc adiit Consessum postulans congruum præfigi Capitulo terminum, intra quem jura sua, cur nollet enunciatæ deputationi octo Examinatorum assentiri, Sacræ Congregationi exponeret. Demandata itaque fuit petita termini præfixio, quod secuta post plura Acta hinc inde judiciario expleta Capitulum non abnuit prius explicitum pro quinque ex dictis Examinatoribus consensum tradere, & tandem prævia renunciatione cuicum-

cumque liti acquievit, ut tres quoque alii pro legitime electis, & deputatis renuncientur.

Hac autem controversia vix extincta, prodiit in scaenam Sacerdos Nicolaus Bartolomei, qui contendens, nequivisse ab Archiepiscopo prorogari terminum ultra viginti dies in superius enunciato Edicto prefixos, adeoque collationem dictae Parochialis ob concursum die 30. mensis Maii nuper elapsi non convocatum ad Apostolicam Sedem ex praescripto notissimae Constitutionis S. Pii V. incipien. *In conferendis* devolutam fuisse, postulavit nullam imposterum fieri concursus convocationem, donec a Sacra Congregatione definiatur, num dictus terminus potuerit prorogari: quocirca Promotor Fiscalis, ne Parochialis haec Ecclesia in spirituale Populi detrimentum diutius vacet, ac praeterea, ne forte contingat eamdem Parochialem conferri praefato Sacerdoti Bartolomei, qui sub annum 1734. fuit in Archiepiscopali Curia de homicidio in loco vacantis Ecclesiae patrato inquisitus, bina infrascripta Dubia in hodierna Congregatione decidi rogat.

Porro quod attinet ad primum ex iisdem Dubiis, ubi quaeritur, an terminus viginti dierum pro habendo concursu in memorato Edicto praefinitus potuerit ab Archiepiscopali Curia prorogari, ita ut modo ad ejusdem concursus convocationem procedi queat, notandum in jure proponitur, quod, licet in memorata Constitutione S. Pii V. terminus, intra quem concursus ad Parochiales Ecclesias haberi debet, viginti dies nequeat excedere, itaut, iis elapsis, & concursu non habito, earumdem Parochialium Ecclesiarum collatio ad Apostolicam Sedem devolvatur, quemadmodum consentanee ad dictam Constitutionem Pianam tradunt, communiter *Ventrigl. in prax. For. Eccl. part.2. annot.5. §.2. n.4. Antonell. de regimin. Eccl. lib.3. cap.6. n.18. Card. de Luc. de Jurepatron. disc.6. n.4.*, *de Paroch. disc.37. n.46. & de Benef. disc.25. n.6.*, attamen Episcopus, aliquo interjecto impedimento, aut justa concurrente causa, ob quam viginti dierum spatio nequiverit convocari Concursus, potest utique terminum ultra viginti dies prorogare, deindeque cessante impedimento, intra illum sic prorogatum ad Concursus convocationem procedere, secundum ea, quae cum aliis notat *Massobr. in prax. haben. Concurs. ad Parochial. requisit.3. dub.7. n.2. in fin.*, & colligitur ex resolutione Sacrae Congregationis edita in *Portugallen. Paroch. 30. Martii* 1737.

In facto autem hae potissimum indictae prorogationis causae a Promotore Fiscali afferuntur; prima est, quod septem antiqui Examinatores ita se ostenderint propensos ad renunciandum magis idoneos Presbyteros sibi benevolos, ut a nonnullis Presbyteris in Actis Concursus descriptis fuerint, uti praemissum est, tamquam sibi plurimum suspecti recusati, proindeque non debuerit coram illis haberi Concursus, dum cogendos non esse Presbyteros concurrentes sistere se coram Examinatoribus, quos juste in suspectos allegaverint, firmant adducti per *d. Massobr. in prax. haben. Concurs. ad Parochial. requisit.5. dub.3. n.1. Gonzal. ad Reg.8. Cancell. gloss.9. §.1. n.186. Pax Jordan. de re Benef. lib.10. tit.8. n.190. tom.3.* & constat ex Rescripto Sac. Congregationis *in Lucerina Concurs. 26. Novembr.* 1661. *lib.*22. *Decr. pag.*724. *ad III. Dub.*; secunda, quod Capitulum tandiu renuit in deputationem aliorum octo Examinatorum, coram quibus concursus haberi posset, consentire, ut necesse fuerit terminum jam labentem prorogare; & tertia demum, quod tres ex Sacerdotibus in Actis Concursus descriptis, nondum elapso termino viginti dierum, in aegritudinem inciderint, adeoque omnis postulaverit aequitas, ut examen ad ipsorum instantiam,

tiam, prorogato priori termino, differretur, ut in ejusmodi circumstantiis faciendum monent *Ugolin. de Offic. Episc. cap.50. §.10 n.4. Leo in Thesaur. For. Eccl. part.2. cap.3. n.55. Garz. de Benefic. part.9. cap.2 n.215. in fin. Barbos. ad Concil. Sess.24. cap 18. num.68. de Ref.*, & consonant Resolutiones Sacri hujus Consessus *in Cremonen. lib.3. pag.85. ad I. II., & III. Dub.*, & in supracitata *Lucerina Concursus 26. Novembris 1661. lib.22. Decret. pag.714. ad I. Dub.*

Quod vero attinet ad alterum Dubium, in quo disceptatur, num præfatus Sacerdos Nicolaus Bartolomei sit admittendus ad Concursum controversæ Parochialis, binæ ad illum excludendum proferuntur attestationes, altera Sacerdotis Nicolai Stellato affirmantis ,, come è publico, e notorio in
,, detto Casale, che il Sacerdote D. Nicola di Bartolomeo l'anno 1734.
,, commise un Omicidio in persona di Francesco dell'Aquila, e per questo
,, viene diffamato. Anzi Benedetto dell'Aquila Fratello del morto lo mi-
,, naccia giornalmente di volerlo uccidere, tanto che ha detto publica-
,, mente alla Madre, e Sorelle di detto Sacerdote D. Nicola di Bartolo-
,, meo, che non pretendesse di venir Parocho di detta Parocchia, ove si
,, trova sepellito il defonto suo Fratello da lui ammazzato, che indubita-
,, tamente l'avrebbe tirata un archibugiata, e questo lo so per essere Cu-
,, rato di quel Casale, e per essere publico, e noto a tutta la gente di quel
,, Paese; *& altera, in qua deponitur a quatuor Testibus*, come nell'an-
,, ni passati essendo insorte alcune differenze tra il Rev. D. Nicolò di Bar-
,, tolomeo, e Francesco dell'Aquila della Terra di S. Cipriano commo-
,, rante anche in detto Casale, sentimmo dire, che verso le tre ore di not-
,, te fu dal detto D. Nicola ammazzato con un pugnale il detto Francesco:
,, Però il Popolo ne vive mal sodisfatto di detto Sacerdote per detta cau-
,, sa, che se mai egli venisse per Paroco in detto Casale, si moverebbe in
,, esso un'inquietudine, e detti Cittadini mal contenti per causa d'un a
,, mancanza grave, e potrebbe ancora portare notabilissimo danno alli Pa-
,, renti dell'Ammazzato, i quali sarebbero astretti a pigliare qualche ri-
,, soluzione non dovuta, per doverlo avere di continuo avanti gl'occhi
,, con le mani imbrattate del sangue di detto proprio Parente: Onde in
,, vece di approfittarsi del detto Sacerdote D. Nicola, quale dovrebbe
,, fare da commune Padre, e Pastore dell'Anime, più tosto verrebbero
,, ad essere alienate di accostarsi alli Sacramenti.

Et quamvis Franciscus Granata Metropolitanæ Ecclesiæ Archidiaconus, & Pro Vicarius Generalis sub diem 23. Decembris 1734. -- ,, visa relatione,
,, & expoliatione Processus contra supradictum Sacerdotem Nicolaum de
,, Bartholomæo, ut supra fabricati, visisque exculpatione Rosæ Serrao,
,, & Scipionis dell'Aquila querelantium &c. necnon attestatione, & de-
,, claratione per Dominicum Stanzione habitis, attentoque gratioso re-
,, scripto Archiepiscopi & ob solemnitatem Festivitatum Sanctissimæ Na-
,, tivitatis D. N. J. C., & ob adventum Majestatis Regis, *providerit*,
,, *atque decreverit*, prædictum Nicolaum fore, & esse absolvendum, &
,, liberandum ab inquisitione, & inquisitionibus prædictis, & amplius
,, pro causa, & causis prædictis non molestari mandaverit ,, -- Adhuc tamen opponitur, demandatum fuisse in mox relato Decreto, ut *Nicolaus quoad irregularitatem forsan coram Deo incursam* suæ consuleret conscientiæ, itidemque eumdem Nicolaum haudquaquam fuisse ex capite innocentiæ ab impacto homicidii crimine absolutum, adeoque ab illa infamiæ nota, quam præsertim in loco, ubi erecta reperitur controversa Parochialis, contraxit, non esse expurgatum, ut merito proinde ab assecutione

tione cujuscumque Beneficii, ac praesertim Parochialis praedictae sit arcendus, uti per expressos Textus in *Cap. Inter Dilectos* 11. *de excess. Prælat.*, *& in Cap. Omnipotens de accusat.* tradunt *Lotter de re Benef. lib.2. qu.31. n.145., & seqq. Card. de Luc. ad Concil. disc.12. n.19. vers. Secus autem. Pignatell. consult.16. n.6. vers. Secus tom.7.*, & resolvit Sacra Congregatio in *Vigilien.* 23. *Septembris* 1673. *lib.28. pag.*170. *ad I. Dub.*

Jura, quibus Sacerdos Bartholomaei, & se a nota, qua inuritur, vindicare, & petitionem suam fulcire contendat, nondum allata sunt; Vestrum itaque erit, EE. PP., decidere.

I. An prorogatio Edicti facta a Curia Archiepiscopali pro habendo concursu ad Parochialem Ecclesiam S. Mariae la Fossa sustineatur, itaut sit procedendum ad ulteriora in convocatione concursus in casu &c.

II. An Sacerdos Nicolaus Bartholomaei sit admittendus ad eumdem concursum in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative, & Archiepiscopus mandet Sacerdotem Bartholomaei abstinere a celebratione Missae, donec docuerit de obtenta dispensatione super irregularitate.

Die Sabbati 5. Dacemb. 1739

JANUEN. MATRIMONII. Disceptatis ad preces Illustrium Conjugum Theresiae ab Auria Filiae Ducis Thursiae, & Joannis Andreae Principis Melphii tribus hisce Dubiis. *Sess.14. c.1. de ref. Matr.*

I. An sit locus praetensae dissolutioni Matrimonii, *Et quatenus negative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio tamquam rato, & non consummato, *& quatenus negative ad utrumque*.

III. An sit locus coactioni ad praestanda obsequia Matrimonialia in casu &c.

Eminentissimi PP. sub diem 22. Augusti labentis anni rescripsere *Ad mentem*, quae in haec verba fuit explicata -- „ Mens est, quod pro majori instructione Sacrae Congregationis fiat nova recognitio Corporis Viri intra totum Mensem Novembris in Civitate Status Ecclesiastici designanda ab Eminentissimo Praefecto per quatuor Peritos secreto eligendos ex officio per dictum Eminentissimum Praefectum cum assistentia D. Secretarii, & post exaratas Peritias, receptumque examen eorumdem Peritorum juxta formam servatam Placentiae, absque tamen interventu, & intimatione Partium, Processiculus inde confectus, transmittatur a D. Secretario per manus EE.PP., deindeque absque ulla communicatione facienda Partibus Causa denuo proponatur cum iisdem Scripturis tantum, & ad effectum praemissorum ad Eminentissimum Praefectum cum facultatibus necessariis, & opportunis.

Cum autem praedicta omnia in obsequium Sac. Congregationis religiose peracta fuerint, reliquum modo est, ut EE.PP., inspecto Processiculo, qui ad ipsorum manus juxta eorumdem mandata obsignatus transmittitur, decidere non graventur.

I. An sit locus praetensae dissolutioni Matrimonii, *& quatenus negative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro Dispensatione super Matrimonio tamquam rato, & non consummato, & quatenus negative ad utrumque.
III. An sit locus coactioni ad praestanda obsequia Matrimonialia in casu &c.

Iterum proponatur.

Sess. 24. c. 4. de ref.

LARINEN. Cum noluerit Congregatio Canonicorum Regularium Lateranensium assentiri concordiae, quas Abbas Monasterii Tremitarum anno 1734. inierat cum Episcopo Larinensi super erectione Parochiae in Ecclesia S. Agathae ad praefatum Monasterium spectante, post plures in eumdem conciliandae rei finem coram Eminentissimo Lercario dicti Religiosi Ordinis Protectore sermones inutiliter habitos, oportuit tandem discutienda proponere decem sequentia Dubia.

I. An constet de existentia antiquae Parochiae, & in quo loco, & quatenus negative.
II. An sit locus reintegrationi, & quatenus negative.
III. An sit locus distributioni, & respective erectioni novae Parochiae, seu potius deputationi Vicarii pro exercitio curae Animarum existentium tam in loco S. Agathae, seu Civitatis ad Mare, quam etiam in aliis duobus Feudi S. Leuci, & Ramitelli, eorumque Territoriis spectantibus ad Monasterium S. Mariae Tremitarum, & quatenus affirmative quoad primam partem.
IV. An, & in quo loco, & cujus expensis sit construenda dicta Parochia.
V. An Abbas Tremitarum, donec construatur nova Ecclesia Parochialis, teneatur pro exercitio curae animarum praestare commodum in Ecclesia S. Agathae in eodem loco.
VI. An, & a quo sit subministranda congrua, tam in casu erectionis novae Parochiae, quam in casu deputationis Vicarii.
VII. An deputatio Parochi, seu Vicarii pro exercitio curae Animarum debeat esse liberae collationis Episcopi Larinen., seu potius fieri debeat ad nominationem Abbatis Tremitarum.
VIII. An idem Episcopus exercere possit ordinariam jurisdictionem in Clerum, & Populum ejusdem Parochiae.
IX. An Incolae, & Habitatores S. Agathae, seu Civitatis ad Mare S. Leuci, & Ramitelli teneatur solvere Decimas Praediales, & Personales tam Episcopo, quam Parocho, seu alteri eorum tantum, & cui in casu &c., & quatenus negative.
X. An exactio dictarum Decimarum per Episcopum facta sit attentata, & quomodo illa sit purganda in casu &c.

Ad quae tamen sub diem 1. Augusti proxime praeteriti non placuit Sacro huic Senatui sigillatim respondere, sed consulendi non minus Partium tranquillitati, quam spirituali Incolarum illius Religionis commodo rescriptum est -- „ Servetur concordia anni 1734. juxta modum, & modus est, quod „ Parochus deputandus in Ecclesia S. Agathae appelletur Vicarius, non „ autem Æconomus, prout denominatur in Capitulo tertio dictae transa- „ ctionis, quod jus eligendi, & deputandi Æconomum interinum in ca- „ su cujuslibet vacationis praeservetur Reverendissimo Episcopo, quodque „ demum deleatur Capitulo 6. ejusdem Transactionis expressio, quod Vi- „ sitatio dictae Ecclesiae Parochialis fieri debeat ab eodem Reverendissimo „ Episcopo jure delegato; quo vero ad decimas videatur particulariter, „ citatis interesse habentibus.

Verum-

Verumtamen huic resolutioni non acquievere Canonici Regulares, qui beneficium novae audientiae animo postulandi ab illa recessum jampridem impetrarunt. E converso Archipresbyteri, & Capitula tam Ecclesiae nuncupatae in Sylvis Terrae Serrae Capriolae, quam alterius Ecclesiae Parochialis ejusdem Terrae, itidemque Parochus Terrae Chienti consentanee ad supra enunciatum Rescriptum jussu Sac Congregationis excitati ad deducenda jura, si quae habere putarent, super decimis, quas Episcopus sibi ab Incolis dicti Oppidi S. Agathae, seu Civitatis ad Mare S Leuci, & Ramitelli persolvendas esse contendit, unanimiter declararunt, nullum ipsos super controversis Decimis jus sibi asserere, sed eas integre ad Episcopalem Mensam pertinere; quocirca Promotor Fiscalis ejusdem Episcopalis Curiae hoc suffultus documento nedum urget decisionem primi ex infrascriptis Dubiis ad petitionem Canonicorum Regularium concordati, verum etiam enixe flagitat, ut alia duo, quorum resolutio in dicta Congregatione diei 1. August. suspensa fuit, in hodierna definiatur.

I. An sit standum, vel recedendum a Decisis a primo usque ad nonum Dubium.

II. An Incolae, & Habitatores S. Agathae, seu Civitatis ad Mare Sancti Leuci, & Ramitelli teneantur solvere Decimas praediales, & personales tam Episcopo, quam Parocho, vel alteri eorum tantum, & cui in casu &c. *& quatenus negative*.

III. An exactio decimarum per Episcopum facta sit attentata, & quomodo illa sit purganda in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

ROMANA ONERIS MISSARUM. Cum in Congregatione habita sub diem 23. Novembris 1737. fuerit ab EE PP rescriptum, onus trium Missarum, & Anniversarii a Ludovico Anguisciola olim utriusque Signaturae Referendario injunctum Fratribus S Andreae de Fractis Ordinis Minimorum S Francisci de Paula in Instrumento venditionis cujusdam Vineae extra Portam Salariam existentis comprehendi sub Decreto Sacrae Congregationis die 18. Julii 1708. edito, & per extensum relato in Folio dictae diei 23. Novembris, proindeque locum minime esse applicationi annualitatum decursarum, quas Ministri Rev. Fabricae S. Petri contendebant eidem esse quaesitas ex eo, quia praedicti Fratres post lapsum quinquaginta annorum a die memoratae venditionis Missas in illius contractus instrumento conventas non celebrassent, hodie memorati Ministri utentes beneficio novae audientiae postmodum impetrato supplicant responderi. *Sess.22. Decr. de obser. & evit. in celeb. Miss.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

SENOGALLIEN. FUNERUM. Plura postulantibus Parochianis Castri Scapezzani adversus Sacerdotem Thomam eorum Plebanum; Primo nempe, Taxam novissime ab Episcopo confectam super emolumentis ab eodem Plebano occasione associationis Cadaverum exigendis non esse executioni demandandam, sed eam debere multiplici in parte reformari; Secundo, ad probandam Sepulturae electionem haud quaquam requiri Testes sub jurisjurandi religione coram Notario deponentes, sed sufficere, ut ii, qui de Sepulturae electione testantur, vel coram ipso met Plebano, vel coram Vicario Foraneo oretenus cum juramento deponant, & tertio demum, submovendum omnino esse abusum quemdam recens inductum exigendi unam candelam trium saltem unciarum occasione, vel administrationis *Sess.25. c.13. de ref.*

Extremæ Unctionis, sive Restitutionis Imaginis Sanctissimi Crucifixi apud Moribundum oleo Sancto perunctum relictæ, & ad sedandam litem inde obortam tria fuerant jamdudum in contradictorio Partium subscripta Dubia, quæ in Folio diei 11. Aprilis proxime præteriti, ubi status Causæ refertur, apposita fuerunt; At eorum discussio non fuit sub illam diem ab Eminentissimis PP. assumpta ob novas preces eadem die expositas nomine Parochianorum, qui plurimum dolentes de insueto onere sibi ab Episcopo ad Plebani petitionem injuncto, deferendi nimirum ad Sepulturam Cadavera pauperum Parochianorum, eaque associandi sub mulcta unius libræ ceræ beneficio Parochialis Ecclesiæ applicandæ, enixe rogarunt, ut tribus prioribus Dubiis quartum adderetur recentiorem hanc controversiam complectens uno, eodemque tempore decidendum.

Cum itaque juxta Parochianorum vota in hodierno Consessu Causa proponatur sub quatuor Dubiis, non abs re est ad decisionem postremi, quo quæritur, utrum sit onus Parochi, pauperum Cadavera ad Ecclesiam Parochialem deferri facere, sive potius Parochiani ad illa deferenda compelli queant, breviter indicare, quod Parochi tenentur Cadavera Parochianorum, quibus nihil superest, ut possint humari, gratis omnino, suisque sumptibus juxta Ecclesiasticos Ritus, piamque Ecclesiæ consuetudinem sepelire, uti expresse statutum habetur tum in Rituali Romano *sub tit. de exequiis ibi* -- „Pauperes vero, quibus mortuis nihil, aut ita parum supersit, ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur, ac debita lumina suis impensis, si opus fuerit, adhibeant Sacerdotes, ad quos Defuncti cura pertinet, vel aliqua pia Confraternitas, si fuerit, juxta loci consuetudinem, -- tum etiam in Statuto Cleri Romani ibi -- Parochus ad præscriptum Ritualis Romani curet sepelire Pauperes gratis, adhibitis etiam duobus saltem luminibus suis impensis, & tradunt adducti „ *per Passerin. de Stat. Homin. qu.*188. *art.*4. *inspect.*3. *n.*166. *& seqq. Amost. de Caus. piis lib.*6. *cap.*3. *sub n.*46. *Ursaya disc.*18. *Tom.*2. *par.*1., & consonat Resolutio Sacræ Congregationis *in Cassanen.* 5. *Maii* 1617.

Hoc igitur ob oculos habito, perpensisque iis, quæ in Folio sub dicta die 11. Aprilis labentis anni distributo, tam in facto, quam in jure fuerunt super tribus prioribus Dubiis adnotata, grave non erit EE PP. decidere.

I. An taxa ab Episcopo novissime confecta favore Parochi Loci Scapezzani super emolumentis associationis Cadaverum sit exequenda, vel potius reformanda, & in qua parte?

II. An testes super electione Sepulturæ deponentes recipi debeant medio juramento per publicum Notarium, sive potius sufficiat, eosdem Testes deponere oretenus cum juramento coram ipsomet Parocho, vel Vicario Foraneo.

III. An liceat Parocho recipere unam candelam in actu restitutionis Imaginis Sanctissimi Crucifixi penes infirmum relictæ occasione administrandi Oleum Sanctum in casu &c.

IV. An spectet ad Parochum onus deferri faciendi Cadavera Pauperum ad Ecclesiam Parochialem, vel potius cogi valeant Parochiani ad illa deferenda, ita ut sit exequendum Præceptum Curiæ Episcopalis in casu &c.

Binæ

BInæ Causæ, quæ mox describentur, ob dilationem in priori scilicet ab Equite Cedronio, in altera vero a Presbyteris Participantibus petitam indecisæ manserunt in Congregatione diei 21. nuper elapsi mensis; quocirca resumpto Folio tunc distributo, dignabuntur EE. VV. eas in hodierno Consessu definire.

GUARDIEN. Sess.21. c.8. de ref.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 3. Martii 1636. in casu &c.

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS. Sess.14. c.12. de ref.

An sit locus admissioni Sacerdotis Blasii Graviere ad participationem in Ecclesia receptitia S. Leonis Civitatis Salæ in casu &c.

CAPUANA INDULTI. Capitulum Collegiatæ, ac Parochialis Ecclesiæ in oppido Marcianisii erectæ ægre ferens assiduum servitium, quod hactenus aliisque ulla vacatione eidem Ecclesiæ præstare obstringitur, preces pridem sub annum 1733. EE. PP. porrectas in hodierno consessu instaurat pro indulto inserviendi Choro, & Ecclesiæ per Turnum, alternis scilicet hebdomadis, illudque sibi impertiendum fore blanditur hisce præsertim rationum momentis innixum; Primo, quod Canonicorum numerus a decem quibus Collegiata in suis primordiis constabat, fuerit usque ad sexdecim adauctus, adeout, si petitum Indultum concedatur, Ecclesia non maneat debito servitio, cultuque destituta; secundo, quod aeris inclementia, atque insalubritas æstivo præsertim tempore non leve Canonicorum valetudini afferat detrimentum; & tertio demum, quod annui reditus cujusque Præbendæ ducatos sex minime excedant, dempto Primicerio, cujus Præbenda ad annuos ducatos sexdecim circiter ascendit. Sess.24.c.12. de ref.

Archiepiscopus Capuanus certiorem reddens Sacram Congregationem de iis, quæ in precibus Capituli fuerant exposita, in prima relatione enarravit, se Canonicis licentiam dedisse, ut EE. VV. supplicarent, *quod exceptis Dominicis, & festivis diebus etiam specialis devotionis d. Collegiatæ; excepto similiter tempore Quadragesimæ, atque Adventus, & quando solemnis Missa, sive Anniversarium celebrari deberet, in reliquo anni tempore tantummodo octo ex eisdem Canonicis intervenire deberent in Choro, sex vero reliqui per turnum vacarent*, eosdem vero Canonicos, gratia nondum a Sacra Congregatione impetrata, inconsiderate, ut ipsi ajebant, vacatione juxta modum supra expositum uti cepisse, donec Vicarius Generalis in Sancta visitatione, interdicto ejusmodi vacationis usu, præcepit capitulo, ut pro illa obtinenda Sacrum hunc adirent Senatum; sub finem vero ejusdem relationis ita concludit: *Tandem post mihi porrectas literas præ ictas ab eisdem Canonicis fuerunt exhibita legitima documenta cujusdam gratiæ ab EE. VV. expeditæ de Mense Septembris anni 1727., in qua fuit concessa perfecta alternativa Cathedrali Ecclesiæ Acerrarum, quæ a quatuordecim Canonicis inservitur, exceptis tamen*

men in ipsa omnibus diebus festivis de praecepto, necnon tempore Quadragesimae, Octavarum Nativitatis Domini, Paschatis, Resurrectionis, ac Sanctissimi Corporis Christi; quibus sic stantibus aperiendo meam sententiam, existimo, ipsis Canonicis gratiam, praedictam modo exposito concedi posse, si ita tamen EE. VV. videbitur, quarum prudentioribus me remitto judiciis.

Jussus autem postea idem Archiepiscopus Sacram Congregationem latius instruere ,, an scilicet Canonici Oratores teneantur ad quoti-
,, dianum servitium ex lege fundationis, vel potius ex Constitutio-
,, nibus Capitularibus, & quaenam sit quantitas fructuum Praeben-
,, darum, & distributionum quotidianarum, aliorumque emolumen-
,, torum iisdem Canonicis contingens,, plura in altera sua Relatione rescripsit; & primo Ecclesiam praedictam olim fuisse simplicem Parochialem, cui praesidesiat Rector una cum quatuor Beneficiatis, seu Portionariis Animarum curam in Oppido Marcianisii exercens, sub annum vero 1523, Apostolica auctoritate praevia omnium redituum unione eandem Ecclesiam in Collegiatam Insignem fuisse erectam ea sub lege, ut imposterum constare deberet binis Dignitatibus, Primiceratu nempe, & Cantoratu, necnon octo Canonicis, qui tenerentur Divinis interesse, ibique personalem, ac continuam residentiam praestare; Secundo in Constitutionibus Capitularibus anno 1562. conditis sancitum reperiri, quod omnes Canonici interesse debeant Matutino, Missae, & Vesperis; & tertio demum in pluribus Visitationibus fuisse eisdem Canonicis injunctum, ut omnes quotidie Choro, Ecclesiaeque sub certo punctaturarum methodo inservirent.

Quo vero ad quantitatem fructuum Praebendarum, Distributionum, aliorumque Emolumentorum in haec verba respondit ,, Quo vero ad
,, aliud punctum quantitatis scilicet fructuum Praebendarum, & distri-
,, butionum per dictos Canonicos lucrandae, expono, cum licet in
,, dicto anno 1650. ut in dicta Visitatione inventum fuisset, quod
,, fructus Canonicatuum Ordinis Sacerdotalis essent ducatorum cen-
,, tum pro unoquoque in quolibet anno, & Diaconatus, & Subdia-
,, conatus ducat. quinquaginta, tamen ex fide Canonici Procuratoris
,, Capituli praedicti mihi exhibita liquet, quemlibet supradictorum
,, Canonicorum numero quatuordecim, qui ipsam Collegiatam con-
,, stituunt, habere annuam Praebendam ducat. circiter sex, excepta
,, tamen illa Primicerii, quae est annuorum circiter sexdecim, nec-
,, non dicti decem Canonici Ordinis Sacerdotalis, inclusis ipsis dicto
,, Primicerio, & Cantore, habent reditus Massae communis, ita in
,, frumento, quam in pecunia ascendentes ad summam ducatorum
,, annuorum centum viginti pro quolibet ipsorum, valutando fru-
,, mentum ad rationem carolenorum decem pro quolibet tumulo. Cae-
,, teri tamen quatuor subdiaconales habent annuos ducatos sexaginta
,, similiter pro quolibet eorum, super quibus redditibus tam dicti
,, Canonici Presbyterales, quam duo ex dictis quatuor Subdiaconali-
,, bus habent annuum onus Missarum biscentum quinquaginta pro
,, quolibet ipsorum, & alii duo Subdiaconales centum viginti quin-
,, que pro unoquoque similiter ipsorum. In quibus Missis celebran-
,, dis includuntur Missae Conventuales; insuper decem, & novem

Missae

,, Missæ cantatæ, & Anniversaria solemnia, & centum, & sex Mis-
,, sæ cantatæ, & Anniversaria absque Assistentibus.

Hæc sunt, quæ in facto exponenda occurrunt; in jure autem, præter plures Resolutiones relatas in Folio diei 30. Julii 1735. in Causa *Castri Maris Servitii Chori*, & in altero folio diei 11. *Aprilis* 1738. *in causa Tranen. Indulti*; & alias plures adductas per *Fagnan. in cap. licet num.*48., *& seqq. de Præben. Barbos. ad Concil. sess.*24. *cap.*12. *n.*64.; *& Nicol. in Floscul. verb.* Canonic. *sub n.*31., præstat adnotare, quod, licet Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.*24. *cap.*12. *de Ref.* ita statuerit: *Non liceat vigore cujuslibet Statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius Servitii tempus requirunt*: & consentanee ad hanc Conciliarem dispositionem Sacra hæc Congregatio Canonicis adstrictis Ecclesiæ servitio, ultra novem menses consueverit vacationem trium mensium denegare, teste *Fagnan. in citato cap. licet num.*48., *& seqq. de Præbendis*, attamen quoad Canonicos, qui ex constitutione, aut consuetudine Ecclesiæ tenentur, ut in casu toto anno Chori, Ecclesiæque servitio incumbere, hæc apud *Garziam de Benef. part.*5. *cap.*2. *n.*311. habentur ,, Si tamen Constitutio, aut consuetudo Ecclesiæ re-
,, quirit Servitium totius anni, tunc locum habet absentia trium
,, mensium a Concilio permissa, est etenim dura residentia totius an-
,, ni, oportetque maxime juxta fragilitatem humanam indulgeri ali-
,, quod tempus ad recreationem corporis, & animi: & ita Sacra
,, Congregatio Concilii censuit in una Astoricen. his verbis: Decre-
,, tum Concilii *cap.*12. *sess.*24. concedit Canonicis absentiam trium
,, mensium, si constitutiones Ecclesiæ Servitium totius anni requi-
,, runt,, Quocirca hisce omnibus ponderatis, grave non erit EE.PP. respondere.

An Dignitatibus, & Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Marcianisii Capuanæ Diœcesis sit concedenda gratia inserviendi dictæ Ecclesiæ alternatim, & per hebdomadas in casu &c.

2.

BARCHINONEN. DISPENSATIONIS. Adamit Llopis in testamentariis tabulis sub annum 1716. conditis simplex fundari Beneficium sub titulo Dolorum B. M. V., & S. Francisci de Paula ad Altare sub eadem invocatione in Parochiali Ecclesia SS. Bartholomæi, & Theclæ Villæ de Sitges erectum, injunctoque illius Rectori onere celebrandi quotidie Missam in animæ suæ, suorumque parentum suffragationem, ac assignatis in dotem annuis libris 220. monetæ Barchionensis, quæ sexaginte ducatos aureos de Camera constituunt, in primum ejusdem Beneficii Rectorem nominavit Joannem Llopis Francisci consobrini sui Filium: ,, Quamvis dic institutio- *Sess.* 24. *c.* 6. *de ref.*
,, nis dictæ Cappellaniæ, seu Beneficii (*sunt Testatoris verba*)
,, Sacro Presbyteratus Ordine insignitus non sit, quia cum illo hanc
,, qualitatem, quam postea statim concurrere debere cum cæteris
,, Obtentoribus, dispenso, volens, quod interim, & donec sit Pre-
,, sbyteratus Sacro Ordine insignitus, ex reditibus dictæ Cappella-

niæ,

„ niæ, seu Beneficii centum libræ monetæ Barchinonæ singulis annis
„ eidem Joanni Llopis subministrentur pro victu, & vestitu toto tem-
„ pore, quo opus sit, & donec literis finem dederit, & ex eisdem
„ redditibus dictæ Cappellaniæ, seu Beneficii volo, quod submini-
„ stretur eidem Joanni quantitas illa, quæ opus fuerit ad alicujus fa-
„ cultatis majoris gradum obtinendum.

Deinde reservato ejusdem Beneficii patronatu favore præfati Francisci consobrini, ejusque hæredum, & Successorum ab eo tum per masculinam, tum per fœmineam lineam descendentium in hæc verba mentem suam aperuit: Item volo, quatenus deficiente dicto Joanne Llo-
„ pis primodictæ Cappellaniæ, seu Beneficii obtentore me vocato
„ præsentare habeat alter ex Descendentibus dicti Francisci Llopis
„ qu. Patris mei Chirurgi Villæ de Sitges, tam si ex linea masculina,
„ quam fœminea descenderint, qui tempore præsentationis Sacerdos
„ esse debeat; volens autem, quod primo loco præsentatus sit unus
„ ex Descendentibus dicti Francisci Llopis Pharmacopolæ Villæ de
„ Sitges Nepotis, sive Consobrini mei, qui qualitatem Sacerdotalem
„ habeat; quod si Sacerdos descendens abs dicto Francisco Llopis
„ nepote meo non inveniatur, volo, quod præsentetur alter ex descen-
„ dentibus d. patris mei, qui relatam qualitatem Sacerdotalem
„ habeat; Si vero Sacerdos ex descendentibus d Patris mei ad obti-
„ nendum dictam Cappellaniam, seu beneficium non reperiatur, vo-
„ lo, quod præsentetur Sacerdos aliquis, qui natus sit in Villa de
„ Sitges, seu in Parochia Villæ del Vendrell, vel in suffraganea
„ S. Vincentii de Caldeas ad Patroni electionem,

Secuto Testatoris obitu Beneficium fuit sub annum 1718. Ordinarii authoritate erectum, itidemque canonica institutione collatum supradicto Clerico Joanni Llopis a Fundatore prælecto, qui postmodum anno nempe 1724. ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promotus, illud usque ad diem 2. Januari 1737., qua e vivis excessit, pacifice possedit, eo autem defuncto Franciscus Llopis ipsius Pater, ac Beneficii Patronus, ad consulendum summæ rerum egestati, in qua se constitutum asserit, cum nullus actu Sacerdos ex Familia Testatoris existeret, sub diem 27. Aprilis ejusdem anni 1737. ad Beneficium ita vacans præsentavit Clericum Emmanuelem Llopis alterum ejus filium in ætate octodecim annorum, constitutum sub spe obtinendi Apostolicam dispensationem super defectu ætatis, & respective Ordinis Sacerdotalis ad ejusdem beneficii assecutionem requisiti.

Animadvertens vero subinde idem Franciscus Patronus, contingere posse quod dispensatio præfata impetrari nequiret „ Sine præjudicio di-
„ ctæ præsentationis, & juris dicto Emmanueli in vim ejusdem com-
„ petentis, atque a dicta præsentatione non recedendo, sed cumula-
„ tive variando, & casu, quo ipse Emmanuel præsentatus dictum
„ Beneficium ob dictam causam obtinere non possit, & non alias,
„ aliter, nec alio modo volens uti, & utens jure sibi tamquam Pa-
„ trono Laico competenti præsentavit, & præsentare dixit casu præ-
„ dicto, & non alias, personam Joannis Selva Presbyteri naturalis
„ Parochiæ de Sitges habilis, & idonei ad dictum Beneficium obti-
„ nendum „ juxta verba in instrumento novæ præsentationis adjecta,

Ne-

Neglexit Emmanuel Apostolicam dispensationem intra consuetum quadrimestris terminum impetrare, cumque pro ea novissime tantum supplicaverit, ejusdem precibus ab Eminentissimo Pro-Datario ad hunc S.Consessum remissis contradictorem se præbuit antedictus Joannes Selva propugnans sibi veluti præsentato in casu, quo ab Emmanuele enunciata dispensatio intra quadrimestre non obtineretur, controversi Beneficii institutionem deberi, hisce potissimum fretus rationum momentis; primo nempe, quod nulla justa, ac rationabilis concurrat causa, ob quam Summus Pontifex trahi merito possit ad concessionem petitæ gratiæ, cui magnopere adversatur mens Testatoris Sacerdotalem qualitatem in Rectore Beneficii a se fundati enixe admodnm exoptantis; secundo, quia eadem dispensatio sero nimis ab Emmanuele postuletur, utpote nedum post lapsum quadrimestris, imo vero tunc solum ejus fuerit instituta petitio, postquam ipse Joannes cæpit coram Ordinario pro assequenda Beneficii collatione urgere; & tertio demum, quod cum ipse fuerit legitime a Patrono præsentatus, & ab eodem Fudatore in casu, quo non extet Sacerdos ex linea tam Masculina, quam Fœminina sæpedicti Francisci, ac controversum Beneficium passive vocatus, jus inde sibi in hoc Beneficio quæsitum, nequaquam debeat Pontificia dispensatione auferri.

Ad hujus controversiæ Decisionem videntur conferre posse adnotata *in Cingulana Patrimonii Sacri* 5. *Aprilis* 1732., *& in Brixinen. Dispensationis* 1. & 15. *Martii* 1738.

Iis itaque inspectis una cum juribus in utramque partem facile afferendis, dignentur EE. PP. sapienti, quo solent, oraculo pronunciare.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

CRACOVIEN. UNIONIS. Cum Ven. Domus Probationis Societatis Jesu, seu Collegium SS. Matthæi, & Mattiæ Civitatis Cracoviensis ex bonis in primæva ejus fundatione constitutis adeo tenues percipiat fructus, ut ad necessariam sustentationem numerosæ Familiæ, quæ ibi institutum dictæ Societatis profitetur, pares non sint, Eiscopus Cracoviensis sub annum 1732. eidem Collegio Parochialem Ecclesiam Villæ Vieclaviceæ univit, addixitque ea sub lege, quod Rector ejusdem Domus, seu Collegii teneatur Fabricam dictæ Parochialis Ecclesiæ restaurare, ac præter alia onera binos Presbyteros Seculares, accedente justa causa, amovibiles, qui examinati, atque ab Ordinario approbati Animarum curam exerceant, deputare, eorumque alteri florenos tercentum Polonos, alteri vero biscentum annuatim persolvere, & demum Organistæ, Cantori, necnon scholæ Directori congrua subministrare salaria.

Sess.25.c.19. de ref.

Apostolicam hujusce unionis approbationem efflagitat hodie Rector antedictæ Comus, seu Collegii, eamque impertiendam fore confidit triplici potissimum suffultus fundamento; Primo nempe, quod, licet Sacrosancta Tridentina Synodus in consultissimo Decreto edito sub *Sess.*24. *cap.*13. *de ref.* præceperit, *ut in unionibus quibuslibet Ecclesiæ Parochiales Monasteriis quibuscumque, aut Abbatiis, seu dignitatibus, sive Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ,*

sive aliis Beneficiis simplicibus, *aut hospitalibus*, *Militiisve non uniantur*: attamen, cum Tridentini PP. ibidem explicite non prohibuerint uniones Parochialium fieri Monasteriis, Collegiis, & aliis piis locis, quæ super iisdem Parochialibus Patronatu potiuntur, hoc ideo nomine dispositio prædicta non vetet, quin Ecclesia Villæ Vieclavicæ uniri possit præfatæ Domui, seu Collegio, quod Laicalem illius Ecclesiæ Patronatum sibi pridem hæreditario jure delatum obtinet; Secondo, quod sicuti Patrono indigenti congrua aliqua portio ex annuis Beneficii reditibus præstanda est, qua his suæ consulat inopiæ, juxta expressos *Textus in can. Quicumque* 16. *qu*.9. & *in cap. Nobis* 25. *de Jurepatronatus*, ita æquum omnino sit, enunciatæ Domui, seu Collegio veluti Patrono summe indigenti petita Parochialis Ecclesiæ unione prospicere; Et tertio demum, quod eadem domus probationis, seu collegium fuerit ad Fidei Catholicæ defensionem, atque incrementum in Civitate Cracoviæ erectum; Parochialium vero Ecclesiarum uniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad Fide Catholicæ defensionem, & propagationem, & bonarum artium cultum a superius relata Tridentini Sanctione excipiantur, uti ad rem notant *Barbos. ad Concil. cit. Sess.* 24. *cap*. 13. *de ref. Galemart. ibidem verb. Monasteriis*, *Ventrigl. in prax. For. Ecclesiast. Annot*.8. §.1. *n*.14. *Lauren. For. Benef. q*.887.

Rogatus Eminentissimus Episcopus super Oratoris precibus Sententiam suam aperire, eam in hæc verba exposuit: „ Animi mei sensum aperiendo censeo supplicationi Rectoris prædictæ Domus probationis, „ seu Collegii Societatis Jesu de benignitate ejusdem Sanctæ Sedis „ Apostolicæ annuendum fore sub clausulis in præfacto instru„ mento expressis, & signanter Rector prædictæ Domus Probatio„ nis pro tempore existens pro administratione Ecclesiæ Parochialis „ unitæ, seu uniendæ, illiusque Parochianorum curæ Animarum „ exercitio duos Presbyteros seculares idoneos Vicarios nuncupan„ dos, quorum onus magis habilis per existentem Rectorem prædi„ ctæ Domus probationis eligendus authoritate ordinaria instituatur; Alter pariter ab eodem Rectore eligendus eadem authoritate „ examinetur, & approbetur pro arbitrio Rectoris, accedente le„ gitima causa absque tamen figura Judicii amovendus, manuteneat, „ Ecclesiaque hujusmodi, non obstante status mutatione Jurisdictioni „ ordinariæ, & Visitationi Archidiaconi Cathedralis, seu alterius „ Visitatoris delegati subiecta sit, ipsiusque possessores, seu bene„ ficii proprietarii ratione cujuscumque negocii sive spiritualis, sive „ temporalis, Ecclesiam ipsam, vel beneficium, ejusque ius, & in„ teresse intuitu solummodo jurisdictionis ordinariæ tangentis, non „ obstantibus exemptionibus, & privilegiis Societatis forum juris„ dictionis ordinariæ sortiantur, & alias, ut petita unio, seu appro„ batio ad præscriptum Sac. Concilii Tridentini expediatur, pro „ veritate arbitror.

Ceterum cum Orator petitam unionis approbationem concedendam fore sibi blandiatur ex eo potissimum, quod sæpedicta Parochialis Ecclesia sit de Jurepatronatus laudatæ Domus Probationis, præter alias resolutio-

lutiones relatas in Folio die 11. Aprilis exeuntis anni in *Legionen.*, & *Asturicen unionis*, Ad Causæ decisionem conferre posse videtur ea, quæ in calce præsentis folii per extensum transcribetur: His autem perspectis una cum juribus circumferendis, dignabuntur EE. VV. statuere.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

COMPOSTELLANA UNIONIS. Conventus PP. S. Dominici ex hæreditate uni ex suis professis legitime obventa, possidet, & potitur Iurepatronatus Ecclesiæ Parochialis di Loxo, cujus annui reditus ascendunt ad sc.200. quamobrem urgente nunc inopia prædicti Conventus, de qua plene testatur Archiepiscopus in relatione per manus circumferenda, supplex a Sanctissimo expetiit, ut eidem subveniri possit unione d.Parochialis cum obligatione adimplendi onera annexa, nec non administrandi Curam mediante Vicario amovibili, vel seculari, vel regulari juxta placitum Sanctitatis Suæ. Remissis itaque per Sanctissimum precibus ad hanc S. Congr., ac audito ordinario, petitis assentiente cum juribus circumferendis, decernendum superest.

An, & quomodo Oratoris precibus annuendum sit.

Die 20. Septembris 1692. S.Congregatio Concilii censuit, *si Sanctissimo placuerit, præsentem supplicationem signari posse*: *ut in lib. Decr.* 42. *pag.*544.

Die Sabbati 19. Decemb. 1739.

Sess.6. c.4. Sess.25. c.6. de Ref.

GERUNDEN. EXEMPTIONIS. Cum modernus Gerundensis Antistes, ut ordinariam suam jurisdictionem, aliamque Episcopalia jura sarta, tectaque tueretur, strenue se opposuisset Capitulo Cathedralis Ecclesiæ omnimodam sibi ab eadem ordinaria Episcopi potestate exemptionem afferenti, ad dirimendas plurimas disputationes inde excitatas oportuit sub diem 24. Maii superioris anni, præter Dubium, sub quo disceptabatur. An constet de generali exemptione Capituli a jurisdictione ordinaria Episcopi, quatuor alia proponere Dubia quæstiones a Capitulo promotas complectentia, sed primo tantum - *Negative* - resoluto, reliquorum decisio dilata fuit.

In eadem Congregatione assumptum quoque est examen alterius controversiæ, quæ inter prælaudatum Capitulum, & Archidiaconum Majorem nuncupatum de *Rogationibus* vertebatur, ex eo scilicet oborta, quod Archidiaconus authumat, posse Episcopali Sede vacante per se visitare Cathedralem, Capitulum, Canonicos, & Diœcesim, ac in Sacra Visitatione ea, quæ sibi ad utile, rectumque Ecclesiæ regimen conferre videntur, statuere, liberum præterea sibi esse propugnans contra Capitulum, & singulos Canonicos in Causis tam civilibus, quam criminalibus, tam in visitatione, quam extra illum procedere absque Conjudicibus, sive Adjunctis. Sed quia quæstionis hujus definitio visa fuit plurimum pendere posse a decisione quatuor Dubiorum, quæ, ut mox dictum est, in antecedenti Causa inter Episcopum, & Capitulum non fuerant resoluta, Eminentissimi PP.

PP. satius duxerunt rescribere, ut ea reproponeretur cum Dubiis in praefata Causa reservatis.

Curavit interea Episcopus nova cumulari documenta, eaque Defensori Capituli opportuno tempore communicari, cumque novissime institerit, ut Resolutio super asserta omnimoda Capituli exemptione edita, & ab eodem Capitulo ad novae Audientiae beneficium admisso forte impugnanda novo sub iiceretur examini; itidemque binae aliae Causae super ceteris Dubiis reproponerentur, Capitulum e contra dilationem, & literas compulsoriales efflagitavit sub obtentu, quod nova Jura nomine Episcopi adducta, sive quia appareant aliqua in parte mutilata, sive quia a Persona minus idonea, ac suspecta fuerint transcripta, sive demum quia a privatis Episcopi Codicibus docerentur extracta, nullum legitimae probationis pondus habere possint, nisi de eorum necessaria legalitate coram Judice in hunc finem delegando constaret; At praeterquam quod ejusmodi exceptiones visae sunt facti assistentia non fulciri, cum animadversum insuper fuerit, eadem documenta recentius Episcopi nomine allata ad uberiorem tantum probationem adduci, decisionemque Causae etiam ex solis juribus in alia propositione deductis favore Episcopi prodiisse, sub diem 21 Novembris proxime praeteriti rescriptum fuit: Nihil de literis compulsorialibus, & Causa cum duabus sequentibus proponatur omnino in prima post proximam.

Resumptis itaque Foliis dierum 19. Aprilis, & 24. Maii superioris anni, & 21. Novembris proxime praeteriti, dignabuntur EE. VV. tam Dubio mox describendo respondere, quam controversias in binis aliis sequentibus Causis definire.

An sit standum, vel recedendum a decisis &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 6. c. 4. & sess. 25. c. 6. de ref. GERUNDEN. EXEMPTIONIS.

I. An Episcopus procedere teneatur contra Capitulares extra Visitationem cum duobus Adjunctis ad formam Cap. 6. Sess. 25. de Ref., & in Visitatione Cathedralis, dictorumque Capitularium per se ipsum dumtaxat ad formam Cap. 4. Sess. 6. de Ref. in casu &c.

II. An dictus Episcopus in atrocibus procedere possit etiam sine Adjunctis contra dictos Capitulares, seu potius contra eosdem procedere debeat Episcopus Vicensis in casu &c.

III. An occasione visitationis Capituli, & Cathedralis Episcopus eam terminare teneatur quam citius, nisi fuerit legitime impeditus, seu potius, postquam fuit incoepta, procedendo ad extraneos actus, eamdem ad libitum differre valeat in casu &c.

IV. An dictum Capitulum subjiciatur Constitutionibus Synodalibus, sive aliis legibus etiam per Edicta panditis ab Episcopis, absque illius consilio, & assensu, vel potius editis cum ejusdem consilio tantum in casu &c.

Ad I. negative. Ad II. Affirmative quoad primam partem, negative ad secundam. Ad III. affirmative quoad utramque partem, servatis tam finibus moderati, & prudentis arbitrii, & amplius. Ad IV. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam, & amplius.

GE-

GERUNDEN. JURISDICTIONIS.

An quoad III. & IV. Dubium sit standum, vel recedendum a decisis die 12. Februarii 1729. in casu &c. *Sess.6. c.4. sess.24. c.16. de Ref.*

Ad tertium prævio recessu a decisis quoad Ecclesiam Cathedralem, & Capitulum affirmative in omnibus. Ad quartum prævio pariter recessu a Decisis affirmative.

SEx, quæ mox describentur, Causæ die 6. hujus Mensis non potuerunt proponi. Resumpto itaque folio tunc distributo, rogantur EE. VV. eas in hodierna Congregatione decidere.

LARINEN.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis a primo usque ad nonum Dubium.* *Sess.24.c.3. de Ref.*

II. *An Incolæ, & habitatores S. Aghathæ, seu Civitatis ad Mare SS. Leuci, & Ramitelli teneantur solvere decimas prædiales, & personales tam Episcopo, quam Parocho, vel alteri eorum tantum, & cui in casu &c. & quatenus negative.*

III. *An exactio decimarum per Episcopum facta, sit attentata, & quomodo illa sit purganda.*

Ad primum in Decisis, & amplius. Ad secundum affirmative quoad primam partem ad formam transactionis. Ad tertium negative, & amplius.

SENOGALLIEN. FUNERUM.

Sess.25. c.13. de Ref.

I. *An taxa ab Episcopo novissime confecta favore Parochi loci Scapezzani super emolumentis associationis Cadaverum sit exequenda, vel potius reformanda, & in qua parte?*

II. *An testes super electione sepulturæ deponentes recipi debeant medio juramento per publicum Notarium, sive potius sufficiat, eosdem Testes deponere oretenus cum juramento coram ipsomet Parocho, vel Vicario Foraneo.*

III. *An liceat Parocho recipere unam candelam in actu restitutionis imaginis Sanctissimi Crucifixi penes infirmum relictæ, occasione administrandi Oleum Sanctum in casu &c.*

IV. *An spectet ad Parochum onus deferri faciendi Cadavera pauperum ad Ecclesiam Parochialem, vel potius cogi valeant Parochiani ad illa deferenda, ita ut sit exequendum præceptum Curiæ Episcopalis in casu &c.*

Ad I. Taxam esse reformandam iuxta modum. Ad II. negative ad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad III. negative. Ad IV. affir-

affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam, & amplius.

Sess. 24. c. 8. de ref.

GUARDIEN.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 3. Martii 1736. in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS.

An sit locus admissioni Sacerdotis Blasii Gravicre ad participationem in Ecclesia receptitia S. Leonis Civitatis Salæ in casu &c.

Sess. 24. c. 1. de Ref.

BARCHINONEN. DISPENSATIONIS.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

CRACOVIEN. UNIONIS.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

IN-

INDEX
CONCLUSIONUM, & RESOLUTIONUM
Quæ in singulis Folii Anni 1739. fuerunt adnotatæ.

A

B

C

vol

H

R

S

T

INDEX
RESOLUTIONUM,
Quæ in Causis sub Anno 1739. *propositis prodierunt.*

A

B

C

E

F

dei 16. Maii ad IV. Dub. pag. 54.

Fundatorem posse ad Beneficium se ipsum præsentare in exclusionem ejus, cui reservaverat Juspatronatus, respondit Sac. Congregatio, in *Baren. Beneficii 21. Novembris pag.128.*

H

HÆredem, non autem Cappellanum teneri ad utensilium augmentum usque ad Scuta quatuor pro qualibet Cappellania, respondit Sac. Congreg., in *Romana Utensilium 11. Aprilis p.27.*

Hæredi, qui Cappellaniam juxta Testatoris mentem erigi curavit, competit Juspatronatus, licet Testator illud non reservaverit, in *Trid. Translationis oneris Missarum 24. Ianuarii p.7.*

I

INdultum Jubilationis concessum fuit, non obstante, quod nullum in ea Ecclesia exemplum similis indulti adesset, in *Acernen. Distributionum, & Iubilationis 11. Aprilis ad II. dub. p. 28.*

Indultum, ut a mense Novemb. usque ad Quadragesimã tantum cum solitis clausulis possint assistere Choro per Turnum, & alternis hebdomadis, concessum fuit Canonicis, & Mansionariis Ecclesiæ Cathedralis Apruntinæ, in *Apruntina servitii Chori 9. Ianuarii p.1.*

Indultum lucrandi distributiones quotidianas denegatum fuit Canonico deputato ad tractanda quædam negotia quæ Religionem concernere dicebantur, in *Comien. indul. 11. Augusti p.93.*

Irregularitas *Vid. dispensatio.*

Iubilationis Indultum concessum fuit, non obstante, quod nullum in ea Ecclesia exemplum similis Indulti adesset, in *Acernen. distributionum quotidianarum, & Iubilationis 11. Aprilis ad II. dub. p.28.*

Juspatronatus competit Hæredi, qui Cappellaniam juxta Testatoris mentem erigi curavit, licet Testator illud non reservaverit, in *Tridentina Translationis oneris Missarum 24. Ianuarii p.7.*

L

LIbrum Choralem aptare, & revolvere tenentur Mansionarii, in *Maceraten. servitii Chori 26. Septembris ad I. dub. pag.114.*

Licentiam sepeliendi in sua Ecclesia Cadavera eorum, qui non sunt Confratres, sed ibi Sepulturam elegerunt, petere tenetur Confraternitas, in *Senogall. Iuris sepeliendi 24. Ian. ad II. dub p.7.*

Literæ Compulsoriales fuerunt denegatæ, in *Gerund. Exemptionis 21.Nov. p.125.*

Litis motæ super exactione Decimarum expensis contribuere non tenetur Episcopus, in *Cassanen. Quarta Decimarum 4. Iulii ad II. dub. p.74.*

Litis expensas non teneri contribuere Mansionarios, respondit Sac.Congreg. in *Bituntina 26. Sept. ad IV. dub. p.114.*

Litis expensas debere ab omnibus Canonicis contribui, licet aliqui eidem liti non consenserint, respondit Sac.Congr. in *Tolen. Missæ Parochialis, & Professionis Fidei 16. Maii ad VII. dub. p.54.*

Litis expensas non esse contribuendas, exceptis iis, quæ cesserunt in commodum Operis Pii, rescriptum fuit in *Spoletana Expensarum 26. Sept. p.113.*

M

MAnsionarii tenentur Librum Choralem aptare, & revolvere, in *Maceraten. servitii Chori 26. Septembris ad I. dub. pag. 114.*

Mansionarii non debent ad cætera Officia, præter munus Procuratoris Generalis eligi, in *Bituntina 26. Septemb. ad II. Dub. pag.114.*

Mansionarii, & Presbyteri participantes tenentur semper Officium Procuratoris Generalis Capituli exercere, in *Bituntina 26. Sept. ad I. dub. p.36.*

Mansionariis rationem reddere de redditibus Massæ communis Canonici non tenentur, sed solum patientiam præstare, ut libros administrationis inspicere possint, in *Bitunt. 26. Sept. ad V. dub. p.114.*

Matrimonium, antequam ex capite impotentiæ dissolveretur, demandata fuit nova recognitio Corporis Viri, in *Ianuen. Matrimonii 22. Augusti pag. 97.*

Missa cantata in Collegiata S. Jacobi Tolentini celebrari debet juxta Decretum Visitationis anni 1727. in *Tolentina servitii Chori, & Missæ Conventualis 16. Maii ad I. dub. p.53.*

Missa cantata in Collegiata S. Jacobi Tolentini celebranda est a Canonicis per Turnum, in *Tolentina servitii Chori, & Missæ Conventualis 16. Maii ad II. dub. pag.53.*

Missa cantata debet in Collegiata S. Jacobi Tolentini celebrari per Turnum incipiendum a Priore prima ejusdem Ecclesiæ Dignitate, in *Tolentina servitii Chori, & Missa Conventualis 16. Maii ad III. dub. pag. 53.*

Missa cantata dum celebratur in dicta Ecclesia, debent ultra Hebdomadarium intervenire alii Canonici, in *dicta Tolentina ad IV. Dub. p.53.*

Missa cantata dum celebratur, Canonici non intervenientes mulctandi sunt in summa arbitrio Episcopi taxanda, in *Tolentina servitii Chori, & Missæ Conventualis 15. Maii ad V. dub. p.53.*

Missam

tionis 12. *Sept. ad I. Dub. pag.*142.

Presbyter, licet non admittatur ad participationem Massæ communis, tamen potest concurrere ad Canonicatus, *in Arianen. participationis* 12. *Sept. ad II. Dub. pag.*112.

Præsentare seipsum posse fundatorem in exclusionem ejus, cui reservaverat Juspatronatus, respondit S.C. in *Baren. Beneficii* 21. *Novemb p.*128.

Præsentationem, seu nominationem factam ad Cappellaniam, donec sufficiens Beneficium obtentum fuerit, non esse resolutam respondit S.C. in *Nullius Terræ Pontiani Cappellaniæ* 14. *Martii p.*27.

Prioratum Collegiatæ S. Jacobi Tolentini esse Dignitatem ex comprehensis sub Reg. 4. Cancellariæ ad effectus præheminentiales juxta ipsius Collegiatæ consuetudinem, rescriptum fuit in *Tolentina Servitii Chori, & Missæ Conventualis* 16. *Maii ad VI. Dub. p.*53.

Priori Ecclesiæ Collegiatæ S. Jacobi Tolentini competit Capituli convocatio, in *Tolentina Servitii Chori, & Missæ Conventualis* 1. *Maii ad VII. Dub. p.*53.

Procurationem tenetur Archiepiscopo solvere Abbas S. Mariæ Terræ Positani, in *Amalphitana Cathedratici, & Procur.* 14. *Mart. ad III. Dub. p.*26.

Procuratoris Generalis Capituli officium exercere tenentur Mansionarii, & Presbyteri participantes, in *Bituntina* 26. *Sept. ad I. Dub. p.*36.

De Professione legitima non constaret de eo quod non constaret de præmisso Novitiati respondit S. C. *in Pragen. Professionis* 4. *Jul. pag.*80.

Q

QUarta funeralis debet æqualiter inter Canonicos, & Mansionarios distribui, in *Bituntina* 26. *Sept. ad III. Dub. p.*114.

Quarta funeralis spectat ad Parochum, si Cadavera Confratrum, & aliorum habentium Sepulchrum gentilitium sepeliantur in Ecclesia Confraternitatis, in *Senogal. Iuris sepeliendi* 24. *Ian. ad III. Dub. pag.*7.

Quartam Decimarum deberi Episcopo in solita summa, respondit S. C. in *Cassanen. Quartæ Decimarum* 4. *Iul. ad I. Dub. pag.*74.

R

REductio Missarum concessa fuit ad Manualem ad triennium, ita tamen, ut Cappellanus interim agat pro supplemento contra quos de jure, & Episcopus incumbat pro adimplemento diligentiarum, in *Montis Regalis Reductionis Missarum* 2. *Maii p.*45.

Reductioni Missarum locum non esse, respondit S.C. in *Nolana reductionis Missarum* 4. *Mart. p.*27.

Residere Parochus an teneretur, non obstante metu ei per principem incusso, cum disceptatum fuerit S. Congregatio rescripsit, *Ad Eminent. Præfectum juxta mentem*; *in* Majoricen. *Residentiæ* 10. *Ian. pag.*1.

Restitutio in integrum concessa fuit, in *Neapolitana Restitutionis in integrum* 14. *Mart. p.*26.

Restitutio in integrum adversus Professionem concessa fuit, in *Asten. Restitutionis in integrum* 14. *Mart. p.*27.

Restitutio in integrum adversus Professionem denegata fuit in *Ianuen. Restitutionis in integrum* 4. *Jul. p.*77.

Restitutio in integrum adversus Professionem fuit Moniali fere septuagenariæ concessa, in *Panormitana Restitutionis in integrum* 26. *Sept. p.*116.

Restitutio in integrum adversus Professionem denegata fuit, in *Pisana Restitutionis in integrum* 24. *Jan. p.*7.

Restitutio in integrum adversus Professionem denegata fuit, in *Lycien. Restitut. in integrum* 24. *Jan. p.*11.

S

SEminario Marispurgensi num Ordines Equestres, & Regulares teneantur taxam contribuere, cum disceptatum fuerit rescriptum est, *Exquiratur Votum unius ex Eminentissimis, & ad mentem. In Constantien. Taxa Seminar.* 10. *Jan. p.*1.

Sepelire nequit Confraternitas in sua Ecclesia cadavera eorum, qui non sunt Confratres, sed ibi sepulturam elegerunt, sed ab Episcopo licentiam petere tenetur, in *Senogallien. Juris sepeliendi* 24. *Januar. ad* II. *Dub. p.*7.

Sepelire tenetur Parochus suis sumptibus, cadavera pauperum in Eccl. Parochiali, in *Senogallien. Funerum* 9. *Decem. ad* IV. *Dub. p.*149.

Sepulturæ electio probatur per testes deponentes oretenus coram Parocho, vel Vicario foraneo, in *Senogallien. Funerum* 19. *Decembr. ad* II. *Dub. p.*149.

De sponsalibus non constare, respondit S.C. in *Tudertina Sponsalium* 10. *Jan. p.*2.

Statum hæreditarium esse firmandum, antequam duo Canonicatus ad unum, ratione tenuitatis redituum reducatur, respondit S.C. in *Nullius seu Farfen. Unionis Canonicatuum* 21. *Novem. p.*130.

Subsidium dotale non est tradendum puellæ quæ sit jam nupta, & non probet se esse testatoris sanguine conjunctam, in *Romana Subsidii dotalis* 1. *Aug. p.*90.

Sub-

FINIS.

THESAURUS
RESOLUTIONUM
Sacræ Congregationis
CONCILII
In Causis sub Annum 1740. propositis,

Aliisque, quæ inter cæteras ab Anno 1700. *usque ad* 1718. *fuerunt discussæ, & decisæ.*

INDEX
TITULORUM TUM CAUSARUM

Quæ anno 1740. in Sac. Congregat. Concilii propoſitæ ſunt, cùm earum, quæ inter cæteras ab anno 1700. uſque ad 1718. diſcuſſas, ſelectæ fuerunt.

Elbo-

Par-

R

S

T

V

Die Sabbathi 16. Januarii 1740.



Apientiſſimo Eminentiſſimorum Patrum judicio quatuor Cauſæ mox deſcribendæ, quæ in noviſſima Congregatione habita ſub diem 19. Decembris, anni nuper elapſi non potuerunt proponi, hodie ſubjiciuntur. Perpenſis igitur iis, quæ tam in facto, quam in jure fuerunt in Folio diei 5. dicti menſis expoſita, definiendum erit.

GUARDIEN. Seſſ. 21. c. 8. de Ref.
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis die 3. Martii 1736. in caſu &c.

Dilata; & proponatur ex integro Dubium: *An, & juriſdictio competat Epiſcopo in caſu &c.*

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS. Seſſ. 24. c. 13. de Ref.
An ſit locus admiſſioni Sacerdotis Blaſii Graviere ad participationem in Eccleſia receptitia S. Leonis Civitatis Salæ in caſu &c.

Reliquæ non propoſitæ.

BARCHINONEN. DISPENSATIONIS. Seſſ. 24. c. 6. de ref.
An ſit ſignanda ſupplicatio in caſu &c.

CRACOVIEN. UNIONIS. Seſſ. 24. c. 15. de ref.
An ſit ſignanda ſupplicatio in caſu &c.

OVETEN. COADJUTORIÆ, ET DISTRIBUTIONUM. Seſſ. 14. c. 14. de ref.
Contendente Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Ovetenſis, Joannem Joſephum Florez Sierra ejuſdem Cathedralis Canonicum, qui ob ſuam ingraveſcentem ætatem obtinuit, ſibi ab Apoſtolica Sede in perpetuum Coadjutorem deputari Sacerdotem Franciſcum Sierra, non poſſe per ſe ipſum, abſente ex cauſa cujuſdam delicti Franciſco Coadjutore, oneri reſidentiæ ſupplere, minuſque frui diebus vacationis, ſeu recreationis, quos vocant *Los Dias de gracias*, itidemque ei minime deberi quotidianas diſtributiones tempore, quo contingat ipſum ægrotare, oportuit ad preces tam Capituli, quam prædicti Canonici Coadjuti tria hæc Dubia diſcutere: I. *An, durante tempore pænalis Servitii, & conſequenter abſentiæ Canonici Franciſci Sierra Coadjutoris, reſidere valeat Joannes Joſeph Florez Canonicus Coadjutus in caſu &c. & quatenus affirmative.* II. *An reſidendo gaudere debeat diebus vacationis, ſeu recreationis nuncupatis Los Dias de*

de gracias . III. *An dicto tempore durante , si ægrotaverit dictus Joannes Canonicus Coadjutus , habendus sit pro præsente tempore infirmitatis , & possit lucrari distributiones* : ad quæ sub diem 7. Junii mox elapsi anni rescriptum fuit ; *Ad I. , & II. Affirmative . Ad III. vero negative , salvo jure agendi contra Coadjutorem pro relevatione* : Cum autem resolutioni III. Dubii non acquiescat Joannes Joseph Canonicus Coadjutus,rogantur Eminentissimi PP.novam illius disputationem aggredi .

Non ea impræsentiarum est quæstio de Canonico Coadjuto,qui antea per se ipsum haud consueverit Choro , Ecclesiæque inservire ; Si enim res eò loci esset , nequiret utique Canonicus Ioannes Ioseph tempore suæ ægrotationis quotidianas distributiones lucrari , cum vulgatum in jure , æque ac receptum in praxi habeatur, Canonicis infirmis sive coadjutorem habentibus , sive illo destitutis quotidianas distributiones minime deberi , quoties ipsi , dum bona valetudine fruerentur , Divinis Officiis interesse neglexerint , ad tradita per *Geminian. in cap. unic.* §. *Qui vero de Cleric. non resid. in 6. num.*4. *Barbos. ad Concil.sess.*24. *cap.*12. *num.*96. , & ita resolutum fuit a Sacra Congregatione in *Mantuana 6. Februarii* 1627. *lib.*13. *Decr. pag.*197. , *& in Asculana* 5. *Junii* 1706. , in qua proposito dubio : *An distributiones quotidianæ debeantur Canonico infirmo , si alias sanus non esset solitus residere* ; responsum fuit , *negative* , *ut in lib.*56. *Decr. pag.*149.

Pariter disceptandum hodie non est , an ægrotanti Canonico Coadjuto quotidianæ debeantur distributiones , si forte eodem tempore Coadjutor quoque morbo teneatur , aut simili ex causa compellatur a residentia abesse , tunc enim quotidianis distributionibus privandum non esse Canonicum Coadjutum , communiter tradunt DD. , & præsertim *Garz. de Benef. part.*4. *cap.*5. *num.*80. *&* 81. , *& Barbos. de Canonic. , & Dignit. cap.*29. *n.*45. cum aliis , atque in his terminis loquuntur Resolutiones Sacræ Congregationis editæ in *Vicen.* , ubi sub diem 10. Maii 1625. responsum fuit *Coadjutum infirmum , quamdiu Coadjutor ex suprascripta causa absuerit , percipere debere fructus sui Canonicatus , & Præbendæ una cum distributionibus quotidianis tam diurnis , quam nocturnis , perinde acsi Divinis Officiis per se , vel Coadjutorem interesset* : ut in *lib.*12. *Decr. pag.*294. , *& seqq.* , *& in Urbevetana per Barbos. loc. cit.* allegata sub hisce verbis , *Distributiones quotidianæ debentur Canonico coadjuto infirmo absente , vel non serviente coadjutore* .

At hodiernæ disputationis illud est thema , num Canonicus Coadjutorem habens , & pridem assuetus per seipsum Chori , Ecclesiæque servitio incumbere , si aliquando infirmetur , debeat quotidianas distributiones lucrari , tametsi ejus Coadjutor non ex justa causa , sed propria culpa coactus sit è loco residentiæ abesse , nequeatque proinde in sua Ecclesia Divinis vacare Officiis .

Sane quæstionem hanc affirmative decidunt nonnulli Canonistæ , & signanter *Navar. de Cleric. ægrotan. cons.*2. *num.*6. *Gonzal. ad Regul.*8. *Cancell. tit.*9. *a num.*116. , *Garz. de Benefic. part.*4. *cap.*3. *num.*81. , *& sequen.* , *& Castropal. Oper. Moral. tom.*2. *disput.*1. *punct.*10

*punct.*10. *num.*9. ea innixi ratione, quod, ficuti Canonicus Coadjutore carens quotidianas distributiones acquirit, si morbo, aut alio justo impedimento detineatur, quominus possit Divinis Officiis intervenire, juxta expressum *Textum in cap. unic. de Cleric. non resid. in 6.* ita Canonicus coadjutore provisus, ne sit deterioris conditionis Canonico illum non habente, neve privilegium coadjutoriæ in ipsius odium, ac detrimentum retorqueatur contra vulgatam regulam, de qua *in cap. ad Apostolicam de Regular.*, *& in cap. Quod ob gratiam. de Reg. Jur. in 6.*, quotidianas debeat distributiones lucrari, uti præ ceteris ratiocinatur *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. tit.* 8. *&* 9. *num.*116. *& seqq.*

Veruntamen cum coadjutoriæ in Beneficiis Ecclesiasticis cum futura successione, juxta Sac. Triden. Conc. *Sess.*25. *cap.*7. *de Reform.* permittendæ non sunt, nisi quando urgens necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas id postulet, proindeque coadjutor in eum præsertim finem concedatur, ut vices Canonici ob ingravescentem ætatem, justamve aliam ob causam Choro, Ecclesiæque servitium præstare impediti sustineat, propterea, ne finis hic frustraretur, si coadjutore ex propria culpa in eo statu constituto, ut ipse nequeat assumpto oneri satisfacere, nihilominus deberet coadjutus ægrotans distributiones quotidianas percipere, nullo licet Ecclesiæ servitio præstito, perinde ac si coadjutorem non haberet, contrarium statuisse videtur tam Sacra Rituum Congregatio in quadam *Patavina* relata per *Garziam* in hæc verba: *Distributiones quotidianæ non debentur Canonico infirmo, vel alias legitime impedito quando habet coadjutorem, sed si coadjutor non resideat, punctatur tamen in ipsius coadjutoris damna*; quam Sacrum hoc Tribunal in *Causa*, cui titulus *Dubia Punctaturarum* 21. *Julii* 1694. *lib.*44. *Decr. pag.*359., necnon in *Asculana*, ubi cum quæreretur sub Dubio VIII. *An debeantur distributiones quotidianæ Canonicis infirmis, si coadjutores sani non interveniunt*: sub diem 5. Iunii 1706. responsum fuit: *Negative*: ut in *lib.*56. *Decr. pag.*170.

Quamvis autem *Garzias loc. supracit.* ad Resolutionem Sacræ Rituum Congregationis respondeat: *Eam procedere* (sunt illius verba) *cum coadjutus legitime impeditus ratione infirmitatis, vel alias vult coadjutorem suum nihilominus residere, & pro eo deservire, quo casu, coadjutore nolente residere, coadjutus punctabitur ad damnum tamen ipsius coadjutoris, qui est in culpa non residendo, & sic de suo solvere coadjuto, quod amiserit, secus cum coadjutus legitime impeditus non vult, quod resideat coadjutor, qui sine ejus voluntate, & consensu residere non potest, tunc enim lucrabitur coadjutus, cum ipse sit legitime impeditus, nec coadjutor sit in culpa, ex quo non potest residere nisi de voluntate, & consensu coadjuti, & sic procedit prædicta Resolutio*: præstat tamen hic exscribere ea, quæ post relatam hanc *Garziæ* explicationem subjungit *Castropal. tom.*2. *disput.*1. *punct.*10. *num.*9. hisce verbis, *Verum hæc distinctio mihi non probatur, potius enim judicarem multandum esse coadjutum impeditum nolentem, ut coadjutor inserviat, quam volentem, quia nolens, ut inserviat, repu-*

quæ fini, ob quem est coadjutoriæ assignata. & inique procedit, ejusque voluntas habenda est pro non adjecta; at volens, ut inserviat juri se conformat.

Præterea ad rem pariter conferre videtur regula cum Canonico coadjutorem habente servari consueta, nimirum ut is, qui ob servitium ultra quadraginta annos continuo, & laudabiliter præstitum jubilationis indultum prius obtinuit, si postea coadjutorem sibi dari impetret, obtento jubilationis indulto amplius non juvetur, sed punctaturis obnoxius maneat, quotiescumque nec ipse, nec ejus coadjutor inserviat, uti dudum firmavit *Rota de.*790. *nu.*14. *coram Penia*, & sæpius respondit Sacra hæc Congregatio, quæ novissime posthabita prorsus ratione in contrarium adducta, quod coadjutoriæ privilegium videretur in odium, & damnum Canonici coadjuti retorqueri, discusso formiter in *Calaguritana Jubilationis* inter cætera Dubio: *An Josepho de Miranda ad obtinemdam jubilationem obstet, quod jam habet coadjutorem cum futura successione*: die 2. Maii 1733. rescripsit: *Affirmative*.

Causa, ob quam Franciscus Sierra coadjutor nequit in Civitate Ovetensi residere, nullumque propterea ejus Cathedrali Ecclesiæ servitium exhibere, latius indicata fuit in folio distributo sub diem 16. Maii superioris anni; Eo itaque reasumpto, perpensisque omnibus mox adnotatis, grave non erit Eminentissimis Patribus pronunciare.

An sit standum, vel recedendum a Decisis die 6. Junii 1739. *quoad III. Dubium in casu &c.*

Sess.21. c.4. de ref.

SEGOBRICEN. DISMEMBRATIONIS. Cum Animarum cura Cathedrali Ecclesiæ Segobricensi adnexa protendatur ad Oppidum, seu Villam de Torcas, quæ ab eadem Cathedrali una itineris hora dissita est, bini vero dictæ Cathedralis Canonici, quibus exercitium præfatæ curæ committitur, socordes in eo obeundo munere erga Incolas memorati Oppidi comperirentur, Joannes Basilius Castelvi ejusdem Oppidi, seu Villæ Marchio animadvertens, plurima spiritualia detrimenta sive ob assertam Canonicorum negligentiam, sive ob loci distantiam præfatos Incolas pati, curavit sub annum 1734. in Ecclesia, seu Oratorio sæpedicti Oppidi Cappellaniam erigi, imposito illius Rectori, præter annuam quarundam Missarum celebrationem, onere occurrendi, quantum fieri potest, spiritualibus eorumdem Incolarum necessitatibus; novissime verò supplicem Summo Pontifici porrexit libellum, quo recensitis periculis, quæ adhuc animabus illarum gentium imminere non desinunt, tum quia in enunciata Ecclesia, seu Oratorio erectus non reperiatur Fons Baptismalis, tum, quod ibi Sacra non asservetur Synaxis, subjunxit, se ad occurrendum ejusmodi incommodis: *Plurimum cupere dictam Cappellaniam in Parochialem erigi cum totali separatione a jurisdictione Capituli Segobricensis, illiusque Canonicorum Curatorum, & dismembratione decimarum omnium, vel saltem illarum, quæ exercitio curæ animarum correspondent, ad hoc ut pro congrua manutentione Parochi pro tempore existentis applicari possint, ut in erectione Parochialis Loci de Navaxas ejusdem Diœcesis alias eidem Ecclesiæ Segobri-*

bricensi quoad exercitium Curæ Animarum, ut Locus de Torcas, a…annexi practicatum fuit, ut autem voti sui compos facilius efficiatur, addidit se paratum, *Ad præstanda omnia ornamenta dictæ Ecclesiæ necessaria, erectionem Fontis Baptismalis, & custodiam pro Sanctissimo Sacramento, ac manutentionem lampadis, cum hoc tamen, quod semper perpetuis temporibus sibi, suisque Successoribus Iuspatronatus, & præsentandi ad dictam Parochialem Personam idoneam ab Ordinario Loci approbandam reservatum remaneat*; Hisce itaque precibus Sacro huic consessui a Sanctitate Sua remissis, consentanee ad eas tria subscripta sunt Dubia, quæ ad calcem præsentis restrictus apponentur.

Capitulum Segobricense super enunciata petitione Marchionis de Torcas jussu Sacræ Congregationis ab Episcopo excitatum plura in Folio eidem Præsuli exhibito adnotavit, quibus evincere nititur, magnificatam duorum Canonicorum negligentiam in exercenda animarum cura sibi commissa veritati non respondere; *Nihilominus* (sub illius finem ita concludit) *cum Capitulum totam suæ mentis aciem ad illorum Animas, eorumque salubriorem, opportuniorem, & undequaque perpetuam culturam, Sacramentorumque frequentiam, Divinique cultus augmentum toto corde, totoque animo conversam habeat, libenter annuit prætensæ dismembrationi, & novæ Parochialis erectioni cum juribus Sacramenta administrandi, mortuos sepeliendi, cæteraque munia exercendi, & emolumenta, & proventus percipiendi, salvis tamen ipsi Capitulo suis partialibus Iuribus primatialibus (quæ certo parcissima sunt) in omnibus, & per omnia perpetuis futuris temporibus. Et quin ullo unquam tempore obnoxium sit, neque obligatum censeatur pro futuræ donationis securitate, neque pro congrua Vicarii perpetui pro tempore existentis; Et sic, & non aliter, nec alias, & cum eo, quod aliquis competens honor in dicta filiali Ecclesia nostræ Cathedrali, ut ejus Matrici, in perpetuum servetur.*

Episcopus vero in Relatione, quæ per extensam datur in Oratoris *Summario num. unico*, post comprobata pericula, & incommoda, quæ in spirituale detrimentum populi dictæ Villæ in dies impendunt, Sententiam suam hisce verbis aperuit, *Censeo gratissimum fore Deo, Divinique cultus augmento, & incolarum commoditati tum temporali, tum spirituali magni referre, si dicta Cappella ab hac Cathedrali dismembretur, & in Parochiam antedictaque Cappellania in Rectoriam erigantur, cum hoc tamen, quod modernus Marchio, sive Dominus temporalis prædictus ejusdem Oppidi de Villatorcas, ejusque in eodem Marchionatu Successores ad omnia ornamenta dictæ Ecclesiæ præstanda erectionem Fontis Baptismalis, Custodiam pro Sanctissimo Sacramento faciendam, ac manutentionem perennis lampadis, ut pollicetur, formiter obstringantur, prædictæque Rectoriæ, ejusque Possessorum congruam eadem Bona, quibus Cappellania antedicta erecta fuit, Juraque Parochialia assignanda, & aliqua portio a vicinis præstanda, ut commode Rector vivere possit, applicata remaneant, cum ex fructibus decimalibus, & primatialibus ob eorum jam dictam exiguitatem portio aliqua meo videri assignari nequeat, & quod primus, cæterique ejusdem Rectoriæ Possessores aliquo annuo Clienteiare Feudo*

do ex personali, & regali mixto suam Matricem hanc Cathedralem agnoscat sicuti in aliis hujus Diœcesis cum suis Matricibus, a quibus olim separata fuerunt, mos viget.

Reliquum igitur est, ut hisce perpensis una cum Juribus Oratoris dumtaxat nomine circumferendis, dignentur Eminentiæ Vestræ pronunciare.

I. *An concedenda sit dismembratio Villæ de Torcas ab Ecclesia Cathedrali Segobricen.* Et quatenus affirmative.

II. *An concedenda sit reservatio Iurispatronatus Domino temporali prædicto, suisque successoribus.*

II. *An novo Parocho concedendæ sint Decimæ correspondentes Curæ Animarum in Villa de Torcas in casu &c.*

Sess. 21. & 12. c. ... & 14. c. .. & 16. de ref.

SALERNITANA UNIONIS. Sacerdos Silvester Tosquez cum exposuisset summo Pontifici, simplex beneficium sub invocatione S. Mariæ erectum in loco nuncupato *Vesola* invalide fuisse ab Archiepiscopo una cum aliis viginti quatuor Beneficiis Mensæ Capitulari Metropolitanæ Ecclesiæ, seu communi quotidianarum distributionum Massæ unitum, obtinuit de illo veluti sub mensem Apostolicæ Sedi reservatum vacato a Sanctitate Sua provideri; sese autem opponente Capitulo executioni literarum Apostolicarum, ad sternendam viam decisioni litis inde obortæ oportuit juxta Decretum Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi Supremo huic Senatui proponere Dubium *An unio sustineatur in casu &c.*, quod sub diem 21. Novembris superioris anni decisum fuit: *Negative*.

Non acquiescit ejusmodi resolutioni Capitulum, quod propterea beneficio novæ Audientiæ impetrato jura, quæ ad vendicandam validitatem controversæ Beneficiorum unionis in anteacta Congregatione non attulit, in hodierna deducere pollicetur. Onus itaque erit Eminentiarum VV. siquid momentosum ab eodem Capitulo depromet:r, cum rationibus in folio dictæ diei 21. Novembris expositis conferre, ac matura deliberatione statuere.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Sess. 22. in Decreto de obser. & evitan. in celeb. Missa.

ROMANA ONERIS MISSARUM. Contendentibus Ministris Rev. Fabricæ S. Petri onus trium Missarum, & Anniversarii a Ludovico Anguisciola olim utriusque signaturæ Referendario injunctum Fratribus S. Andreæ de Fractis Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula in Instrumento venditionis Vineæ extra Portam Salariam existentis non comprehendi sub Decreto Sacræ Congregationis die 18. Julii 1708. edito, proindeque locum esse applicationi annualitatum decursarum, eo quia prædicti Fratres post lapsum quinquaginta annorum a die memoratæ venditionis neglexere Missas in illo contractu conventas celebrare, Eminentissimi PP. sub diem 23. Novembris 1737. ad Dubium: *An sub Decreto edito die 18. Julii 1708. comprehendatur onus Missarum, de quibus agitur in casu &c.* responderunt: *Affirmative*: Admissis autem ad novæ audientiæ beneficium tam memoratis Ministris, quam Comite Joanne Baptista Anguisciola, qui præmissam resolutionem duplici nomine hæredis nempe pii Te-

Testatoris, atque Cessionarii R. Fabricæ modo impugnat, Causa est in hodierna Congregatione iterum discutienda sub consueto Dubio.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

CALAGURITANA, ET CALCEATEN. RESIDENTIÆ: Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Calceatensis conscium Decreti sub annum 1639. editi, quo Sacra hæc Congregatio censuit; *Episcopum Calceatensem in sua Diœcesi residentem obligationi circa residentiam satisfacere, dum tamen in sua Cathedrali personaliter resideat temporibus ab eodem Sacro Concilio præscriptis in cap. 1. vers. Eosdem admonet Sess. 23. de Ref.* Anno 1675. supplicem Eminentissimis PP. porrexit libellum, quo exponens, Episcopum usque a mense Maii 1670. ad Civitatem Calceatensem devenisse, sed statim inde profectum, Cathedrali prorsus insalutata, sedem, atque Tribunal sub diem primam Septembris ejusdem anni fixisse in Civitate Lucronii, quin ipse postea sive ad Calceatensem, sive ad Calaguritanam Cathedrales inter se unitas accesserit, nisi semel tantum ad hanc posteriorem occasione, qua sub annum 1674. Olea sacra in ea confecit, plurimumque propterea dolens de hac Episcopi aversione a residentia in Cathedralibus suis Ecclesiis, rogavit discuti Dubium *An Episcopus teneatur in alterutra ex Cathedralibus residere saltem temporibus a Concilio expressis in Cap. 1. sess. 23. de ref.*, obtinuitque sub diem 26. Martii 1675. Decisionem votis suis conformem, quæ die 10. Junii 1679. meruit confirmari. *Sess. 23. c. 1. de ref.*

Hac edita Resolutione, consuevere postmodum Episcopi saltem temporibus a Tridentino præscriptis penes alterutram ex suis Cathedralibus Ecclesiis residere, & hodiernus ipse Antistes ab anno 1717., quo dictarum Cathedralium regimini præpositus fuit eandem residendi normam usque ad annum 1725. religiose servavit. An, nonnullis subinde controversiis inter ipsum, & Calceatense Capitulum exortis, e Civitate Calceatensi discessit, seque Lucronium contulit, ubi sub obtentu aeris valetudini suæ magis propitii Indultum permanendi ad biennium impetravit a S. M. Benedicto XIII., prorogatum deinde ad aliud biennium a Summo Pontifice feliciter regnante ob graves, quas ille exposuit pati infirmitates, & successive a cl. me. Card. Origo tunc Sacræ hujus Congregationis Præfecto ex facultate sibi a SS. impertita in contradictorio utriusque Capituli dictarum Cathedralium usque ad exitum Causæ super justitia, & æquitate ejusmodi Indultorum in eadem S. Congregatione pendentis extensum, ea tamen sub conditione, ut Episcopus teneretur interim diebus majoris Hebdomadæ, & Festis Paschalibus apud alterutram ex suis Cathedralibus residere.

Quoniam vero, neque diebus mox enunciatis, præterquam anno 1734. Episcopus apud alterutram ex dictis Cathedralibus, uti præfertur, resedit, earundem Cathedralium Capitulo induxere animum urgendi Resolutionem trium Dubiorum, quæ inferius describentur.

Porro recognitas Sacrosancta Tridentina Synodus, Præcepto Divino mandatum esse omnibus, quibus animarum cura commissa est; *Oves suas*

suas agnoscere pro iis Sacrificium offerre, verbique Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, & bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia Pastoralia incumbere; *Sess.22. cap.1. de ref.*, districte sancivit, *omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque quocumque nomine, & titulo præfectos, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel Diœcesi residentiam, ubi injuncto sibi Officio defungi teneantur, neque abesse posse, nisi cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas id postulet, & exigant*, p æterea vero pænis in eos, qui sine legitima causa ab Ecclesiis suis abessent, indictis, Episcopos omnes monuit, atque in Domino hortata est, *ne per illius temporis spatium* (nempe per duos illos, aut tres menses, quibus Episcopi possunt singulis annis a residentia abesse) *Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Christi diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere Pastoris præsentia oves debeant, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos alio vocent*.

Verum quia Tridentini PP. in mox relato Decreto usi sunt verbis, quæ admonitionem dumtaxat, & consilium Præseferre videntur; Episcopus propterea, qui in Diœcesi quidem residet, sed a Cathedrali sua Ecclesia temporibus in eodem Decreto præscriptis abest, tametsi Tridentini monitum non adimpleat, eam tamen non incurrit pænam, cui Episcopi in Diœcesi non reficentes subiiciuntur ad tradita per *Fagnan. in cap. Qualiter a num.*27. *ad* 34. *de Cleric. non resid. Ros. de residen. Episc. cap.*1. *sect.*5. *num.*19. §. *Interim*, *Pignattell. consult.*64. *num.*16. *Tom.*7. *Scarfaton, ad Ceccoper elocubrat. Canonic. Tom.*3. *addit.*17. *per tot.* & pluries resolvit Sacra Congregatio *in Cassanen.* 3. *Septembris* 1622. *relata per Nicol. verb. Episcopus sub num.*93. *vers. Quæ rursus* ibi *Sacra Congregatio censuit. Episcopum, si non accedat ad Cathedralem temporibus a Concilio præscriptis, licet male faciat, ut tamen incidere in privationem fructuum impositam a Concilio contra non Residentes*; in Causa, cui titulus *Dubium*; quam adducit *Pignattell. dicta Consult.*64. *num.*16. *tom.*7. ibi: *Posito Decreto Concilii Tridentini cap.*1. *sess.*6. *&* *cap.*1. *sess.*23. *An Episcopi temporibus præscriptis in dicto cap.*1. *sess.*23. *vers. eodem interim admonet &c. in Ecclesia sua residere teneantur, an vero satis sit, ut in Diœcesi resideant: Sacra Congregatio, articulo hujusmodi accurate discusso, censuit, Episcopos temporibus, ut supra præscriptis teneri in Ecclesia sua Cathedrali residere, nec satis esse, ut in Diœcesi resideant, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos alio vocent*; *in Valven.*13. *Augusti* 1650. *ad I. Dub. lib.*19. *decr. pag.*71. & novissime in *Urgellen. Residentiæ*, in qua disceptato ad preces Capituli Dubio: *An in casu, quo Episcopus non resideat in Cathedrali temporibus præscriptis a Sacro Concilio Tridentino, veniat puniendus, qua pæna, & a quibus in casu &c.*, sub diem 5. Septembris 1705. rescriptum fuit: *dilata, & ad mentem*, quæ ut inquit *Scarfan-*

*Scarfanton. ad Ceccoper. elucub. Canon. tom.*3. *addit.*17. *num.*7., ubi dictam resolutionem refert, probabiliter fuit, Episcopum per literas monendum esse de sua obligatione ad formam ejusdem Concilii, non vero aliqua pœna esse obnoxium.

Hæc sunt, quæ consentanee ad præmissum Conciliare Decretum recepta videntur, Episcopum apud alterutram ex suis Cathedralibus non residentem temporibus a Tridentino præscriptis, si non subjacere privationi fructuum ab eodem Concilio indictæ, pœnas saltem in veteribus Conciliis statutas incurrere, ea præstat transcribere, quæ hisce reponit præcitatus *Scarfant. ad* Ceccoper. *in dicta addit.* 17. *num.*7. ibi *Non relevante, quod, licet* Episcopus *non residens apud Ecclesiam suam Cathedralem temporibus a S. C. T. præscriptis non incidat in aliquas pœnas vigore ipsius Concilii; Nihilominus alias pœnas incurrit de jure antiquo statutas in Concilio Carthaginensi, & aliis* Conciliis, *quæ refert Fagnan. in dicto* Capitulo *Qualiter num.*34. *de* Cleric. *non resid. Quoniam per Sacrum Concilium Tridentinum quoad Episcoporum residentiam moderatus fuit vigor antiquorum* Canonum, *ut recte advertit Fagnan. ubi supra num.*34. §. *Atque hoc supposito vers. Sed tantum*.

Omnibus itaque ponderatis, inspectisque potissimum documentis, quæ a supradictis Capitulis afferuntur ad excludendam Episcopi ægritudinem, aerisque insalubritatem, sub quarum præsidio idem Episcopus iterum instat pro novi indulti concessione, onus erit EE. VV. decidere.

I. *An Episcopus teneatur diebus præscriptis a* Sacro Concilio *Tridentino* Sess.23. *de reformat. cap.*1. *residere in alterutra ex* Cathedralibus, *ibique* Sacras *Functiones explere?* & quatenus affirmative.

II. *An, & quibus pœnis subjiciendus sit in casu non residentiæ*.

III. *An, & quomodo sit concedendum novum indultum saltem ad cautelam in casu &c.*

Die Sab. 30. Januarii 1740.

JANUEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Maria Brigitta Franzoni, cum tertium decimum circiter ageret ætatis annum, educationis causa in Monasterium Sancti Leonardi Ordinis Sanctæ Claræ jussu Jacobi Patris collocata fuit; postmodum vero sub mensem Martii anni 1724. ibidem inter Moniales admissa Novitiatum inchoavit, quo expleto, die 20. ejusdem mensis Martii insequentis anni 1725. solemnem, assumpto Paulæ Theresiæ nomine, Professionem emisit: Meditans autem subinde suæ Professionis invaliditatem, quam ex multiplici capite emergere authumat, in judicium aliquando deducere, die 25. Aprilis 1734 in humanis adhuc degente suo Genitore, hanc edidit coram Josepho Aschieri publico Notario juratam protestationem: *Signor Dottor Aschieri, si compiacerà di restar rogato, come Io protesto, che se fin'ora non ho riclamato contro la Professione fatta da me in questa Religione, e successiva renuncia delle mie ragioni, ciò fu solo a riguardo del rispetto, che ho portato a mio Sig. Padre, e timor riverenziale verso il medesimo, ma essendo Io fatta maggiore d'età per aver anni 25. ho procurato fare ogni sforzo nella mia infermità di portarmi alla Porta di questo Monastero per parlare seco, ac-* *Sess.* 25. *c.* 15. & 9. *de reg.* & *mon.*

ciò V. S. resti rogato delle mie proteste, che gli faccio, non intendendomi per qualunque tempo possa correre di restar pregiudicata nelle mie ragioni, e che in qualunque modo, e tempo mi potevano, e possono competere, mentre se fin'ora non me ne sono servita, ne sarò per servirmene durante la vita del detto mio Sig. Padre, non sara per altro, che per mero rispetto, e timore riverenziale, che porto al medesimo, come così mi protesto con mio giuramento.

E vivis demum sublato memorato Jacobo, eadem Paula Theresia, ne ex diuturno temporis lapsu videretur Professionem ratam habere, indeque impedimentum aliquod sibi pararetur, die 11. Junii 1735. satius duxit novam coram altero publico Notario exarare protestationem jurisjurandi religione, ac Patris de Magistris Societatis Jesu tunc temporis sui Confessarii præsentia, & approbatione communitam (*con la quale*, sunt Paulæ Theresiæ protestantis verba) *come se fossi avanti al Tribunale Supremo di Dio, dichiaro, e confesso, che non ho mai avuta vocazione di farmi Monaca, ne di fare alcuna Professione nello Stato Religioso, avendo in questo particolare detto quello, che mi hanno fatto dire, come un Pappagallo, senza che in quella tenera età di anni 16. in circa sapessi cosa volesse dire Voti di Religione, come così avevo già protestato all'istesso mio Padre avanti di entrare in Monastero alla presenza di Bianca Maria Degola mia Cameriera, e se Io ho fatto istanza per esser vestita, e professata, fu tutta insinuazione delle Monache parenti per compiacere al suddetto mio Padre, come per levarmi dalla stretta soggezzione, e schiavitù, in cui mi tenevano, senza permettermi, che potessi consigliarmi con alcuno fuori di quelli da Loro cercati a tal'effetto. Per altro non ho mai in alcun tempo prestato alcun consenso interno ad alcun' atto della sudetta Professione, e voti fatti nella medesima per difetto di libera volontà, & cognizione de' medesimi, ne ho mai in alcun tempo ratificato con l'animo mio li medesimi, avendo sempre in me sentito un continuo richiamo, ed una ripugnanza continua al sudetto stato Religioso, e se non ho prima in effetto riclamato contro la sudetta Professione, fù sì perchè nella mia infermita non ho mai potuto sortire da Letto da dieci, e più anni a questa parte, come per il timore riverenziale da me sempre avuto al fu mio Padre, dubitando incorrere nella di Lui indignazione: Ora però, che e morto, ho determinato di fare le mie parti per liberarmi dal continuo inferno, che provo in questa vita, e dal pericolo, in cui mi ritrovo di provarlo anche nell'altra, se il Sig. Iddio per sua infinita misericordia non si degna di apprestarmi quei mezzi, che saranno sufficienti per sortire dallo stato, in cui mi trovo, per salute dell'Anima, e del Corpo.*

Tandem vero sub mensem Augusti anni 1736. sæpedicta Paula Theresia supplicem Sanctitati Suæ porrexit libellum, quo totam rerum tempore Novitiatus, ac Professionis gestarum seriem enarrans humillime postulavit, sibi facultatem impertiri, ut prævia in integrum restitutione ab elapso jamdudum quinquennio, jura sua adversus eandem Professionem posset experiri; At remissis Amplissimo huic Consessui precibus, imperata de more fuit Archiepiscopo Januensi confectio Processus, quo nuperrime ad Urbem delato, consuetum Dubium hodie est discutiendum ad petitionem ejusdem Paulæ Theresiæ, cui licet Moniales præfati Monasterii obniti se nolle formiter declaraverint, obsistit tamen Marchionissa Paula Durazzi ejus Soror communis Patris, Consanguineorum, suamque, ut ipsa ait, famam potissime vindicatura.

Primum assertæ invaliditatis caput in eo videtur constitui, quod tum in communibus Regulæ, seu Ordinis S. Claræ Constitutionibus specifice, ut dici

dici solet, ab Apostolica Sede approbatis sub *Cap.* 4. interdicatur: *Che non si riceva alcuna, che per l'Infermità sia giudicata per insufficiente ad osservare questa vita, e regola*, tum & in peculiaribus Monasterii S. Leonardi Statutis ab Archiepiscopo Januensi editis prohibitum sit: *Che non si riceveranno per modo alcuno quelle, che per infermità non fossero giudicate buone per la Religione*: His autem posthabitis Constitutionibus, Moniales omnes, tametsi Oratricem novissent ob imbecillem corporis habitum, necnon ob graves, & diuturnas infirmitates, quibus sub initium Novitiatus ea cœperat identidem divexari, ineptam prorsus ad religiosa obeunda munia, nihilominus & ad monasticum habitum, & subinde ad solemnem admiserint Professionem, absque eo quod ulla præcesserit sive Apostolicæ Sedis, sive Ordinarii licentia, quæ tamen necessaria fuisset, ut valide dici posset memoratis Constitutionibus derogatum, quemadmodum advertunt *Donat. in prax. Regular. tom. 2. tract. 3. de qualit. recipiend. quæst. 25. num. 4. & seq. & De Vecch. in prax. Novitior. disp. 13. dub. 16. num. 5. & seq.*

Verumtamen circa ejusmodi Constitutiones duo præstat adnotare; Alterum scilicet, quod Oratrix fuit in Monasterio S. Leonardi recepta cum exemptione ab onerosis muneribus: *atteso il regalo fatto al Monastero di lire mille per la sua Impotenza*: hinc enim cessare videtur illud Monasterii detrimentum, ad quod avertendum censentur ejusmodi Constitutiones potissimum intendisse; Alterum autem est, quod eædem Constitutiones vetant quidem, ne Puellæ infirmæ, ac minus idoneæ ad sustinendos Religionis labores, necnon religiosa munera exercenda monastico habitu induantur, & solemnem permittantur emittere Professionem, sed si forte eas recipi contingat, nusquam ab iisdem Constitutionibus invalida decernitur ipsarum Professio; Unde succedit recepta juris regula, juxta quam Professio, tametsi contra explicitam Constitutionum Ordinis legem emissa, non debet pronunciari invalida, nisi lex ipsa pœnam nullitatis expresse indixerit ex traditis per *Fagnan. in Cap. Qui Presbyterum num. 8. & seqq. de pœnit. & remiss. Eminentissimum Petra ad Constit. 2. Anastas. 11. num. 9. & seq. tom. 2.*

Secundum propositæ nullitatis caput in eo sistit, quod Oratrix, vix inchoato sub mensem Martii 1724. Novitiatu, coacta fuerit spatio quindecim dierum in lecto decumbere, postmodum vero mense Novembris ejusdem anni è scala forte prolapsa graviter adeo remanserit in femore læsa, ut extra locum Novitiatus per quinquaginta dies debuerit in lecto jacere, nec amplius subinde potuerit ad Novitiatum reverti; Hinc autem emergere contenditur, quod sicuti nequivit Paula Theresia tempore suæ ægritudinis jejunia, vigilias, carnis abstinentiam, aliasque Regulæ austeritates experiri, ita Annus ejus probationis veluti majori ex parte intermissus non posset dici completus, & absolutus, uti requiritur ad Professionis validitatem, juxta *Text. expresf. in Cap. Ad Apostolica de Regular. & in Cap. 1. eod. tit. in 6.*, & statuit quoque Sac. Conc. Trid. Decretum *Sess. 25. cap. 15. de Regular. & Monial.*

Quoniam vero ea communior videtur esse Canonistarum Sententia, ut Novitiatus ex infirmitate, qua Novitium laborare contingat, non dicatur adeo interruptus, ut Professio subinde emissa judicetur invalida, quemadmodum argumento *Text. in cap. Sicut nobis num. 17. de Regular.* tradunt *Fagnan. in Cap. Insinuante num. 40. eod. tit. Reiffenstuel. in jus Canon. lib. 3. tit. 31. §. 3. num.* 108. propterea Oratricis nomine expendenda proponitur Resolutio ab hoc Sac. Tribunali edita *in Parisien. Restitutionis in integrum*, ubi cum inter cætera expositum fuisset: *Franciscam de*

Virginem adhuc, & vix in decimoquinto ætatis suæ anno constitutam delicatæ nimium, ac debilis complexionis ad Novitiatum admissam nullas fere ob morbos continuos, & præcipue sanguinis vomitus, quibus per tempus Novitiatus, & postea afflicta fuit, neque jejuniis, neque usu panni serici, neque vigiliarum in nocte, neque abstinentiæ carnis austeritates & probare, & servare potuisse, tamen nullo alio Novitiatu inchoato ab Abbatissa, & Monialibus ad Professionem admissam fuisse. discusso Dubio: *An petitæ restitutioni in integrum sit annuendum*. die 28. Septembris 1697 responsum fuit: *Affirmative*, ut in *lib. 47. Decret. pag. 4*[illegible]*3.*

Tertium pariter nullitatis caput ex eo desumitur, quod, cum Paula Theresia teneræ prorsus, atque imbellis ætatis esset, itidemque: *di naturale timido, e rispettoso del Sig. Giacomo suo Padre*: Contra vero Jacobus Pater esset in iracundiam facile proclivis, parumque filiam diligeret, tantus inde timor Puellam invaserit, ne Patris indignationem incurreret, si Religiosum habitum respuisset, ut hunc invito penitus, aversoque animo tandem susceperit; Ab hujusmodi autem metu reverentiali, præsertim vero si Filia cogitet quidquam mali ex indignatione Patris alioquin indolis iracundæ sibi imminere, Professionem infici, tradunt *Innocent. in Cap. Causa de Offic. deleg. Ancharan. in cap. 1. de respons. impuber. n. 4. Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 6. num. 2. & seq. Piring. in Decretal. lib. 3. tit. 31. num. 120. Reiffenstuel in jus Canon. lib. 3. tit. 3. n. 164. Passerin. de Stat. Hom. tom. 3. quæst. 189. art. 10. sub num, 75.*

Quartum promanare dicitur ex gravi timore Oratrici incusso obeundi in primo edendo Partu, si carnales nuptias celebraret, uti ipsa ejusmodi metus circumstantias in formali suo Constituto in hæc verba recensuit: *E per farmi risolvere a loro genio sempre rammemorandomi lo spavento di morire nel primo Parto, se non mi facevo Monacha, e ricordandomi li casi seguiti a Donne morte di Parto, senza che potessi mai parlare ad alcuno per consiglio fuori, che al Confessore, che era il Priore di Santa Cro e già da me nominato, qual sentito da me, che non avevo vocazione di farmi Religiosa, anziche abborrivo un tale stato, e massime la Clausura, bensi che mi sentivo una grande oppressione di Cuore per il timore di morire nel primo Parto, che mi aveva messo il Zio, e le Monache, se non mi facevo Monaca, li demandai se facendomi Monaca per questo solo motivo, era buona vocazione, e lui mi rispose di si*; Et comprobat præter alios Testes Frater Alexius a S. Antonio Carmelita, qui refert, Hieronymum Franzoni Oratricis Patruum sibi in extrema infirmitate dixisse: *Che un giorno era andato al Monastero di S. Leonardo, dove la medema sua Nipote era in educazione, e fattala chiamare, le parlò alle crati, e li disse: Voi siete in stato, ed in eta di poter eleggere lo stato Religioso, e questo sarebbe sempre il più migliore, e piu perfetto, o il Celibato di non esser Maritata, ne Religiosa, ma questo non e cosi facilmente pratticabile, o il terzo stato di Matrimonio, questo e in arbitrio vostro di eleggerlo, ma attesa la vostra delicatezza, e debolezza di corpo correte rischio di lasciarvi la vita nel primo Parto.*

In jure siquidem magis communiter receptum esse videtur, quod licet metus ab intrinseco, sive ut ajunt, a causa naturali, & necessaria incussus, nimirum ratione mali alicujus temporalis, aut spiritualis invalidam Professionem non reddat, quemadmodum ad *Text. in Cap. Sicut nobis de Regul. & in l. Si Mulier 21. ff. de eo, quod metus causa* docent *Joann. Andr. in cit. Cap. Sicut nobis num. 4. Hostien. num. 1. Ancharan. num. 6. Zabarell. num. 3. Abb. num. 52. Gonzal. num. 7. Fagnan. ibid. num. 29., & in Cap. Si quis num. 81. eod. tit. Sperell. dec. 6. num. 11.*; secus tamen sit,

ubi

ubi metus ipse non fuerit per se, ac sponte conceptus ab eo, qui Religiosam Professionem emisit, sed eidem dolose ab alio incussus, proposita scilicet minus vera, & justa causa timendi, aut ea plus æquo amplificata in finem extorquendi Professionem, ad tradita per *Sanchez de Matrim. lib. 4. disp. 13. sub n. 1. vers. Tertio probatur, & num. 9. vers. Ad secundum fateor, & ad Præcept. Decal. lib. 4. cap. 3. num. 5., & 6. Sorell. d. dec. 6. n. 11. vers. Contrariam*; & ad rem conferunt ea, quæ notant *Tamburin. Oper. Moral. lib. 8. de Matrim. tract. 4. cap. 6. §. 2. num. 13. & seq. Card. de Lugo de just. & jur. disput. 22. n. 169. Piring. in Decretal. lib. 1. tit. 40. num. 35. & 27., & Reinffestuel. in Jus Can. lib. 1. tit. 40. num. 47.*

Quintum denique in eo versatur, quod Oratrix nedum averso, invitoque animo, sed simulate etiam, ficteque Professionem emiserit, idque satis comprobari asseritur ex judiciario ejusdem Oratricis constituto, quod plurium Testium depositioni, aliisque argumentis conjunctum sufficere, contenditur ex iis, quæ tradunt Scribentes in *Cap. Vidua de Regular.*, & præsertim ibid *Innocen. sub n. 5, Hostien. sub n. 10. Butr. n. 12. & 13. Anbaran. n. 3.* & post alios antiquiores *Piton. discept. Eccl. 110. num. 18. & 20.*: In causam vero justam, & honestam simulandi Professionem profertur metus indignationis paternæ juxta doctrinam *Gloss. in Cap. Quod interrogasti verb. finxit. Turrecremat. sub. num. 1. Archidiacon. num. 3. & aliis omissis Passerin. de stat. Homin. qu. 189. art. 10. num. 51. tom. 3. Piton. discept. Eccl. 110. num. 11. 12., & 13. tom. 4.* & firmavit Sacræ Rotæ Auditorium *in Magistrali dec. 798. cor. Molines*.

His autem omnibus non leve pondus videtur accidere ex judiciali examine P. Magistri Michaelis Angeli Porri, qui cum loco prælaudati Patris de Magistris Societatis Jesu ordinarii Paulæ Thereliæ Confessarii suffectus fuerit, in hæc verba deposuit: *Essendo gravemente ammalato detto Padre de Magistris entrati in discorso di questa Causa disse, che era giustissima, e che era obligata in coscienza a proseguire le sue incombenze, e che egli aveva tutto il fondamento di credere la sudetta Persona* (nempe Oratricem) *assoluta da' Voti di Religione, e che vedendosi in pericolo di morte li dispiaceva di non poter veder terminata questa Causa, ed in caso che Iddio avesse disposto di chiamarlo a se, mi pregava vole la assistere per suo Direttore Spirituale*; & inferius: *Tutto questo mi ha letto in questo Capitolo, in parte l'ho sentito dal detto Padre de Magistris, & in parte da detta Suor Paola Teresa, contutto ciò, discorrendo circa l'assenso non prestato volontariamente dalla medesima alla di Lei Professione, posso ancor Io attestare, che Ella non l'ha dato volontariamente, perche così Lei se ne protesta anche con me, e di questa sua protesta me ne ha data licenza di palesarla*: hujus vero Testis depositioni consentanea apparet altera Julii Cæsaris Prævidi, qui ad interrogata respondens sic inquit: *Per quanto riguarda al P. de Magistris non intendo filosofare contro tal sorte di argomenti, dico bene, che in sapere era Uomo dotto al pari del P. Visetti, ed in santità senza paragone, e non ho dubbio, che essendo Direttore della sua coscienza, potesse formarne un saggio giudizio maravigliandomi del modo, con cui si sono spiegati con evidente detrazione della fama altrui, solo dico, che parlando con detto Padre di tal Causa, arrivò meco a dire, che ben prevedeva, che avrebbe avuto degl' incontri presso i suoi Superiori per avere il P. Durazzi Provinciale, ma che non l'importava niente, mentre era pronto sacrificarsi, tanto conosceva di ragione, e di giustizia una tal Causa.*

Alia non desunt argumenta, quæ præsertim ex tota rerum postea gestarum serie

serie Eminentissimis PP. satis superque pluries exposita conantur Defensores Paulae Theresiae pro invaliditate ejus Professionis elicere, dolentes praeterea uberiores in circumstantiis, quibus haec Causa agitur, nequivisse probationes obtineri, proindeque conclamantes, ut Puellae in gravissimis angustiis constitutae paratioribus, quae justitia simul, & aequitas suggerunt, remediis succurratur.

Contra vero nomine memoratae Marchionissae Durazzi plures numero proferuntur Testes, ex quorum phalange ad evidentiam ferme demonstrari contenditur, neque vi, neque ulli metui etiam mere reverentiali tribui posse Professionem a Paula Theresia emissam, sed ita ab eis libero, lubentique animo ultro prodiisse, ut eidem potius obniti visus sit ejus Genitor, quippe qui maluisset hanc quoque Filiam suam in Seculo nubere. Inde autem subjicitur perperam ejusmodi Professionis nullitatem allegari, sive ob subdole incussum Paulae Theresiae timorem mortis in primo Partu obeundae, ubi carnales nuptiae fuissent ab illa contractae, sive ob defectum ejus interni consensus in actu profitendi, sive demum ob magnificatam Novitiatus interruptionem; Haec enim omnia asseruntur, vel a facti veritate aliena, vel nullo satis valido documento comprobari, vel demum tanti ponderis in jure non esse, ut irrita censeri queat Religiosa Professio consuetis solemnitatibus palam emissa.

Prolixae facti, & juris allegationes, quibus pinguiora respondent Summaria, utrinque circumferentur; Onus itaque erit Eminentiarum VV., iis perlustratis, decidere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Ad Mentem.

IN postrema Congregatione habita sub diem 16. labentis mensis nequiverunt discuti octo sequentes Causae, quas in hodierno Consessu, praevia reassumptione Folii tunc distributi, rogantur Eminentiae VV. consueto sapienti oraculo definire.

Sess.24.c.12. de Ref.

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS.

An sit locus admissioni Sacerdotis Blasii Graviere ad participationem in Ecclesia receptitia S. Leonis Civitatis Salae in casu &c.

Affirmative, & amplius.

Sess.24.cap.6. de ref.

BARCHINONEN. DISPENSATIONIS.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

Affirmative, & amplius.

Sess.24.c.13. de Ref.

CRACOVIEN. UNIONIS.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

Affirmative ita tamen, ut deputetur Vicarius perpetuus cum Cappellano ad nutum amovibili.

OVE-

OVETEN. COADJUTORIÆ, ET DISTRIBUTIONUM. Seff.24.c.12. de ref.
An sit standum, vel recedendum a Decisis die 6. Junii 1739. quoad III. Dubium in casu &c.

In Decisis, & amplius.

SEGOBRICEN. DISMEMBRATIONIS. Seff. 21. c.4. de ref.
I. *An concedenda sit dismembratio Villæ de Torcas ab Ecclesia Cathedrali Segobricen.* Et quatenus affirmative.
II. *An concedenda sit reservatio Jurispatronatus Domino temporali prædictæ Villæ, ejusque Successoribus.*
III. *An novo Parocho concedendæ sint Decimæ correspondentes Curæ Animarum in Villa de Torcas in casu &c.*

Ad I. Affirmative salvis Juribus Matricitatis favore Ecclesiæ Cathedralis, & reservato competenti honore a Rectoribus pro tempore novæ Parochiæ quotannis eidem Cathedrali præstando arbitrio Episcopi; Ad II. Affirmative juxta modum; Ad III. Negative.

SALERNITANA UNIONIS. Seff.21.& 22. c.3.& Seff.24. cap.12.& 15. de ref.
An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata.

ROMANA ONERIS MISSARUM. Seff. 22. Decreto de obser. & evit. in celebr. Miss.
An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

CALAGURITANA, ET CALCEATEN. RESIDENTIÆ. Seff. 23. c.1. de ref.
I. *An Episcopus teneatur diebus præscriptis a Sacro Concilio Tridentino Sess. 23. de reformat cap. 1. residere in alterutra ex Cathedralibus, ibique Sacras Functiones explere?* Et quatenus affirmative.
II. *An, & quibus pœnis subjiciendus sit in casu non residentiæ.*
III. *An, & quomodo sit concedendum novum Indultum saltem ad cautelam in casu &c.*

Dilata ad Sequentem.

Die

Die Sab. 3. Septemb. 1740.

Sess. 23. cap. de ref. CALAGURITANA, ET CALCEATEN. RESIDENTIÆ. Decisio hujus Causæ descriptæ in foliis dierum 16. & 30. Januarii proximè præteriti, Episcopo dilationem petente, hodiernæ Congregationi reservata fuit. Priori itaque resumpto Folio, dignabuntur Eminentiæ VV. tribus mox describendis Dubiis respondere.

I. *An Episcopus teneatur saltem diebus præscriptis a Sacro Concilio Tridentino Sess. 23. de reformat. cap. 1. residere in alterutra ex Cathedralibus, ibique Sacras Functiones explere?* Et quatenus affirmativè.

II. *An, & quibus pœnis subjiciendus sit in casu non residentiæ.*

III. *An, & quomodo sit concedendum novum Indultum saltem ad cautelam in casu &c.*

Teneri, & concedendum esse Indultum ad biennium juxta mentem.

Sess. 25. c. 19. de reg. ULYSSIPONEN. ORIENTALIS RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Contendens Aloysius de Almeida, irritam esse solemnem Professionem die 21. Aprilis 1721. in Conventu B. M. Virg. Gratiarum Ord. Eremitarum S. Augustini a se emissam ob violentias præsertim ab Adriano Patre sibi illatas, implorat hodie beneficium restitutionis in integrum a quinquennio jamdudum elapsum, ut jura sua adversus eamdem Professionem valeat experiri.

Plura utique sunt in Processu Sacræ hujus Congregationis jussu de more confecto, quæ Oratoris petitioni suffragantur, sed hæc facilè præcipua videri possunt, ac validiora; Primò nimirum, quod Aloysius invito, aversoque animo Genitorum votis obsequuturus, teneram adhuc tresdecim annorum ætatem agens, Religionem fuerit ingressus, vix autem inchoaro Novitiatus anno, & delibata Religionis, ac Regulæ austeritate, cæperit *disgustarsi, e dire, che non voleva essere Religioso, in modo tale, che scrisse a suoi Genitori, manifestando, che non voleva detto stato, come eziandio fece, supplicandoli, che lo cavassero dalla Religione, che assolutamente non voleva essere Religioso, e che non aveva da professare, perche non era suo genio*: juxta testimonium, quod P. Carolus a S. Agnete Provincialis Ordinis, & germanus Oratoris frater in ea verba perhibuit *Summ. num. 4.*

Secundo, quod Adrianus ejus parens, ubi primum hos Filii sensus accepit, statim ad Conventum se contulit, curavitque eidem à suo Patre Provinciali indici, *che se non seguitasse il suo Noviziato per professare, certamente il Genitore lo averebbe bastonato molto bene, e dopo mandato all' Indie legato come un Birbo, e che non lo riconosceria più per suo Figliolo*, deinde ipsemet ore proprio nedum cæperit minacibus verbis eum terrere, *dicendo, che certamente lo averebbe frustato molto bene, e dopo mandato legato nell'Indie, se non professava, e che se fosse venuto a sua notizia, che l'Impetrante nel Convento pronunciasse colla bocca simili sentimenti (videlicet, che non aveva genio d'esser Frate) senz'altro lo averebbe ridotto in pezzi*, sed insuper, quia Orator *seguitava per sempre la sua istessa risoluzione, dicendo con gran costanza, che non voleva esser Religioso, ne che aveva da professare*, pugnis, colaphis, aliisque verberibus

ipsum pessime habuerit, *ripetendo, che se pronunciasse altra volta l'istesse parole, e che non professasse, lo averebbe fatto per un Schiavo battere molto bene, fino a ponerlo alla Santa Unzione, e dopo mandato all'Indie legato come un Birbo, e che non lo riconosceria più per suo Figliuolo*, quodque non semel in ipsum stricto ense insilierit, quemadmodum de re, cui præsens adfuit, testatur in suo examine Antonius de Corvaglio per hæc verba: *Altre volte poi lo costringevano alla vita Religiosa, ma egli sempre costante nella sua opinione rispondeva di non volere, & una volta essendo presente viddi, che il di lui Padre andando al Convento, e parlando con il suddetto suo Figliolo, gli diede molti schiaffi, e cavò la Spada per dargli colla medesima, se esso Testimonio non vi si intrometteva, e ciò per aver inteso dal medemo, che non voleva professare, onde il Giovane s'intimorì assai nel vedersi così maltrattato*, & consonat Testimonium Sacerdotis Josephi de Sylva ita deponentis: *Et una volta in mia presenza &c. in una stanza della Sagrestia del medesimo Convento &c. avendo il nominato Fr. Luigi detto al riferito Adriano d'Almeida suo Genitore, che non intendeva di professare &c., il detto fu Sig. Adriano si levò in collera, e non solo gli diede molti schiaffi, ma cavò la Spada per dargli colla medema, e gli averebbe dato, se il suo Gentiluomo &c. non si metteva in mezzo, e non impediva, che non gli dasse colla Spada*, ut ex eodem *Summ. num. 2 & 6.*

Tertio, quod, decurrente probationis anno, idem Aloysius sibimet jugiter inquietus, Connovitiis vero summopere molestus plures admiserit excessus, fugamque pluries è Novitiatu, & è Conventu arripuerit, nec nisi verberibus, ac minis reduci potuerit, uti pariter habetur ex Testibus formiter examinatis sparsim relatis *d. Summ. num. 2. Incominciò a fare mille inquietitudini, e dissolutezze, fuggendo dalla Religione, conforme fece nel Noviziato, per cui fu egli carcerato nel Convento*, & comprobant undeviginti Religiosi ejusdem Ordinis *eodem Summ. num. 3.* præter quos Frater Dionysius Ordinis Minorum Observantium hæc circa enunciatam fugam enarrat: *E mi ricordo, che una volta, essendo Novizio, fuggì dalla Religione, e venne in Casa del Benefiziato Aurelio di Britto, il quale per averlo ricevuto in Casa ebbe molti disgusti, e il detto Fr. Luigi diceva di esser fuggito, perche non voleva esser Frate. Summ. num. 7.*

Quarto, quod Magister Novitiorum cum ex præscripto Constitutionum Ordinis teneretur Oratoris indolem, statum, ac progressum in Capitulo, seu Communitate referre, antequam is ad Professionem admitteretur, veritus non fuerit palam exponere, quod ipsum Religioni aptum non judicabat, veluti in eadem ob apertam suam aversionem minime perseveraturum, quemadmodum deposuit Frater Alexander de Feria *eodem Summ. num. 2. litt. H. Sa per aver veduto, conforme era notorio, che l'Impetrante professò per paura de' Parenti, e contro la sua volontà, tantoche avanti al professare, essendo costume, & uso, secondo la Regola della Religione, che ordina, che il Maestro de Novizj informi in piena Communità la buona inclinazione d'ogni Novizio, così il suo Mastro chiamato Fr Giovanni D. Endrade gia defonto diede relazione in piena Communità della positiva avversione, e repugnanza, che esso aveva allo stato Religioso, e che per questo non lo giudicava capace di poter perseverare nella Religione*, & inter cætera idipsum testantur memorati novendecim Religiosi *eodem Summ. num. 3.* Testantur ulterius, quod, cum mos vigeat secundum Regulam, quod Magister Novitiorum, antequam Professio emittatur a Novitiis, teneatur repræsentare in plena Communitate

nitate statum, progressum, bonamque indolem cujusque Novitii ita praesentes fuimus, quando P. Magister Novitiorum praedicti Fr. Ludovici de Almeida retulit in plena Communitate aversionem, & repugnantiam, quam ille fovebat ad statum regularem, quodque proinde eum non dijudicabat idoneum pro Religionis perseverantia.

Quinto, quod idem Orator in actu Professionis manifesta praebuerit signa suae aversionis, & repugnantiae a statu Religioso, itaut quisque ex Adstantibus miratus fuerit, quod adeo invitus, & reluctans ad profitendum admitteretur, uti constat ex unanimi depositione plurium Testium, qui cum adfuerint solemni actui ejus Professionis, expresse referunt, se vidisse: *come il medesimo professava contro sua voglia, e sforzato, siccome l'istesso riconobbe ogni uno, che si trovava presente, anzi tutti si meravigliarono, come il Superiore ammettesse il sudetto Giovane alla Professione ogni qual volta vedeva la di lui positiva ripugnanza, & aversione allo stato Religioso, d. Summ. num. 2.*, & concordat tum attestatio Magistri Praesidis, & Cancellarii Patriarchalis *Summ. num.* 5. Eadem die, qua Professionem emisit, cum essem praesens, dum apprime vidi, eum non esse contentum, sed profiteri ob timorem sibi incursum a Genitore, sicuti innotuit Adstantibus, qui etiam mirabantur, praedictum Juvenem fuisse tali modo coactum ad profitendum, tum altera dicti Fratris Dionysii Religiosi Ordinis Minorum Observantium *Summ. num.* 7. *Essendomi io infrascritto trovato presente nell'anno* 1721. *quando fece Professione, viddi, & osservai &c. che la sua volontà era sforzata, e che faceva quell'atto per paura de' suoi Parenti, ed io gli sentii dire a lui medesimo, che lo faceva per paura, ma che non intendeva di essere, ne sarebbe stato Frate.*

Postremo, quia tacita Professionis ratificatio solet impedimentum praestare, quominus petita in integrum restitutio concedatur, eaque desumi posset, vel ex eo, quod Regularis professus Sacros Ordines ad titulum Religiosae paupertatis susceperit, sive ex eo quod ab illa saltem extrajudicialiter neglexerit reclamare, vel tandem quia munia, quae solis Religiosis Professis conveniunt, exercuerit, propterea Orator ad excludendam quamcumque speciem tacitae ratificationis plures induxit Testes, ex quorum depositione habetur, nullum sive ex Minoribus, sive ex Sacris Ordinibus a se fuisse susceptum, nec ulla unquam obita Religiosa munera, Superioribus suis quamquam in id plurimum admitentibus, quippe qui obfirmato semper animo diceret, *di non esser Frate, e che aveva la speranza di levarsi dall'Abito, e che per tal motivo non voleva fare alcun offizio Religioso*, additis quoque repetitis protestationibus super nullitate suae Professionis, constantique proposito, eamdem in judicio proponendi, quum primum sibi id agere licuisset, ut sparsim habetur ex pluribus locis *d. Summ. num.* 2. *& sequen.*

Religio consuetis actibus judiciario lacessita Oratoris conatibus non obluctatur; Hujus itaque perpensis juribus una cum Relatione Ordinarii eidem favente, onus erit EE. VV. decernere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmativè.

Sess. 21. c. 4. de ref. Matr. PARMEN. MATRIMONII. Summus Potifex Clemens XI. ad preces Francisci Farnesii Parmae, & Placentiae Ducis, uti Supremi Magistri Aureatae Militiae Constantinianae sub titulo Sancti Georgei, ac sub regula Divi Basilii a Seculis institutae Ecclesiam B. M. V. vulgo nuncupatam *della Steccata* in Civitate Parmensi existentem erexit in Collegiatam, seu Conventualem ejusdem Constantinianae Militiae Sedem, ibique magnum con-

constituit Priorem, qui ejusdem Ecclesiæ Ministris præesset, eorumque spirituali, ac temporali Regimini incumberet; postmodum vero Magno istius Militiæ Priori s.m. Benedictus XIII. benigne indulsit, ut ipse quotannis quatuordecim Personis Militiæ præfatæ Cruce insignitis, simulque expressè professis in temporali ditione ipsius Francisci Ducis Domicilium habentibus, & in futurum habituris, octo scilicet in Parmensi, tribus in Placentina, & totidem S. Donnini Civitatibus, vel Diœcesibus commorantibus, quæ requisitis a Concilio Tridentino qualitatibus præditæ fuerint, literas dimissoriales ad Clericalem characterem, & ad omnes etiam Sacros, Presbyteratusque Ordines suscipiendos concedere libere, licite, & valide possit, & valeat, ita tamen ut literæ dimissoriales prædictæ ad illum ex tribus Episcopis Parmensi, Placentino, & S. Donnini, in cujus Civitate, vel Diœcesi Personæ præfatæ Domicilium habebunt, dirigantur, præterquam si Episcopus Diœcesanus abfuerit, vel non esset Ordinationes habiturus, vel Sedes Episcopalis vacaverit, tunc enim ad alterum ex duobus Episcopis Ordinationes habentem dirigi possint, ac servata quoad literas testimoniales (si & quando eisdem opus fuerit) Constitutionis piæ mem. Innocenti XII. quæ incipit „ *Speculatores* „ forma, & dispositione.

Inter cæteros, post expeditum ejusmodi Breve, prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ *della Steccata* adscriptos, alter fuit Joseph Antonius Facini Parmensis, qui ibidem admissus in Clericum honorarium, cum probe noverit, se non posse juxta legem præfati Brevis prima Tonsura insigniri cum literis dimissorialibus Magni Prioris, nisi expressam Professionem in Militia antedicta prius emisisset, hanc juramenti, seu votorum formulam nuncupavit „ *Ego N. N. juro &c. perpetuo &c. fidelem, ac obedientem futurum Serenissimo Francisco Farnesio Duci Parmæ, & Placentiæ &c. Religiosissimo Supremo Magistro Sac. Ordinis S. Georgei sub Regula S Blasii, suisque Successoribus legitime intrantibus. Non ero in Consilio facto, vel tractatu, in quibus contra eorumdem Statum, Personas, & Jura, aut Sacrum hunc Ordinem quid attentetur; Et si alia a quibuscumque tractari, vel procurari novero, ea pro virili impediam, & quanto citius potero, significabo eidem Supremo, vel alteri, per quem possit ad illius notitiam pervenire, Sanctæ Sedi Apostolicæ, ejusque Prælatis debitum obsequium præstabo, Viduas, Pupillos, & miserabiles Personas dictis, & factis, quantum in me erit, ab oppressionibus sublevabo, Exercitum sacræ Militiæ Constantinianæ sancti Georgei, ejusque laborem fideliter sequar, castitatem servabo, humilitatem, obedientiam, & charitatem pro virili colam, & exercebo; Injurias non ulciscar, inimicos meos diligam, & iisdem, quanta humana fert fragilitas, benefaciam, Sanctiones Ordinis, & præscribendas imposterum a Supremo leges reverenter amplectar, & observabo, Crucem Sac. Ordinis perpetuo gestabo, ad Comitia sive Generalia, sive Provincialia vocatus accedam, nisi legitima causa fuerim impeditus, Vos autem, Sanctissima Trinitas, Beata Virgo, ac Dive Georgi, vota mea audite, & præsto sitis, Vosque adstantes promissionis hujus meæ viventes, & in die censorio Testes estote.*

At cum novissime idem Joseph Antonius Facini, dimissis ex licentia Magni Prioris Clericali habitu, & Cruce dicti Militaris Ordinis, facultatem postulaverit celebrandi Matrimonium cum Alba Maria Nunciati, renuit Parmensis Episcopus ejus petitioni annuere, putans nimirum obicem præstare posse Matrimonio ineundo præfatum juramentum, sive castitatis votum sub relata formula ab illo missum, nisi desuper fuerit Apostolica dispensatio impetrata. Quocirca d. Joseph Antonius, juxta preces fan. mem.

 Cle-

Clementi XII. porrectas, & Sac. huic Congreg. remissas, duplicem hodie promovet instantiam, primam nempe, ut declaretur, nulla sibi opus esse dispensatione pro ineundo Matrimonio, alteram vero, ut dispensatio sibi impertiatur, quatenus ipse judicetur ea indigere.

Ex pluribus scilicet rationum momentis contendit Orator, nulla super asserto Castitatis voto sibi opus esse dispensatione; Primo, quod tempore, quo juramentum, seu Professionem in manibus Magni Prioris emisit, decimum septimum dumtaxat annum agebat; quum tamen Constitutiones Ordinis à Clemente XI. confirmatæ, & approbatæ præscribant, *ut nemo ante decimum octavum annum expletum ad profitendum admittatur*: Secundo, quod Professioni, seu juramento antedicto Novitiatum non præmiserit per biennium, juxta præscriptum earumdem Constitutionum, quibus sub *Cap.* 7. §. 2. statuitur, ut ad Professionem nullus recipiatur, *nisi exacto biennio a die, qua Sacro Ordini nomen dedit*; Tertio, quod in sæpedicto Equestri Ordine non voveatur absoluta, & simplex Castitas, sed conjugalis tantum, juxta ejusdem Ordinis Constitutiones *Cap.* 8. §. 11. ubi sic habetur: *Quocirca integrum erit Equiti nostro tum Virginem, tum Viduam in Uxorem accipere, quin etiam ulteriores nuptias inire, servatis Catholicæ Ecclesiæ Ritibus, & Decretis, sed prius quam Matrimonium contrahat, Supremum de eo certiorem facere teneatur*, itaut hanc solam conjugalem Castitatem vovisse censeatur Orator, cum alii Equites consentaneè ad præmissas Constitutiones votum castitatis ad conjugalem restringere consueverint, ut constat ex formula allata *Summ. num.* 5., & ex traditis per *Clericat. de pens. discord.* 12. *num.* 3. *& seqq.* Et quarto demum, quod Vota in professione hujus Ordinis emissa non perpetuo obligent, sed ad tempus, nimirum, donec Equites Crucem Ordinis non dimiserint.

Verum quia Regula Ordinis requirens ætatem annorum 18. non legitur Decreto irritante munita, prætereaque eadem Regula non statuit, Equites Professos à Votis, aliisque vinculis liberari, si Militarem habitum, & Crucem, prævia Magni Prioris licentia, dimiserint, duo proinde, quatenus reipsa censeretur, in enunciata formula votum absolutæ castitatis, & non conjugalis tantum contineri, ad Decisionem quæstionis hac de re ab Oratore institutæ præ oculis habenda forent; alterum, quod Professio contra legem in peculiaribus Constitutionibus alicujus Ordinis præscriptam emissa non soleat irrita declarari, nisi hæc ipsa nullitatis pæna fuerit in eisdem Constitutionibus à Sede Apostolica specificè approbatis adjecta, secundum ea, quæ tradit *Eminentissimus Petra ad Constit.* 2. *Anastasii* 11. *num.* 9., *& seqq.*, *& ad Constit.* 5. *Gregor. IX. num.* 22. *& seqq. Tom* 2., *& ad Const.* 3. *Calisti VI. num.* 17. *Tom.* 5., & colligitur ex Decretis Sacri hujus Consessus *in Neapolitana* 14. *Junii* 1681. *lib.* 31. *Decret. pag.* 415., *in Grossetana* 5. *Aprilis* 1710. *lib.* 60. *Decr. pag.* 121. *& in Calaritana Nullitatis Professionis* 15. *Martii* 1737. *lib.* 77. *Decr. pag.* 149.

Alterum vero, quod Religiosus, aut Eques Professus, licet à servanda regula Ordinis in iis, quæ cum Statu Seculari sunt incompatibilia, liberetur, si è Religione, prævia Superiorum licentia, discedat, aut ab ea rite, valideque justa ex causa dimissus ad Seculum redeat, voto tamen castitatis præsertim, & paupertatis obstrictus manet, nisi aliter in Constitutionibus Ordinis expressé cautum habeatur juxta opinionem magis communem, quam sequuntur *Donat. tom.* 1. *Rer. Regular. part.* 2. *tract.* 8. *num.* 43., *Barbos. de jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 1. 2., *Rocca disput. Jur. cap.* 1. 9. & alii adducti per *Eminentissimum Petram ad Constitut.* 5.

Be

Benedicti XII. sect. 1. *num.* 28. *tom.* 4. , & in terminis affinibus, quod scilicet Religiosi superstites post suppressionem Religionis adhuc obstringantur votis Castitatis, & Paupertatis, colligitur ex Resolutione Sacræ Congregationis edita in Causa, cui titulus *Dubia Votorum*, ubi cum discussum fuerit: *I. An Monachi Laici, qui tria solemnia Vota emiserunt, Castitatis scilicet, paupertatis, & obedientiæ in Religione Congregationis S. Georgii in Alga a san. mem. Clemente XI. suppressa, possint Uxores ducere, ita ut per suppressionem d. Religionis sint dispensati a voto solemni Castitatis; II. An supradicti Monachi testari possint; III. An succedere possint Fideicommissis, & hæreditatibus, & acquirere possint, acsi nunquam professi fuissent, & in Seculo permansissent*: Sacra Congregatio die 13. Maii 1679. respondit: *Negative in omnibus*, ut in *lib.* 30. *Decr. pag.* 307.

Hæc sunt, quæ ad primum ex Dubiis mox subjiciendis spectare videntur: Quod autem attinet ad II., in quo Apostolica petitur dispensatio casu, quo necessaria judicetur, in jure æquè, ac in praxi receptum est, ejusmodi dispensationes nonnisi gravi, justaque urgente causa elargiri oportere, ut docet *Fagnan. in cap. Cum ad Monasterium num.* 64. *de Stat. Monach. Clericat. de Matrim. dec.* 28. *num.* 14. *Piton. discept. Eccl.* 72. *num.* 24., *& bon. mem. Bottinus Archiepiscopus Myren. in ejus lucubratissimo voto per extensum relato a Vincentio de Justis de dispensat. Matrim. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. *ad* 19. Causæ autem, ob quas petitæ dispensationi annuendum fore confidit Orator, summatim exponuntur ab Episcopo, qui suam aperiens sententiam, hæc habet: *In hac ergo ambage dicerem, nodum hunc ex eo compactum fuisse, quod ad Professionem, quam in aliis Militiis nonnisi ætate maturi post plurium annorum servitium paulo ante primi Sacri Ordinis susceptionem, loco premii facere permittuntur, dictus Facini indeliberatus, rei gravissimæ non satis gnarus, & si dici liceat* perhysteronproteron *fuerit admissus; ei propterea hujus Sacræ Congregationis authoritate indulgeri posse putarem, ut tali, & taliter emissa Professione, cujus ratio, & natura non bene percipitur, minime obstante, Matrimonium contrahere valeat.*

Omnibus itaque inspectis, dignabuntur EE. PP. rescribere:

I. *An Joseph Antonius Facini indigeat dispensatione pro contrahendo Matrimonio, de quo agitur*, & quatenus affirmativè.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.*

Ad I. Non indigere. Ad II. Provisum.

SALUTIARUM BENEFICII. Emmanuel Brozza in Instrumento sub diem 27. Septembris 1733. exarato annuam pensionem, seu præstationem librarum centum, & quinquaginta pollicitus est Lucæ Peretto plura ob nomina, quibus se illi devinctum asseruit. Lucas vero insequenti die 28. ejusdem mensis simplex fundavit Beneficium sub invocatione Sanctissimi Rosarii in Parochiali Ecclesia Loci vulgo nuncupati *Isola bella*, & ad illud nominavit Josephum Mariam antedicti Emmanuelis Filium, ut ipse posset ad ejus titulum Clericali militiæ nomen dare. Cum autem subinde memoratus Joseph Maria prima Tonsura fuerit initiatus, ac in vim dictæ nominationis enunciatum obtinuerit Beneficium, cujus prætera dos, ut pro congrua Beneficiati sustentatione sufficeret, ab eodem Luca Fundatore fuerat etiam nonnullis aliis bonis adaucta, è contra vero Lucas annuam pensionem sibi ab Emmanuele assignatam nequiverit ad hæc usque tempora exigere, suum induxit animum, ut Sacram hanc Congre-

Sess. 24. *cap.* 1 *& Sess.* 24. *c.* 14. *de ref.*

gregationem adiret, enixe postulans declarari, præmissam Beneficii erectionem, & respective Josephi Mariæ nominationem ob simoniæ vitium, quo illæ infectæ sunt, nulla ratione sustineri posse, proindeque sibi nedum licere variatis conditionibus in anteacta Beneficii fundatione adjectis ad novam ejus erectionem procedere, verum etiam de bonis, ut supra, in augmentum dotis successive assignatis libere in aliam causam disponere.

Beneficii erectionem, itidemque ad illud nominationem, sive ab ipsomet Fundatore, sive a legitimo Patrono expletam sub pactione, lege, aut conditione, quæ simoniacam pravitatem quoquo modo redoleat, a Sacris Canonibus improbari, colligitur ex *Cap. præterea 9. de Transact.*, *ex Cap. Ex insinuat.*, *& ex Cap. de Jure Patronatus*, & docent communiter Canonistæ, inter quos *Fagnanus in Cap. Tua nos num. 16. & seq. de Simonia Reinffestuel. in Jus Canonic. lib. 5. tit. 3. §. 11. num. 264. Piton. discept. Ecclesiast. 138. num. 2.*, & novissimè *Rota in Pampilonen. Parochialis de Alsasua 10. Aprilis 1739. cor. R. P. D. de Vais*; Pactum vero simoniacum intercessisse in enunciatis actibus erectionis, & nominationis controversi Beneficii, inspecta annua pensione, quam Emmanuel Brozza se obstrinxit persolvere Lucæ Peretto, ex tribus facti circumstantiis potissimum evinci contenditur; primo, quod Lucas tunc temporis, quo sæpedictum Beneficium fundavit, plurimo ære alieno reperiebatur onustus, & binas habebat in nubili ætate neptes, itaut inverisimile omnino sit, fundari ab ipso voluisse Beneficium, & ad illud nominare Josephum Mariam, nisi reciprocæ annuæ Pensionis pollicitatio præcessisset; secundo, quod eadem Pensio constituta fuit Lucæ in quantitate ita respondente annuo Beneficii reditui, ut tam Emmanuelis, quam Lucæ par esset in afferta pactione conditio; & tertiò demum, quod idemmet Clericus Joseph Maria Brozza, ejusque Frater natu major ab Episcopo de præmissa conventione interrogati non fuerint ausi illam, præsente Luca, inficiari.

Hæc præcipua sunt nomine Lucæ Peretti proposita, quibus præstat adjicere, quod, tametsi præfatus Clericus Joseph Maria facile veritus, ne Beneficio pridem obtento ob assertum Simoniæ crimen privatus declararetur, sub jurisjurandi religione affirmaverit Episcopo, sæpedictam nominationem sibi penitus improbæ pactionis ignaro fuisse procuratam a Patre, nec nisi post aliquod tempus sibi innotuisse, pro ejusdem tamen Beneficii retentione haudquaquam Josepho Mariæ suffragaretur, cum quisquis Ecclesiasticum Beneficium per Simoniam a Patre, vel ab alio patratam obtinuit, ante omnem Judicis sententiam una cum fructibus teneatur illud dimittere, quamprimum noverit collationem sibi fuisse simoniace factam, per *Text. in cap. Non fuit 27. in cap. Sicut his 33. de Simonia, in cap. penult de elect. & in extrav. cum detestabile §. per electionem de Simon.* nisi forte in proviso per Simoniam concurrissent ignorantia facti inculpata, & pacifica Beneficii possessio ad triennium bona fide protracta, juxta limitationem traditam *a Suarez tom. 1. de Relig. tract. ult. de Simon. cap. 57. num. 39. Thesaur. de pœnis par. 2. verb. Simonia §. 2. circa finem*, *Reinffestuel. loc. cit. num. 278.* & aliis communiter.

Cæterum ubi ex iis, quæ a Luca Peretto proferuntur, Simoniaca pravitas in memorati erectione Beneficii, nominatione, & augmento dotis judicetur intercessisse, superest adhuc ponderandum, an juxta votum præfati Lucæ respondendum sit, ei licere ad novam Beneficii erectionem variatis conditionibus progredi, & libere de bonis in ejus dotis augmentum assignatis disponere, cum statutum in jure habeatur, Patronum vendentem juspatronatus, sive pro pretio, & re temporali aliquem ad Beneficium præsentantem, juspatronatus amittere, & Ecclesiam effici liberam, ut juspa-

ex cap. Quia Clerici de jurepatron. cap. De jure eod. tit., *&* *Tridentin. de reform. sess.* 25. *cap.* 9. tuentur *Thesaur. de pœnis d. part.* 2. *cap* 8. *num.* 1. & cæteri Canonistæ passim præterea firmantes, ut quidquid pretii nomine intercessit in simoniaco contractu, non debeat restitui Emptori, neque possit remanere penes Venditorem, sed applicari debeat Ecclesiæ, cui facta fuit injuria, juxta doctrinam Abbatis *in cap. de hoc de Simon. num* 3. quam sequuntur adducti per *Reiffenstuell. loc. cit.* §. 12. *num.* 295. Quæ tamen limitari videntur in casu Personæ idiotæ absque ulla penitus cognitione, ac formidine Simoniacæ labis pactiones hujusmodi ineuntis, juxta *Textum in cap. Cum universorum* 8. *de rer. permut.* & notat cum aliis *Fagnan. in cap. Tua nos num.* 13. *de Simon.* inspecto potissimum, quod, cum Fundator nullam hactenus promissæ pensionis ratam exegerit, completa dici non potest Simonia, quam realem vocant, & ex cujus tantum ratione supradictæ pænæ à Sacris Canonibus statutæ incurruntur, uti communiter *ex Text. in Extravag. Cum detestabile* 2. *de Simon.* docent *Reiffenstuel. in jus can. lib.* 5. *tit.* 3. §. 11. *num.* 249. *Vallen. eod. loc.* §. 4. *num.* 2. *&* *ibidem Zoes. num.* 93.

Omnibus itaque perpensis unacum relatione Vicarii Capitularis data in *Summario* Oratoris *num.* 3., ubi plura, quæ ad factum pertinent, merentur adverti, placeat Eminentiis VV. rescribere.

An liceat Fundatori procedere ad novam erectionem Beneficii variatis conditionibus, & cum facultate libere disponendi de bonis in augmentum Dotationis assignatis in casu &c.

Negativè, & amplius.

REATINA PAROCHIALIS: Sequuta per obitum Angeli de Julii vacatione Parochialis Ecclesiæ Castri Marcitelli, fuit in ejus Oeconomum deputatus Sacerdos Antonius de Bonis; habito autem sub diem 20. Decembris 1737. ad illam concursu, duo tantum ex quinque Presbyteris, qui examen coram tribus Synodalibus Examinatoribus subjere, fuerunt ad animarum curam approbati, Antonius nempe de Bonis antedictus, in quem omnium Examinatorum suffragia confluxere, & Constantinus Petruccius, qui a binis ex tribus Examinatoribus fuit idoneus renunciatus; Reliqui vero tres, inter quos Horatius Stanislaus Marzocchi, ab uno tantum Examinatore obtinuerunt approbari. Inhærens itaque Reatinus Antistes Examinatorum relationi Antonium de Bonis veluti unicum, in quem omnium suffragia convenerant, cæteris omnibus præferendum esse judicavit, eique re ipsa Parochialem Ecclesiam contulit. *Sess. 25. c. 18. de Ref.*

Verumtamen huic judicio non acquievere Competitores, & præsertim Horatius Marzocchi, qui licet in concursu a majori Examinatorum numero reprobatus injuste secum processisse arbitrans Episcopum, ab ejus prælectione in personam Antonii de Bonis completa, aliorum quoque Sacerdotum nomine, super quibus non cecidit sors, ad hunc Sacrum Consessum reclamat.

Plura sunt, quæ dictus Horatius Marzocchi in facto expendenda proponit Episcopi judicium veluti irrationabile, ac injustum causatus; primo scilicet, quod ipse, cæterique Competitores multo melius, quam Antonius de Bonis casibus conscientiæ in concursu propositis, & relatis in *Summ. num.* 3 *&* *seqq.* responderint, atque conciunculam super Evangelio longe elegantiorem, aptioremque exaraverint; secundo, quod idem Antonius nonnisi annum vigesimum octavum tempore habiti concursus agens paulo ante ad confessiones Virorum dumtaxat excipiendas fuerat approbatus, contra vero alii concurrentes nedum majoris ætatis prærogativa, sed commendabili quoque morum gravitate illum præcellerent, & præcipue idem Horatius, qui ex ipso Marcitelli Castro oriundus, ac in anno 35. constitutus primum

Paro-

Parochiali huic Ecclesiæ ad septennium circiter præfuit, deindeque, ea dimissa, aliam obtinuit Parochiam in Loco nuncupato Caseprodæ in Sabinis, & tandem Archipresbyteratum adhuc a se retentum in Ecclesia Montis S. Mariæ Farfensis est assecutus; Et tertio demum, quod sæpedictus Antonius de Bonis tempore, quo Oeconomi munus in controversa Ecclesia exercuit, invisus adeo Parochianis evaserit, ut isti sub initium sese etiam armis opposuerint, ne possessionem Parochialis ille obtineret, necnisi censurarum metu coacti ab incæpta oppositione destiterint, nunc vero conspicientes illius inscitiam, & negligentiam in obeunda Animarum cura enixe postulent eandem Parochialem, Antonio ab ejus possessione amoto, sive Horatio Marzocchi, sive Constantino Petrucci, quem duo Examinatores approbarunt, conferri, nisi satius ducant Eminentissimi PP. præcipere, ut novum in Urbe examen decernatur.

Hæc in facto ab impugnantibus judicium Episcopi proferuntur; Duo autem in jure ad causæ decisionem videntur ob oculos habenda. Alterum, quod ex Sacrorum Canonum præscripto non ille ad Animarum curæ onus obeundum est assumendus, qui majoris dumtaxat scientiæ specimen in examine præbuerit, sed qui, licet scientia inferior, alios ætatis maturitate, prudentia, morum honestate, ac etiam peritia in animarum cura exercenda antecellere comperiatur, uti cum pluribus aliis animadvertunt *Barbos. ad Concil. sess. 24. cap. 18. num. 118. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 4. num. 112. Card. de Luc. de Paroch. disc. 37. num. 28.*, & consonant Resolutiones Sacræ Congregationis in *Abellinen Concursus 28. Februarii 1711., & in Monopolitana Concursus 3. Maii 1713.*; Alterum vero, quod, licet in eo magis communiter conveniant Doctores, neminem post adeptam pacificam Parochialis possessionem ex sola Parochianorum aversatione posse removeri, nisi hæc justæ, & legitimæ causæ, pravis nimirum illius moribus fuerit innixa, ad tradita per *Lambertin. de Jur patron. part. 2. lib. 2. quæst. 9. artic. 1. num. 9*, & cum aliis adductis *Rot. cor. cl. me. Card. Falconer. eod. tit. decis. 42. num. 4. & 5. tom. 2* attamen si qui sint Populo invisi, nullamque, vel saltem nondum pacificam Parochialis Beneficii possessionem obtinuerint; provide factum videtur, si Animarum cura iis minime committatur, ne ex ipsorum odio gravia forte generentur incommoda, uti colligitur ex *Can. Nullus invitis dist. 61. Can. Si forte dist. 63* adeout sufficiens judicetur impedimentum, quominus alicui Parochialis conferatur Ecclesia, indignatio, ac malevolentia Populi, etiamsi minus justa, & irrationabilis dignoscatur, ad notata per eumdem *Lambertin. de Jurepatron. part. 2. lib. 2. quæst. 9. art. 11.*

Episcopus in Relatione, quam excitatus ad hanc Sacram Congregationem transmisit, judicium suum propugnare non desinit: Antonius vero de Bonis ab ipso prælectus nullum hactenus documentum, quo sese à notis impictis vindicet, exhibuit. Vestrum itaque erit, Eminentissimi PP., inspectis juribus hinc inde afferendis respondere.

I. *An constet de irrationabili judicio Episcopi in collatione Ecclesiæ Parochialis Castri Marcitelli*, & quatenus affirmativè.

II. *An, & cui ex approbatis in concursu sit conferenda supradicta Parochialis in casu &c.*

Ad I. Negativè. Ad II. Provisum.

JUVE-

JUVENACEN. PROCURATIONIS. Paftoralem vifitationem, quam Juvenacenfis Antiftes fub diem 19. Januarii 1734. in Oppido Terlitii inchoavit, usque ad diem 7. Martii ejufdem anni profequutus fuit, eam vero ob alias curas, quibus ad Civitatem Juvenacenfem revocatus eft, intermiffam non nifi fub diem 1. Maii infequentis anni 1735. repetere potuit, ac tandem infumptis ex proprio ære pro fui, aliarumque decem perfonarum victu ducatis 164. fub diem 15. ejufdem menfis complere; poftremam autem vifitationem, quam die 20. Maii 1737. indixerat, die 1. Junii aggreffus victualia, & reliqua fibi, fuifque Convifitatoribus neceffaria ad fummam ducatorum decem, & feptem afcendentia ufque ad diem 18. dicti menfis recepit a Capitulo Terlitienfi; at ifto poftmodum renuente quidquam aliud nomine procurationis fubminiftrare, coactus fuit Epifcopus enunciatam vifitationem, quæ ufque ad totum menfem Augufti protracta eft, fuis fumptibus ducatos 73. attingentibus profequi; nunc vero, antequam novam adoriatur vifitationem, rogat ab Eminentiffimis PP. decidi dubium, quod ad calcem præfentis Reftrictus apponetur. *Seff. 23. c. 1. & feff. 24. c. 3. & 4. de ref.*

Occafio propofitæ difputationis oritur ex eo, quod Capitulum contendit, fe non teneri nomine procurationis eas tradere pecuniarum fummas, quas Epifcopus in dictis vifitationibus afferit infumpfiffe, five quia eædem vifitationes fuerint diutius, quam neceffe foret, protractæ, five quia nimio quodam apparatu, & Perfonarum comitatu appareant expletæ, five demum, quia Procuratio non a folo Capitulo, fed ab aliis quoque Beneficiatis, ac Locis Piis debeat exigi; Ad hujus vero controverfiæ decifionem, præter ea, quæ in facto nomine Epifcopi expenduntur, non nihil conferre poffunt Refolutiones Sac. Congregationis editæ in una *S. Marci Procurationis*, in qua, difcuffis hifce Dubiis: *I. An fit in libertate Cleri Terræ Belvederii folvere Epifcopo S. Marci vifitanti Procurationem in pecunia, vel fubminiftrare victualia, & quatenus in pecunia*. II. *An, & in qua fumma fit taxanda*. III. *An, & per quot dies liceat Epifcopo vifitanti protrahere vifitationem*. IV. *An, & quot Perfonas poffit fecum ducere Epifcopus occafione dictæ Vifitationis*. V. *An Clerus teneatur quidquam folvere Miniftris, aliifque Officialibus Epifcopi vifitantis*. VI. *An idem Clerus teneatur folvere Epifcopo vifitanti vecturas Equorum*, die 8. Augufti 1733. refponfum fuit: *Ad* I. *affirmative*: *Ad* II. *In fumma moderata ad formam Concilii*: *Ad* III. *Arbitrio, & confcientiæ Ordinarii ad formam Concilii*: *Ad* IV. *Epifcopum modefto equitatu, & famulatu oportere contentum effe*: *Ad* V. *Deberi victualia tantum*: *Ad* VI. *Negative*.

Præterea non abs re funt alia ejufdem Sacri Confeffus Refcripta, quæ in Caufa S. *Marci Plurium* fub die 16 Januarii 1723. prodiere; Difcuffis quippe fex Dubiis: I. *An Epifcopus Sancti Marci poffit per fe ipfum quotannis vifitare omnes Ecclefias, omniaque Loca fuæ Diœcefis. & an intra annum poffit plures facere vifitationes*. II. *An dicto Epifcopo vifitanti per fe ipfum debeatur integra folita procuratio, feu totius fit fervanda alternativa*. III. *An prædicta integra folita procuratio fit folvenda in illa folita quantitate pecuniæ, juxta morem cujufcumque loci vifitandi, & in tribus prandiis dandis Epifcopo, ejufque Comitatui, & in vecturis, habitatione, & utenfilibus neceffariis juxta prætenfam antiquiffimam confuetudinem*. IV. *An Epifcopo, ejufque Comitatui debeantur cibaria, aliaque neceffaria toto tempore permanentiæ in vifitatione*. V. *An idem Epifcopo vifitanti poffit præfigi numerus Perfonarum ejus Comitatus*. VI. *An eidem Epifcopo vifitanti poffit præfigi numerus dierum, quibus permanere debet in vifitatione loci vifitandi*: refcriptum fuit: *Ad* I *Affirma-*

firmative quoad I. *partem, ad* II. *vero partem pariter affirmative, sed absque ulla procuratione. Ad* II. *Servandam esse alternativam. Ad* III. *Esse in optione Visitandorum solvere procurationem, vel in victualibus, vel in pecunia, exclusis tribus prandiis in casu solutionis pecuniæ, & quoad vecturas Equorum detur Decretum 7. Julii 1708. in Sancti Marci ad 6. Ad* IV. *Provisum in* III. *Ad* V. *&* VI. *arbitrio, & conscientiæ Episcopi ad formam Concilii, & ad mentem*, ut in *lib.* 73. *Decr. pag.* 3.

His itaque inspectis, dignentur EE. PP. declarare.

An, & in qua summa, seu quantitate debeatur Episcopo Juvenacen. procuratio pro Visitationibus Ecclesiarum, & Locorum Piorum Oppidi Terlitii expletis annis 1734., 1735., & 1737. in casu &c.

Deberi pro utraque Visitatione in ducatis bis centum, non comprehensis ducatis septemdecim jam solutis.

Sess. 24. c. 12. de ref.

CAPUANA INDULTI. Causa hæc descripta fuit in Folio distributo pro Congregatione diei 5. Decembris superioris anni, cum autem ea die proponi nequiverit, & interea Capitulum & Canonici Collegiatæ, ac Parochialis Ecclesiæ in Oppido Marcianisii erectæ, qui postulabant indultum inserviendi Choro, & Ecclesiæ per turnum alternis scilicet hebdomadis, animadverterint ex iis, quæ in dicto Folio fuerunt adnotata, trium saltem mensium vacationem sibi fore facilius indulgendam, si EE. PP. innotesceret, assiduo, & quotidiano totius anni servitio ad tramites Constitutionum Capitularium, quibus hactenus paruerunt, ipsos gravari, idcirco peculiari hac laboriosi adeo servitii circumstantia ob oculos EE. VV. hodie posita, demisse rogant pronunciari.

An Dignitatibus, & Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Marcianisii sit concedenda gratia inserviendi dictæ Ecclesiæ alternatim, & per hebdomadas, vel saltem permittenda sit vacatio trium mensium in casu &c.

Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

Sess. 22. Decret. de observ. & evit. in celebr. Miss.

ROMANA UTENSILIUM. Joannes Sterbini hæres Fabritii de Martinis contendebat oneri sibi in Testamento ejusdem Fabritii injuncto fecisse satis, statim ac ipse juxta legem a præfato Testatore indictam Ven. Ecclesiæ Monialium S. Cæciliæ decem assignavit loca Montium *per l'incommodo, e consumo di cera, ed altro per la celebrazione delle Messe*, quæ debet ibidem a decem Cappellanis quotidie peragi; ad rejiciendos autem conatus dictarum Monialium authumantium, vel memoratum Joannem Sterbini, vel unumquemque ex dictis decem Cappellanis ad congruum teneri supplementum sub obtentu, quod annua summa scutorum triginta ex iis decem Locis Montium percipienda impar sit omnibus expensis Sacrorum utensilium ab ipsarum Ecclesia ob enunciatas Missas sustinendis, curavit discuti duo hæc Dubia: *I. An debeatur augmentum pro utensilibus Cappellaniarum, & pro qua summa*; Et quatenus affirmative. *II. An debeatur ab hærede, seu potius a Cappellanis in casu &c.* quorum alteri cum sub diem 13. Septembris 1738. responsum fuerit: *Deberi usque ad scuta quatuor pro qualibet Cappellania*, alteri vero die 11. Aprilis superioris anni rescriptum sit: *Affirmative quoad primam partem, & no-*

& negative quoad secundam, impetrato adversus præmissam utriusque Dubii decisionem novæ audientiæ beneficio, Eminentissimos PP. rogat, ut perpensis tum veteribus, tum novis juribus ejus nomine circumferendis, dignentur rescribere.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. In Testamento sub annum 1710. condito Franciscus Stanchi olim in Urbe Advocatus hæredem primum ex asse scripsit Margaritam Piani Uxorem suam, dein vero jussit post obitum ejusdem Margaritæ distribui: *Una dote di scudi 60. ogn'anno in perpetuo il giorno di S. Francesco d'Assisi mio particolare Avvocato ad una Zitella per monacharsi, o maritarsi; Con che sempre sia preferita quella a me più congionta di sangue, o parentela, compresa dopo con la medesima prelazione ogn'altra Zitella tenuta da me, o dalla mia Consorte a Battesimo, o Cresima; ma quando vi sia, e comparisca alcuna mia Pronipote, sotto il di cui nome dichiaro compresa la figliuola della Sig. Agnese Capecci nata dalla q. Teresa Stanchi mia Cugina, allora voglio, che per cinque anni continui si dia detta dote di scudi 60. alla stessa mia Pronipote; E per fondo, e capitale assegno adesso per allora venti luoghi de Monte Camerali non vacabili, e mancati, che saranno li miei Sig. Esecutori Testamentarj, voglio, che la collazione di tal dote ricada, e spetti al Patre Priore* pro tempore *della Madonna della Vittoria, a cui concedo la facoltà di darla ancora a qualche Donna di cattiva vita per monacarsi, o maritarsi.* Sess.22.c.6. de ref.

Executores testamentarii post decessum Margaritæ hæredes usufructuariæ ad subsidium dotale sexaginta dumtaxat scutorum die 4. Octobris 1717. nominarunt Elisabetham Testatoris ex Theodora Sorore proneptem; Sub diem vero 7. Junii 1726. Summus Pontifex Benedictus XIII. annuens precibus Annæ Milli ex Theresia ejusdem Testatoris consobrina proneptis exponentis, se Religiosum habitum in Monasterio nuncupato *dell'Orsoline* induisse, nequire tamen in eo Professionem emittere ob deficientiam scutorum mille, quæ tum pro residuo dotis, tum pro alimentis decursis, & non solutis sibi necessaria erant, facleque contingere posse, ut a Monasterio, si Professionem diutius protraheret, dimitteretur, per organum cl. me. Card. Marefuschi tunc sui Pro-Auditoris mandavit *solvi tot annua subsidia dotalia sufficientia pro residuo dotis, comprehensis tamen quinque subsidiis dotalibus relictis per supradictum Testatorem, necnon etiam aliis scutis centum Oratrici relictis per b. m. Margaritam Planam de Stanchis.*

Hoc ita impetrato Rescripto, eadem Anna amplissimam prius exaravit omnium bonorum renunciationem favore Clementis sui Patris, deindeque solemnem emisit Professionem, quibus peractis Clemens ejus Pater in vim dicti Rescripti scuta 600. exegit præter alia scuta 300, quæ pridem ab Executoribus fuerant eidem Annæ ex Testatoris judicio assignata.

Cum autem novissime Elisabetha Capecci contenderit mox enunciatum Rescriptum multiplici ex capite subreptionis, & obreptionis vitio laborare, propugnans idcirco scuta 600. a Clemente Annæ renunciatario restitui debere, eaque repartienda fore inter se, ac inter Isabellam, Cinthiam, & Hieronymam filias suas, itaut summa scutorum 240. sibi præstanda esset, veluti quæ ultra scuta 60. jam habita ipsi tamquam Testatoris proxi-

miori tradi debuisset, reliqua vero quantitas dictis suis filiabus juxta præmissam ejusdem Testatoris dispositionem foret assignanda, ad ipsius petitionem discussa fuerunt duo hæc Dubia: *I. An constet de subreptione, & obreptione gratiæ per Annam Milli obtentæ pro consecutione subsidii dotalis Stanchi die 8. Junii 1726.* & quatenus affirmative. *II. An, & quis teneatur ad restitutionem ejusdem subsidii, & cujus favore d. subsidium sit distribuendum in casu &c.* quibus sub diem 23. Novembris 1737. rescriptum fuit: *Dilata, & coadjuventur probationes super exactione subsidiorum dotalium, & super credito dotis:* die vero 29. Martii 1738 reproposita Causa sub iisdem Dubiis prodiit Resolutio: *Ad I. Affirmative. Ad II. teneri Patrem ad effectum deponendi, & deinde distribuendi cui de jure*, quæ sub diem 27. Septembris ejusdem anni 1738. confirmata est, *reservato tamen jure favore Clementis Milli super Bonis renunciatis.*

In executionem ejusmodi Resolutionis relaxatum fuit ab A. C. mandatum adversus sæpedictum Clementem Milli, ut summam scutorum 600. favore subsidii dotalis Stanchi deponeret; Cumque reipsa præfatus Clemens scuta 240. jam deposuerit, aliquali pro reliqua summa ab Eminentissimo Pro-Auditore S.M.Clementis XII. sub idoneæ cautionis præsidio dilatione impetrata, contingit modo, quod Sanctes Lallonus, cujus opera Clemens Milli fuit a Sacra Congregatione ad restitutionem dictorum scutorum 600. obstrictus, instantiam promovet primo, ut scuta 35. 50. pro suis honorariis, necnon scuta 46. a se in litis sumptus proprio ære erogata ex summa hactenus per Clementem deposita sibi persolvantur, deindeque veluti Patronus Elisabethæ Capecci, ejusque Filiarum veterem instaurat petitionem pro consignatione residualis summæ juxta modum superius expositum. E converso in scenam prodiere Isabella, & Theresia de Ferettis ex Catherina Testatoris consobrina descendentes, itidemque Anna Lucretia Savelli, quæ tanquam spirituali cognatione Testatori conjuncta usque ab anno 1730. fuit ab Executoribus Testamentariis nominata ad subsidium dotale scutorum 60. persolvendum *doppo che sarà sodisfatto il Ven. Monastero dell'Orsoline di Roma*: contendens unaquæque earum hisce nominibus super dictis scutis sexcentum pro rata, quam sibi debitam arbitrantur, præferri. Quocirca dissidium illud, cujus cognitio Sacro huic Consessui delegata, oportet hodie juxta Dubium mox describendum ex juribus, quæ hinc inde afferentur, dirimere.

An, cui, & in qua summa sit facienda consignatio pecuniarum, de quibus agitur in casu &c.

Die Sab. 24. Septembris 1740.

AMplissimus EE. PP. Senatus enixe a Collitigantibus rogatur binas, quæ mox subjicientur, Causas in postrema Congregatione diei 3. currentis Mensis non propositas sapienti, quo solet, oraculo hodierna die definire.

Sess. 22. Decreto de obser. & evit. in celebr. Miss.

ROMANA UTENSILIUM.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis in omnibus & amplius.

ROmanA

ROMANA SUBSIDII DOTALIS.

An, cui, & in qua summa sit facienda consignatio pecuniarum, de quibus agitur in casu &c. Sess. 24. c. 1. de ref. matr.

Ad Eminentissimum Præfectum cum facultatibus Sacræ Congregationis.

SANCTI SEVERINI MATRIMONII. Cum Lucretia Ricardi, quæ sub diem 4. Octobris 1736. Severino Gregoretti nupsit, usque a die 16. Decembris ejusdem anni cœperit tum ad Episcopum, tum ad Sacrum hunc Consessum adversus Matrimonium ejusmodi proclamare, postulans illud invalidum ob naturalem, & perpetuam Viri impotentiam declarari, aut saltem Apostolicam dispensationem super Matrimonio tamquam rato, & non consummato elargiri, EE.PP. rejecta sub diem 27. Julii Lucretiæ instantia super enunciata dispensatione, ad Dubium, quod in Congregatione diei 11. Januarii 1738. propositum fuit, nimirum: *An sit locus dissolutioni Matrimonii, vel potius experimento cohabitationis triennalis in casu &c.*, inspecta relatione Peritorum, a quibus ipsorum jussu corpus Viri recognitum fuerat, rescripsere, *locum esse experimento cohabitationis triennalis*. Sess. 22. c. 6. de Ref.

Rescripto huic licet a se tota ingenii, juriumque in id collatorum contentione impetrato renuit Severinus intra terminum semel, ac iterum ab Episcopo præscriptum obsequi, quinimmo præsentiens, Lucretiam urgere, ut Causa reproponeretur, sub die 24. Julii 1738. hanc emisit renunciationem, *Sponte renunciavit, & renunciat Liti, & Causæ coram S. Congregatione Concilii pendenti, ibique introductæ pro parte D. Lucretiæ super dispensatione, seu dissolutione Matrimonii inter eosdem contracti in faciem Ecclesiæ, itemque renunciavit, & renunciat cohabitationi triennali a S.Congregatione ad sui instantiam demandatæ, ac si penitus decreta non fuisset, ac insuper suum plenarium consensum præstitit, & præstat pro dispensatione, & dissolutione Matrimonii prædicti, non obstante, quod ipsemet D.Severinus mediis juramentis declaravit, se Matrimonium hujusmodi consummasse, quam declarationem affirmavit, & affirmat, aliter a se non fuisse factam, quam juxta propriam credulitatem*: Sacra vero Congregatio non satis fidens huic renunciationi die 2. Augusti ejusdem an. 1738. jussit, scribi Episcopo Septempedano pro confectione processus, Severinum Gregoretti in Urbe degentem formiter examinari, novamque ejus corporis recognitionem a Peritis ex officio eligendis fieri, citato in quolibet actu Defensore Matrimonii.

Plures itaque in Episcopali Curia sub formali examine auditi sunt Testes, tresque Obstetrices, a quibus ejusdem Curiæ jussu exploratum fuit corpus Lucretiæ, sub pari examinis trutina interrogatæ deposuere, eamdem Lucretiam adhuc virginem reperiri; In Urbe vero formiter examinatus fuit dictus Severinus, itidemque denuo recognitum ejus corpus a tribus Phisicis, & duobus Chirurgis, qui pariter ad formale examen evocati de ipsius naturali, & perpetua impotentia veriti non sunt judicium suum proferre; Cumque post hæc supplex a dicto

dicto Severino exhibitus fuerit san. mem. Clementi XII. Libellus, quo postulabat Apostolicam dispensationem super Matrimonio rato, & non consummato, Sacra autem Congregatio, ad quam preces istæ fuerunt remissæ, die 6. Junii 1739. rescripserit, *Quoad dispensationem in Decretis, & proponatur Causa super prætensa nullitate Matrimonii ex capite naturalis, & perpetuæ impotentiæ Viri*, rogantur modo EE. PP. inspectis juribus tum sæpedictæ Lucretiæ nomine, tum a Defensore Matrimonii circumferendis pronunciare.

An sit locus dissolutioni Matrimonii ex capite naturalis, & perpetuæ impotentiæ Viri in casu &c.

Episcopus cogat etiam per Censuras ad cohabitationem pro tempore arbitrio Sacræ Congregationis, & amplius.

Sess. 23. c. 1. de ref.

BITERREN. DISPENSATIONIS. Ludovicus Franciscus Daudisset, qui sub annum 1734. ab Ordinario Loci, & a Regulari Superiore irritam obtinuit ex commissione Apostolica declarari Professionem a se pridem solemniter emissam in Conventu Oppidi Perenæ Ordinis S. Francisci de Observantia, cupiens novissime liberari a voto Castitatis, quo adhuc obstringitur ob Ordinem Subdiaconatus sub finem anni 1730. susceptum, supplicem mox defuncto Pontifici porrexit libellum, ubi inter cætera exponens, Superiorem, & Religiosos dicti Conventus, ob dubium, quo statim cæperant angi de nullitate ejus Professionis, ut aliquem ab illo extorquerent actum, ex quo Professionis ratificatio induci posset ad susceptionem Sacri Subdiaconatus Ordinis ipsum traxisse, tametsi decimus nonus dumtaxat ætatis suæ annus vix a mense fuisset ab eo completus, omnisque adeo moræ impatientes in id conspirasse Religiosos præfatos, ut a defuncto Episcopo Carpenctoratensi curaverint illi conferri *una, eademque die 23. Decembris 1730. primo loco Sanctum Sacramentum Confirmationis, secundo loco Tonsuram Clericalem, tertio loco minores Ordines, & demum Sacrum Subdiaconatus Ordinem*, addensque præterea *ne dum se ut supra fuisse inductum, sed dictum Episcopum quoque circumventum remansisse*, quum ei suppositum fuerit, Oratorem in ætate legitima ad recipiendum Sacrum Subdiaconatus Ordinem tunc fuisse constitutum, Sanctitatem suam propterea demisse exoravit, *ut vel per viam declarationis nullitatis Voti tacitè in susceptione Ordinis Subdiaconatus emissi, vel per viam dispensationis ab obligatione servandi Votum prædictum eumdem Oratorem absolvat, quia Orator per circumventionem, & quasi sine ejus velle adactus fuit*.

Ejusmodi preces fuere ad hanc Sacram Congregationem remissæ; cum autem Sacer iste Consessus voluerit primum de omnibus in enunciato supplici Libello enarratis ab Epscopo Biterrensi edoceri, acceptæ nuper sunt literæ memorati Antistitis, qui apposité referens jura omnia, & documenta per Oratorem allata ad obtinendam declarationem nullitatis suæ Professionis a se fuisse diligenter inspecta, atque ex iis *indubitanter compertum esse, dictum Ludovicum Oratorem legitime, & in forma Juris sæculo redditum esse censendum*, quod attinet

tinet ad malam ejusdem Oratoris ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promotionem hæc habet: *Vidimus, & diligenter inspeximus Sumptum Baptisterii, quo constat, dictum Ludovicum natum esse die decima septima Mensis Novembris anno Domini* 1711. *sumptum quoque literarum Testimonialium Ordinationis, in quibus manifeste apparet, præfatum Oratorem una, eademque die* 23. *Decembris anno Domini* 1730. *ab Episcopo Carpentoratensi Sacro Chrismate delinitum, Clericali Tonsura initiatum, & ad quatuor Minores Ordines, Sacrum quoque Subdiaconatus Ordinem absque dispensatione fuisse promotum, quamvis non attigisset nisi annum decimum nonum, & unum mensem, ac proinde non esset in ætate legitima constitutus, cum juxta Canones in promovendis ad Subdiaconatum vigesimus primus ætatis annus perfectus requiratur, qui Episcopus Carpentoratensis præsumitur circumventus a Superiore dicti Ordinis, qui ipsum Ludovicum dicto Episcopo de ætate legitima, & idoneitate male commendaverat*, & tandem in hæc verba concludit, *Hinc inferendum, quantum humana fragilitas nosse sinit, præfatum Ludovicum Oratorem ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem male promotum existere, aliunde ipsum morbo Epileptico laborare, hujusque morbi frequentioribus insultibus torqueri, qui morbus scandalum in populo generare potest, ac Officiis Divinis impedimentum præstare in Ministro Sacris Altaribus destinato, ac proinde præfatum Ludovicum Oratorem a voto emisso in susceptione dicti Ordinis Subdiaconalis, vel per viam nullitatis, vel per viam dispensationis solvi posse, si Eminentissimi Sacræ Congregationis Concilii Patres per hanc nostræ Informationis seriem solvendum esse censuerint, & Sanctitas Sua gratiam postulatam concedere dignetur.*

His itaque relatione, & suffragio proprii Episcopi suffultus Orator petiit modo decisionem Dubii, quod inferius describetur. Porro nequit in dubium revocari, quin Summus Pontifex ordinaria sua authoritate a Voto Castitatis Sacro Subdiaconatus Ordini adnexo queat dispensare, nec quemquam latet plurima extare exempla ejusmodi dispensationum, quibus Subdiaconi fuere per Summos Pontifices a prædicto voti vinculo soluti, ut Matrimonium possent inire, quemadmodum testantur *Navar. lib.*3. *cons.*37. *num.*12. & 13., & *cons.*38. *num.*11. *de Voto*, *P. Maurus in Theologia tom.*3. *lib.*13. *pag.*289. *num.*16. *Card. Albitius de inconstantia in fide cap.*36. *num.*134., *Card. de Laurea in Quart. Sent. Tom.*3. *dispensat. Matr. lib.*3. *cap.*15. *num.*31., & novissime *Ursaya Tom.*2. *part.*1. *discept.*13. *num.*4., & *a num.*31. *ad* 36.; At æque certum est, vel publicam causam pro ista dispensatione requiri, uti sentire videntur *Abbas in Cap. Cum olim num.*5. *de Cler. Conjugat.*, & *in Cap. Si quando n.*5. *de præscript.*, *Fagnan. in Cap. Cum ad Monasterium num.* 64. *de Stat. Monach.*, vel si privata tantum causa adferatur, non qualemcumque sufficere, sed eam debere concurrere, quæ gravis, ac urgens sit, juxta Sententiam magis communiter receptam, quam sequuntur late adducti per *Card. Albit. de inconstant. in fid. cit. cap.*36., & per *bon. mem. Bottinum Archiepiscopum Myren. in ejus Voto relato apud Vincentium de Just. num.*14. *ad* 19.

Num

Num vero sufficiens causa in hypothesi concurrat, ex hisce potissimum circumstantiis repetere oportet; Primo scilicet ex eo, quod Orator morbo Epileptico usque a tempore, quo Professionem emisit, & Sacrum Subdiaconatus Ordinem suscepit, laboraret, crebrisque adhuc hujus morbi insultibus (ut inquit Episcopus) hodie torqueatur, ut neque in suscepto Subdiaconatus Ordine absque populi scandalo possit ministrare, neque ad cæteros Sacros Ordines veluti ob hanc infirmitatem irregularis detectus, unquam promoveri, adeoque omni plane miseratione sit dignus, ne in eo statu manere perpetuo cogatur; Secundo, quod duobus ferme annis ante legitimam ætatem fuerit subdole ad suscipiendum Sacrum Subdiaconatus Ordinem inductus; Tertio, quod tanta festinatione, una, eademque die Sacramentum Confirmationis, Clericalis Tonsura, quatuor minores Ordines, & Sacer ipse Subdiaconatus ei fuerint nulla prævia dispensatione collati; Et quarto demum, quod Superior Regularis nedum Oratorem, sed Carpenctoratensem quoque Episcopum suis testimonialibus literis, quibus illum in legitima ætate constitutum, nulloque Canonico impedimento irretitum denunciavit, turpiter deceperit. Quæ quidem omnia ad impetrandam dispensationem super Voto Castitatis abundare putat Orator, ubi res est de simplici subdiaconatu, qui cum olim in primitiva Ecclesia inter Ordines Sacros adnexum habentes Castitatis Votum minime recenseretur, non adeo graves in hunc finem postulat causas, quemadmodum patet ex majori felicitate, qua Summi Pontifices dispensationem a Voto Castitatis consuevere Subdiaconis impertiri, juxta ea, quæ late cum aliis recenset laudatus *bo. mem. Bottinius Archiepiscopus Mirensis in citato ejus Voto num.*14., *& seq.*

Verumtamen ad maturiorem infrascripti Dubii resolutionem ponderandum est, num seposita celeritate, qua illam urget Orator, præstet serius inquirere, an ille post adeptam legitimam ætatem ratam aliquando habuerit susceptionem Subdiaconatus, sive ex eo, quod sponte, ac libere in eodem Ordine ministraverit, sive ex alio simili actu ratificationem inducente. Quamvis enim a Voto soleat dispensatio concedi, ubi comperiatur illud fuisse metu, vel dolo extortum, aut ante legitimam ætatem facilitate potius, quam ex arbitrio discretionis emissum, ut inquit *Text. in Cap. Venientes de Vot. & Vot. redempt.* & tradunt cum aliis *Reinffenstuel. in Jus Can. lib.*3. *tit.*34. *num.*22. *& Sanc. de Matrim. lib.*8. *disput.*20. quoties tamen appareat, idem Votum fuisse subinde ratificatum, non potest illud amplius velut irritum a vovente prætendi, neque dispensatio videtur super illo concedenda, sub fundamento, quod vovens ad illud emittendum fuerit, aut metu, aut alia arte inductus, uti cum pluribus tradit idem *Reinffestuel. in Jus Can. lib.*3. *tit.*34. *num.*13. & confert Resolutio Sacri hujus Consessus *in Hispalen. Nullitatis Ordinis* 2. *Maii* 1716.

Omnibus igitur perpensis, placeat EE.VV. rescribere.

An sit locus dispensationi super Voto Continentiæ in casu &c.

Negative.

SICU-

SICULA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, ET NULLITATIS PROFESSIONUM. Cum Sac. huic Congregationi sub annum 1736. delatum fuisset, binos in Civitate Milevitana degere Sacerdotes Joannem Bonelli, & Josephum Borgh, qui licet in regulari Ordine Eremitarum S. Augustini jamdiu solemnem emisissent Professionem, prior nempe Panormi anno 1722., alter vero Messanæ usque ab anno 1711. sub obtentu duplicis Sententiæ illam declarantis invalidam, unius quidem a Curia Episcopali Catanensi pro Joanne, alterius autem ab Archiepiscopali Messanæ pro Josepho novissime prolatæ, absque eo quod ulla restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii ab Apostolica Sede imploranda præcesserit, Presbyteri sæcularis habitu induti, constitutoque sibi Patrimonio, facultate celebrandi Missam ab Ordinario Melevitano impetrata palam uterentur; Sacra eadem Congregatio voluit super hac re audire tam Archiepiscopum Messanæ, quam Episcopum Catanensem, jubens interea Præsuli Civitatis Melitæ, ut præfatis Sacerdotibus Missam non sineret amplius celebrare. Sess. 25. c. 19. de reg.

Jussa Sacræ Congregationis quam primum retulit se fecisse Melevitanus Antistes: Messanensis vero Archiepiscopus ad tuendam sententiam favore Josephi Borgh sub nomine Michaelis olim in Ordine Augustinianorum professi a Curia sua, non obtenta licet a S. Sede in integrum restitutione, editam, hæc EE. PP. rescripsit: *Sciant EE. VV. dupliciter fuisse obicem prædictum ex lapsu quinquenni resultantem in allegata causa sublatum, ac ad partes sepositum, nimirum ob perdurantem causam metus, videlicet superviventiam Patris, qui metum incusserat usque ad tempus motæ litis, & demum ob crebras, assiduasque conquestiones, protestationesque super tali metu a prædicto Michaele Borgh continuo exaratas: quibus binis circumstantiis in facto præsuppositis, utpote bene in processu comprobatis, absque eo quod nil in contrarium, nec probatum, nec minus allegatum fuerit; constat, ac evidens est, cessare difficultatem lapsus quinquennii, & sic necessitatem in integrum restitutionis, prout (reprobata opinione aliquorum exterorum, qui tales, similesque circumstantias ad facilius obtinendam restitutionem in integrum S. Sede ponderat) in hoc Siciliæ Regno, & tam in hac Curia Archiepiscopali, quam in omnibus aliis Ecclesiasticis Curiis, & Tribunalibus, ac per omnes Siculos Jurisconsultos perpetuo constantissime practicatum, atque testatum extat, sive quia ob perdurantem causam metus præscriptio quinquennalis incohari legitime nequierit, sive quia ob subsequutas crebras conquestiones nequirit compleri.*

Hisce ab Archiepiscopo Messanensi acceptis, dum expectabatur responsum Præsulis Civitatis Catanæ, supplex Sacro huic Consessui porrectus fuit libellus a Procuratoribus Generalibus quorundam Ordinum Regularium, qui late exponentes passim a Curia Episcopali Catanensi admitti instantias Religiosorum adversus Professiones a se emissas reclamantium, quamvis elapso a die eorum professionis quinquennio, imo etiam Professione in Conventibus extra Diœcesim Catanensem emissa, eamdemque Curiam sæpe sæpius juxta ipsorum Regula-

gularium vota, ne monitis quidem Superioribus localibus, Sententias edere, adeout frequens sit numerus eorum, qui sub ejusmodi Sententiarum præsidio, regulari habitu deposito, claustra omnino deserunt, remedium aliquod, ne ex hac rerum perturbatione gravius in dies Religiosis suis Ordinibus detrimentum accedat, demisse implorabant.

Cum autem Sacra Congregatio super ejusmodi precibus denuo jusserit Episcopum Catanensem audiri, tandem ille sub diem 27. Septembris 1737. in hac verba rescripsit: *Quæ XV. Kalendas Junii, & pridie Nonas Iulii binas per Epistolas, totidemque insertos libellos Ioannis Bonelli a Melita presbyteri, ac Procuratorum Generalium, tum Carmelitarum, Minorum Reformatorum, & Cappuccinorum mihi EE. VV. præcipiebant, non potui ut citius, quo par erat, expedirem; Oportuit enim primo magnæ hujus Episcopalis Curiæ Archivium, quod a fundamentis excitare incæperam, perficere; Et inde quæ ex Terremotus ruinis, ac incendiis devastatione superfuere, in ordinem componere instrumenta: Quibus exactis, licet magna ex parte scripturarum Codices tot inter Catanæ infortunia perierint, adeoque originale Privilegium exhiberi minime possit, attamen multa inveniuntur Instrumenta, quæ satis docent, plusquam integro ab hinc sæculo Prædecessores meos de nullitate Professionis Sententiam dixisse, tum infra, tum post quinquennium ab ejus emissiones; iis tamen conditionibus, ut nimirum, vel petentes vota in Diæcesi emiserint, vel in aliquo ejusdem Diæcesis loco ex obedientia Superiorum constituti fuerint. In cujus rei confirmationem, sicuti juridicam hic insero Archiviarii mei attestationem, ita minime dubito, quin ea satis EE. VV. suadeat, præsertim si memoria revocent, quæ, & quanta fuerint Privilegia, quibus præ aliis hujus Regni Episcopis Summi Pontifices Præsulem Catanensem retroactis temporibus cumulaverint. Omitto hic ea, quæ asserunt doctrinaliter Bellutus in Opus* 1. §. 2. *num.*150. *&* 25?. *Grossus controvers.* 41. *Ad ea vero evacanda, quæ Generales Procuratores supradictorum Ordinum audacter enunciant, quod nimirum infra decem dierum spatium hujusmodi Causæ de nullitate absolvantur, sat erit ministros hujus Curiæ juridice Causæ cursum testantes in fide, quam insero, audire, patebit sane nonnisi juxta legum sanctiones decisum semper fuisse. Ita est actum cum Ioanne Bonello Presbyrero Melitensi: Hic enim moram agens ex obedientia in Conventu Divi Augustini Civitatis Adernionis hujus Diæcesis, exposuit ad professionis suæ nullitatem, & metum in ea emittenda, & morbi gallici infectionem ante Religionis ingressum: quibus rite, ac juridice examinatis, & probatis enunciatum est, nullam fuisse ejus professionem. Nec secum cum aliis omnibus actum est, ut per longas annorum series in Processuum varietate testatur.*

Pandita fuit responsio ista Episcopi Catanensis Procuratoribus Generalibus dictorum Ordinum; At cum iis eodem ferme tempore innotuerit judiciaria contradictio, quæ præfati Antistitis nomine in hoc negocio parabatur, si quid ipsi in eversionem Privilegii ab illo allegati proferre intendissent, noluerunt secum lite contendere, putantes se muneri suo fecisse satis, statim ac conscios reddidere EE. PP. potesta-

testatis, quam sibi memoratus Præsul asserit, vel usurpat. Verum etsi renuant judiciaria postulatione in Catanensem Episcopum agere, non cessant tamen novas ejusdem generis Sententias, quæ ab illius Curia frequentius forte, quam antea prodeunt, Sacræ Congregationi nunciare, & inde succedunt ut plurimum preces eorum, qui e claustris in vim dictarum Sententiarum egressi, quique ad titulum religiosæ paupertatis Presbyteralem ordinem assecuti, licentiam flagitant Missam celebrandi, quamquam sufficienti Patrimonio non repe0riantur provisi.

Præterea Syracusanus quoque Episcopus consilium nuperrime petiit, qua ratione agendum sibi sit erga hujusmodi Religiosos, qui in habitu Presbyteri secularis ad suam, ex qua originem trahunt, Diœcesim redeuntes, permissionem celebrandi ab aliis Ordinariis facile obtentam sibi postulant prorogari, congruo licet Patrimonio destituti; Cumque inter eos nonnulli sint, quorum Professio declarata fuit invalida ab ipsa Religione, per sententiam scilicet a solo superiore locali absque Ordinario pronunciatam, isti quoque Beneficio, æque ac Patrimonio carentes eamdem licentiam enixe ab EE. VV. deprecantur.

Quæ cum ita sint, & rei gravitas postulet, ut EE. VV. non tamen præterita, ac præsentia spectantes, sed futura quoque prospicientes sollicitudinis suæ partes interponant, ne quidquam in Eversionem Ecclesiasticæ, ac præsertim regularis Disciplinæ contra saluberrimas Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi sanctiones passim irrepat, sive aliquid forte invectum magis effundatur, ac diutius perseveret, necessarium proinde visum est super hac rerum congerie sapientissimum, æque ac prudentissimum EE. VV. judicium juxta Dubium inferius describendum exquirere.

Porro secundum ea, quæ hactenus in facto fuerunt exposita, tria potissimum deprehenduntur in quibusdam Regni Siciliæ Diœcesibus contra Tridentini præscriptum vitiose peragi. Primum scilicet est, quod Ordinarii loci de asserta professionis nullitate post elapsum quinquennium, non indulta ab Apostolica Sede restitutione in integrum, præsumunt agnoscere. Secundum, quod ab iisdem Ordinariis, sive exacto jam quinquennio, sive illo adhuc decurrente, eduntur Sententiæ invalidam declarantes professionem, Superioribus Conventuum, in quibus professio emissa fuit, non auditis; Et tertium denique illud est, quod ipsi etiam superiores Regulares super asserta nullitate professionis, nec habito, nec requisito Ordinarii loci judicio, aliquando sententiam pronunciant, quæ quidem omnia cum aperte repugnent non solum notissimæ Tridentinorum Patrum dispositioni *sub cap.19. sess.25. de Regul.*, verum etiam iteratis Sacræ hujus Congregationis resolutionibus, idcirco deliberandum erit, quid modo statuere oporteat, ne deinceps tot consultissima Decreta amplius violentur.

Et sane quod attinet ad necessitatem impetrandi a S. Sede restitutionem in integrum post elapsum quinquennium a die professionis, non obstante quacumque consuetudine, quæ forte in contrarium vigere diceretur,

tur, quod idem quinquennium ita continuo decurrat ab ipsa emissæ professionis die, ut perperam ad impediendum illius initium, vel complementum allegeretur perseveratio causæ metus, & impotentia reclamandi, præter ea, quæ cum aliis tradiderunt *Card. de Luca de Regular. disc.*41. *n.*11. *& seqq.*, *& Cler. discord. forens. de Regul. discor.*27. *per tot.* expresse declaravit Sacer iste Consessus *in Mechlinien. Restitutionis in integrum*, ubi disputatis duobus hisce Dubiis: I. *An quinquennium, intra quod Regularis prætendens professionem suam fuisse nullam, potest ex dispositione Sacri Concili Tridentini audiri, & causas prætensæ nullitatis coram Ordinario, & Superiore locali allegare incipiat, & continuo currat a die Professionis emissæ, vel solum a die cessantis metus, vel sublati impedimenti, aut impotentiæ reclamandi*: Et quatenus a die professionis. II. *An cognitio, & concessio restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii competat Ordinario loci, & Superiori locali, vel potius sit reservata Sedi Apostolicæ*, sub diem 22. Martii 1687. respondit: *Ad I. incipere a die professionis*: *Ad II. non posse concedi, nec cognosci restitutionem in integrum, nisi per Sedem Apostolicam, non obstante quacunque consuetudine contraria*, *ut ex lib.*37. *Decret. pag.*165.

Quo vero ad judicium super nullitate professionis omnino faciendum ab Ordinario loci conjunctim cum superiore locali, res est ab hoc Sacro Senatu quotidianis impetrata Rescriptis, uti patebit etiam ex aliquibus eorum inferius recensendis.

Quodque demum neque a solis Superioribus Religionis ex quocumque capite prætensæ nullitatis professionis ullus semel professus possit a Religione ejici, vel dimitti, explicite statuit eadem Sacra Congregatio in una *Eremitarum Camaldulensium professionis*, in qua propositis Dubiis I. *An si quando comperiatur, Novitium ex præscripto Constitutionis interrogatum adversus ipsam commisisse, impedimentum occultando, possit idem Novitius post emissam professionem per Superiorem expelli*. II. *An vero in hac facti quoque specie servanda sit forma Decreti in cap.*19. *Sess.*25. *de Regul.*, die 23. Januarii 1666. respondit, *posse expelli, sed servata forma Decreti Sacri Concilii in cap.*19. *sess.* 25. *de Regul.*, *ut ex lib. Decret.* 25. *fol.*18., & prius nempe sub annum 1653. die 15. Novembris formiter, ac late assumpta hujus articuli disputatione in quadam *Neapolitana*, audito Procuratore Religionis Carmelitarum Discalceatorum S. Theresiæ, ore, & scriptis necnon Constitutionibus dictæ Religionis, ac aliis deductis mature perpensis, censuit, *dimissiones, & ejectiones Professorum a Religione, quæ ab eadem Religione fiunt ex capite illegitimitatis, vel ex alio defectu, fieri debere conjunctim coram Ordinario, & Superiore Regulari loci ad præscriptum S. Concilii Cap.*19. *Sess.*25. *de Regul.*, ideoque sententiam cum Processu *super dimissione, & ejectione Fratris* Caroli *Mariæ a Jesu ab ipsis Regularibus latam minime sustineri*, ut hiscemet verbis descriptum legitur *in lib.*15. *Decr. pag.*282.

Recentius verò nimirum die 10. Januarii 1733. in terminis præcisis dimissionis cujusdam Sacerdotis Regularis factæ a Superioribus Religionis

gionis in Regno Siciliæ datæ fuerunt Archiepiscopo Panormitano literæ hujus tenoris, *Proposita pluries in hac S. C. C. instantia Sacerdotis Francisci Leanza, qui olim professus in Religione Fratrum Min.* Conventualium *S. Francisci de anno* 1730. *ab eadem* Religione *per solam Superiorum sententiam, absque interventu, & judicio Ordinarii ob morbum, quo, antequam profiteretur, laborabat, vigore, ut asserebatur, Apostolicarum Constitutionum, & præsertim S. M. Urbani VIII. dimissus preces porrexit pro facultate Missam celebrandi in statu Sacerdotis secularis, EE.PP. pluries quoque audito Procuratore Generali Ordinis, demandarunt Oratoris reditum ad Claustra, reassumpto habitu, ut deinde causa discuti posset circa prætensam nullitatem professionis, ac ulterius Patri Ministro Generali ejusdem Ordinis injungendum duxerunt, ut de mandato Sac. Congregationis per suas literas denunciaret in omnibus Provinciis Ordinis ejectiones professorum propria solum auctoritate a Superioribus Ordinis fieri non posse, & si fiant, esse ipso Jure nullas, addita etiam pœna privationis Officii, & vocis tam active, quam passivæ ipso facto incurrendà per eos, qui deinceps contrafecerint*, & consonant alia duo Decreta, nempe editum die prima Septembris 1691. in *Syracusana* ejectionis Sacerdotis Joannis Latina Professi in Religione S. Francisci Min. de Observ. dimissi ex insanabili morbo lepræ inconsulto Ordinario, & alterum die 22. Septembris 1691. in *Cameracen.* Ejectionis Guglielmi Lelsvisse Professi in Monasterio S. Dionysii Ordinis S. Benedicti pariter a Superioribus Religionis Ordinario inconsulto ejecti ob assertam luem veneream, & contagiosam.

Quibus ita se habentibus, peculiaris tantum quæstio videtur institui posse super singulari admodum Privilegio, quo Catanensis Episcopus asserit decoratum Curiæ suæ Tribunal, & cujus vi contendit sibi licere de nullitate professionis a Regularibus emissæ tam decurrente quinquennio, quam eo jam elapso, nulla licet ab Apostolica Sede in integrum restitutione impetrata, cognoscere Superioribus Religionis etiam non auditis, quodque amplius est, tametsi Regularis a Professione reclamans, non intra Diœcesis suæ finis, sed in quacumque totius Regni Siciliæ parte illam emiserit, dummodo, quum reclamat, in aliquo Diœcesis suæ loco ex obedientia Superiorum constitutus reperiatur. At quia tenor asserti hujus Privilegii non exhibetur, imo vero neque exhiberi posse affirmatur, tributa ejus jactura repetitis Terremotuum, & Incendiorum infortuniis, ob quæ plurimi Codices Catanæ periere, ponderandum erit, num simplex ejusdem privilegii assertio aliunde non comprobata, de quo nulla hactenus apud Apostolicam Sedem cognitio fuit, & cujus mentio fortasse doceri nequit ab ullo ex probatis Authoribus unquam habita, ejus momenti sit, quanti æstimatur ab Episcopo Catanensi.

Interea vero, ne forte obtrudatur, generalem in Regno Siciliæ vigere consuetudinem non adeundi Sanctam Sedem pro obtinenda in integrum restitutione adversus lapsum quinquennii, præstat hic recensere Causas plurium Religiosorum utriusque sexus, qui de nullitate professionis suæ dicturi, hoc eodem seculo decurrente, ad Apostolicam Sedem in hunc finem reclamarunt, & quorum petitiones fuere

in hoc

in hoc Supremo Senatu discussæ ; Id nimirum contigit in *Messanen. Restitutionis in integrum* proposita ad instantiam Fr. Nicolai Pagani Ordinis Eremitarum S. Augustini *diebus* 8. *Maii*, *&* 21. *Augusti* 1706. *lib. Decr.*56. *pag.*148. *&* 283. *in Melevitana, seu Panormitana Restitutionis in integrum* Fr. Joannis Baptistæ Formosa Ordinis Carmelitarum *die* 9. *Aprilis* 1712. *lib. Decret.* 62. *pag.*111. *in Syracusana Restitutionis in integrum* Sororis Annæ Antoniæ Consulo Monialis S. Antonini Oppidi Francifontis *diebus* 13. *Julii*, *&* 3. *Augusti* 1715. *lib.*65. Decr. *pag.*299. *&* 335. *in Agrigentina Restitutionis in integrum* Fr. Nicolai Lombardo Ordinis Min. Obser. *diebus* 11. *Januarii*, 25. *ejusdem Mensis*, *&* 28. *Martii* 1716. *lib.*66. *Decr. pag.*4. 27. *&* 134. *in Siculana nullitatis Professionis* Fr. Gregorii de Bronte Ordinis Min. Obser. *diebus* 18. *Maii*, *&* 27. *Julii* 1726. *lib.*76. *Decr. pag.*257. *&* 385., *in Panormitana Restitutionis in integrum* Sororis Ursulæ Felici Migliacci professæ in Monasterio S. Mariæ Montis Oliveti *die* 10. *Martii* 1731. *lib.*81. *Decr. pag.*138. *in Panormitana Restitutionis in integrum* Josephi Alcello professi in Ordine excalceatorum de Mercede *die* 14. *Martii* 1733. *lib.*28. *liter.* & demum novissime, *in Panormitana Restitutionis in integrum* Hieronymæ Andres professæ in Monasterio SS. Salvatoris Civitatis Panormi 26. *Septembr. anni* 1739. *nuper elapsi* ; Quibus omnibus apprime consonat dispositum in Constitutione *de ratione pertractandi*, *& definiendi Causas Ecclesiasticas in Regno Siciliæ ultra Pharum* a S. M. Benedicto XIII. sub annum 1728. tertio Kalendas Septembris promulgata, ubi præ cæteris expresse statuitur, *ut Causæ nullitatis professionis tam ante, quam post elapsum quinquennium ad normam omnino Sacrorum* Canonum, *& Sacri Concilii Tridentini Sess.*25. *de Regul. cap.*19. *cognoscantur*, *& terminentur*, quemadmodum videre est in §. dictæ Constitutionis in fine.

Ceterum præteriri non debet, hodiernum Episcopum Catanæ, qui ad Ecclesiam hanc fuit a Pactensi translatus sub finem anni 1729., vix istius Episcopalis Sedis possessionem adeptum controversam, quam sibi asserit facultatem concedendi restitutionem in integrum cæpisse illico exercere, uti conjicitur ex literis ab hac Sacra Congregatione ad eundem datis die 9. Augusti 1732., quæ sic habent: *Quamquam Sanctissimo D. N., & huic S. C. C. fuerit pro certo affirmatum, amplitudinem tuam nonnullas protulisse sententias pro prætensa nullitate professionis favore Religiosorum post elapsum quinquennium a die eorum emissæ professionis non obtenta prius* a S. *Sede restitutione in integrum adversus illius lapsum, necnon ad favorem aliorum, qui extra istam Diæcesim professionem emiserunt contra dispositionem Sacri Concilii Tridentini, nihilominus benevisum fuit sanctitati suæ, & EE. PP. hanc credulitatem suspendere, donec ipsa de hoc sibi imputato procedendi modo apud hanc Sacram Congregationem se justificet. Quomodo itaque se res habeat, prædictam* S. *Congregationem informet, transmittendo notulam Religiosorum ita egressorum cum distincta expressione temporis eorum emissæ professionis, ac Religionis, in qua professi sunt, necnon sententias desuper latas, eidem ulterius injungendo EE. PP. ut in hujusmodi causis, servatis servandis in poste-*

posterum procedat, illasque dumtaxat Causas nullitatis cognoscat, quæ intra quinquennium a die professionis introductæ fuerint, conjunctim cum superiore locali, non autem Causas Religiosorum exterorum, & post lapsum quinquennium absque prævia restitutione in integrum ab Apostolica Sede impetranda. Tenet ergo Ampl. Tua Sacræ Congregationis sententiam, cui se conformet &c.: neque post hac ab ejusdem prætensæ facultatis usu abstinuisse præfatum Antistitem, satis exploratum redditur ex enunciata ejus Epistola. Et hæc ea sunt, quæ proprius contentionem Catanensis Episcopi spectare videntur.

Quoniam vero plures, uti supra indicatum est, sub clypeo prædictarum sententiarum comperiuntur regulari habitu jam exuti, ac eorum nonnulli postulant sibi fieri potestatem celebrandi Missam, de his pariter deliberare oportet, quæ methodus, sive ratio servanda sit tam super ipsorum reditu ad Claustra, ubi perperam ab iis dimissi judicentur, quam circa ulteriorem ejusmodi causarum prosecutionem, quoties ista vel a Religione, vel ab iisdem ex illa egressis urgeatur. Itidemque decernendum erit, num eorum precibus super petita facultate celebrandi Missam interea præstet annuere, tum si iidem extra Claustra degentes congruo Beneficio, aut Patrimonio se doceant provisos, tum si utroque careant, ac se orbatos ultro fateantur.

In memorata Causa Sacerdotis Francisci Leanza dimissi ab ordine Minorum Conventualium per Superiores Religionis absque interventu, & judicio Ordinarii, noluit Sacer iste Senatus facere illi potestatem celebrandi Missam in statu Præsbyteri Secularis, sed ejusdem reditum ad Claustra, in quibus habitum regularem resumeret, imperavit, ut inde Causa allegatæ nullitatis professionis cognosci posset; Indulsit tamen, ut Archiepiscopus Panormitanus Causam ex integro conficeret, & constito sibi de Causis Restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii audito Superiore locali, eam posset authoritate Sac. Congregationis impertiri, deindeque cum eodem Superiore locali, prout juris foret, super nullitate professionis judicium ederet. Par facultas concedendi restitutionem in integrum adversus lapsum quinquennii tributa fuit eidem Archiepiscopo Panormitano in enunciatis Causis Sororis Ursulæ Felicis Migliacci, & Josephi Alcello. In quadam vero *Agrigentina* preces Sacerdotis Vincentii Parisi, qui exponens professionem emisisse in Ordine Carmelitarum circa annum 1705., & obtinuisse ab Ordinario Agrigentino sub annum 1718. eam invalidam declarari, rogabat sibi permitti Missæ celebrationem die 19. Julii 1732. rejectæ fuerunt, ac una simul injunctum Episcopo, ut recognosceret, an Orator obtinuisset a Sede Apostolica restitutionem in integrum, & quatenus de illa non doceretur, eundem cogeret resumpto habitu regulari ad Claustra redire.

Jam vero ne lateant EE. PP. nomina, susceptus Religionis ordo, & præsens status eorum, quorum hactenus Sacræ huic Congregationi delatæ sunt preces, utque singulis queat opportunum aptari rescriptum, ab uniuscujusque Defensore non semel expetitum, eorumdem Cathalogus hic adnectitur.

Joseph Borg sub annum 1711. Professionem emisit in Ordine Eremitar. S. Augustini assumpto nomine Michaelis Angeli; die vero 23. Novem

bris

bris 1736. a Vicario Generali Archiepiſcopi Meſſanenſis conjunctim cum Priore Conventus dicti Ordinis ſententiam obtinuit pro nullitate ſuæ profeſsionis: Nunc autem congruo proviſus Patrimonio Melitæ degit.

Joannes Bonelli in eadem Auguſtinianor. Religione Panormi profeſſus anno 1722. nullam obtiuuit declarari ſuam profeſsionem a Curia Generali Catanenſi ſub diem 12. Decembris 1735., & ipſe quoque in Diœceſi Melevitana, ubi ſufficiens Patrimonium ſibi conſtituit, hodie commoratur.

Guitlelmus Petrollo Agrigentinus in Religione Cappuccinorum Profeſſionem emiſit anno 1711., hanc autem invalidam declaravit anno 1736. Curia Archiepiſcopalis Panormitana; Degit ille modo in Diœceſi Agrigentina congruo Patrimonio ſuffultus.

Archilius Chiarelli in Conventu Min. Conventualium S. Franciſci Agrigentinæ Diæceſis ſolemnia circa annum 1710. nuncupavit regularis profeſsonis vota, quæ ſub obtento luis venereæ in illo poſtmodum detecta invalida declaravit Religio ſub annum 1731., irrequiſito Ordinario: Patrimonio æque, ac Beneficio hactenus ille carere dicitur.

Fr. Fidelis a S. Philippo jamdiu Profeſſus Ordinis Cappuccinorum in Conventu Diœceſis Syracuſanæ facultatem anno 1738.obtinuit a Curia Epiſcopali Catanenſi egrediendi e Clauſtris ſuæ Religionis, nullo ex Regularibus Superioribus audito.

Joſeph Leonardi anno 1725. Profeſſionem emiſit inter Fratres ſtrictioris Obſervantiæ S. Franciſci in Conventu Diœceſis Catanenſis, ibique uſque ad Ordinem Diaconatus promotus eſt; Impetravit deinde ſub diem 22. Octobris 1733. nullam a Curia Epiſcopali Catanæ declarari ſuam profeſſionem, & modo degens in Diœceſi Syracuſana, ex qua originem trahit, ad Presbyteratum ſcuperet promoveri, tametſi integrum juxta taxam ſynodalem ſuæ Diœceſis non obtineat Patrimonium.

Georgius Orecchi Profeſſus uſque ab anno 1715. in Ordine Eremitarum Sancti Auguſtini ſub nomine Michaelis Angeli ſententiam pro nullitate ſuæ profeſſionis obtinuit die 3. Februarii 1739. ab Epiſcopali Curia Catanenſi; Patrimonio autem non minus, quam Beneficio carens facultatem exorat celebrandi in Diœceſi Syracuſana ſuo patrio ſolo.

Julius de Geraci in Ordine Cappuccinorum jamdiu profeſſus ſub initium anni 1739.ſententiam a Curia Epiſcopali Cephaludenſi una cum Superiore Regulari eſt aſſecutus ſuper nullitate ſuæ profeſsionis: Integrum autem Patrimonium ſibi conſtitui non poſſe fatetur.

Xaverius Siciliani de Mazarino a multo jam tempore Religionem ſtrictioris Obſervantiæ S. Franciſci in Conventu Syracuſanæ Diœceſis profeſſus, facultatem nuper obtinuit dimittendi habitum regularem ab Ordinario Catanenſi, in cujus ſententia facta illi fuit poteſtas Miſſam celebrandi per quatuor menſes, dummodo intra illos de congruo provideretur Patrimonio, quo tamen hactenus caret,

Vitus Lerna in Ordine Cappuccinorum anno 1722. profeſſus a Definitorio Fratrum Provinciæ Syracuſanæ ſub diem 4. Octobris anni 1738. declaratus fuit nulliter profeſſus ex eo, quod luem veneream, qua labo-

laborabat tempore professionis reticuit, sufficienti Patrimonio in Diœcesi Syracusana, ubi degit, provisus asseritur.

Antonius Alessandria itidem Diœcesis Syracusanæ, & in Ordine Capuccinorum professus a superioribus ejusdem Religionis, Ordinario non audito, e Claustris dimissus fuit, die 12. Septembris 1737. sub obtentu nullitatis votorum ob consimilem morbum ante professionem ab ipso contractum, atque celatum: Hunc autem Patrimonio penitus destitutum libellus ipse ejus nomine porrectus exhibet.

Præter hos novissime acceptum est, tres alios Sacerdotes, nimirum Michaelem Angelum a Modica, & Cælestinum pariter a Modica, germanos Fratres Provinciæ Syracusanæ, necnon Antonium a Tavromina Provinciæ Messanensis jamdiu professos in Ordine Cappuccinorum regularem habitum deposuisse in vim sententiæ ab Ordinario Catanensi sub annum proxime elapsum prolatæ: nec aliud quidquam de ipsis hactenus innotuit, cum nullæ preces eorum nomine fuerint adhuc expositæ.

His itaque omnibus mature perpensis una cum juribus facile proferendis a Procuratore Episcopi Catanensis de propositione præsentis Causæ opportuno tempore monito, quippe in actis hujus Secretariæ, ne quidquam in ejusmodi negocio, ipso inaudito, decerneretur, adnotatione, quæ vulgo dicitur: *Nihil transeat*, jamdudum apposuit, rogantur EE. PP. pronunciare.

An, & quomodo sit providendum in casu &c.

Providendum esse juxta modum a D. Secretario explicandum facto verbo cum Sanctissimo.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Nicolaus de Blasio, Prosper deinde appellatus, sub diem 13. Maji 1722., cum quintum decimum ageret ætatis annum, ac pridem esset Patre orbatus, Religiosam disciplinam familiæ Fratrum Ordinis Minorum Conventualium amplexus fuit in Cœnobio S. Laurentii Majoris Civitatis Neapolis, solemni etiam Professione sub diem 16. Maji insequentis anni 1723. emissa, necnon omnibus Sacris Ordinibus ad titulum Religiosæ paupertatis postmodum susceptis. Volens autem anno 1733., & sic longe post quinquennium a Sacro Concilio Tridentino præscriptum nullitatem hujusmodi professionis proponere, beneficium restitutionis in integrum imploravit. *Sess. 25. c. 19. de reg.*

Sacra itaque Congregatio ad ejus preces sibi de more remissas commisit Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano confectionem Processus, cujus summa in his potissimum versari videtur; primo nempe quod Orator fuerit a Patruis, Matre, & Fratribus ad Religionem compulsus hortationibus primum, deinde subdolis hisce minis, tam ante ingressum in religionem, quam tempore novitiatus sæpius repetitis, *che se non entrava in Religione, lo volevano scrivere alla guerra*, ac demum verberibus, aliisque adhibitis violentiis late in memorato processu recensitis, quodque ipse de ejusmodi violentiis tam ante, quam post emissam professionem pluries doluerit, ejus invaliditatem declarans se velle judiciariè deducere; secundo, quod idem

frater Prosper ab infantia usque insanabili intestinorum laxatione, sive hærniæ specie, quam phisici, vocantur Bubonocele, laboret: & tertio denique, quod ipse causa dicti morbi fuerit, vix elapso primo Novitiatus mense, a Regulari observantia dispensatus, adeo ut, cum Regulæ asperitates nequiverit causa præmissæ dispensationis experiri, verum probationis annum dici nequeat explevisse.

Ex his autem Orator invaliditatem suæ professionis evinci arbitratur nedum inspecto gravi metu sibi illato, verum etiam perpensis Constitutionibus Ordinis, quibus *sub cap.2. tit.8. de exam. ante receptionem faciendo* prohibentur in eundem Ordinem recipi *morbo contagioso, vel obscæno, aut caduco laborantes, sive alio graviori*, itidemque cavetur in ejusmodi casibus nullum a religione *tam ad receptionem, quam ad probationem, vel Professionem eorum, qui tales fuerint, præstari, consensum*, quum præter disposita a Tridentino *Cap.15. sess.25. de Regular.* ab eisdem quoque Constitutionibus Ordinis in forma, ut ajunt, specifica a S. M. Urbano VIII. confirmatis sub *Cap.2. tit.14. de Novitiorum Clericorum probat*, ita statuitur: *In hoc igitur vitæ genere Novitii omnes per annum integrum, & continuum in suscepto probationis habitu manere debent, eoque integre expleto, ad professionem, servatis servandis, admitti possint, alias & professionem nullam esse, & admittentes ab Officio cecidisse.*

Veruntamen præter ea, quæ circa professionis invaliditatem ex posteriori duplici capite desumptam alias adnotata fuerunt in *Capritana restitutionis in integrum 6. Julii* 1737. *& in Januen. restitutionis in integrum* 3. *Iulii* 1739. exponere oportet, post delatum ad Urbem supradictum Processum, datas Sacræ huic Congregationi, reticito scribentis nomine, fuisse literas, in quibus hæc circa eundem Processum referuntur: *Il Padre Prospero de Blasio de' Minori Conventuali della Provincia di Terra di lavoro nel Regno di Napoli avendo da piu anni intentato giudizio nella curia Arcivescovile della Città di Napoli per la nullità della di lui professione in osservando, che nel processo due testimonii de' più sostanziali, e concludenti avevano deposto cose men favorevoli al suo intento, mal consegliato, strappandole dal suddetto processo, e fattele rifare da un Copista a suo talento, sebbene non con totale uniforme carattere, di nuovo glie le ripose. Io ho taciuto finora il segreto persuadendomi si fusse ritirato dall'impegno, ma udendo, che il processo a di lui istanza ritrovasi in cotesta Sagra Congregatione del Concilio per osservarsi il fondamento, e peso delle di lui ragioni, ho stimato bene per esonerar la mia coscienza ragguagliarne Vostr' Eminenza, come Porporato zelantissimo di S. Chiesa, e Prefetto della suddetta Sagra Congregazione possa darvi riparo, e nell'istesso tempo riverentemente supplicarla si degni ordinare al Vicario di detta Città Arcivescovile, in possa di cui ritrovansi le sudette deposizioni Originali, che le trasmetta all'E.V. unitamente col Processo Originale per farsi non men la comparazione del carattere, che riscontro de' fogli, e della lor falsità. Queste deposizioni sono del P. Francesco Maturi, e sono situate nel Processo Originale dal fol.60. fino al 65.*

His acceptis, rogatus fuit Eminentissimns Archiepiscopus Neapolitanus

nus, ut de veritate rei mox recensitæ satageret Sacram Congregationem edoceri, cumque idem Eminentissimus sub diem 7. Augusti elapsi anni hæc inter cætera ad rem nostram retulerit. *Diligenter curavi ut Acta originalia ad Oratoris instantiam in mea Metropolitana Curia confecta sedulo recognoscerentur, quod cum per probos, & prudentes Viros a me ad hunc effectum deputatos factum sit, retulerunt a folio 60. ad 64. inclusive dicti Processus extare depositiones duas, alteram P. Bonaventuræ Grimaldi, alteram P. Francisci Maturi Min. Conv., quæ si bona fide, atque inattento oculo conspiciantur, una ejusdem scribentis manu videri possunt exaratæ, ut reliqua, quæ in Processu continentur. Non sic porro, si quis easdem suspenso animo, factoque suspicione cauto, intueatur; tunc enim & manifestum apparet characteris discrimen, & affectata quædam dura, ac laboriosa imitatio absque cunctatione falsitatem evincit, itaut possit prudenter existimari eas depositiones, quæ negativum sensum, atque ad intentum minus idoneum continebant sublatas, & alias affirmativas, & ad rem magis conducentes fuisse suppositas, & quoniam generaliter in Processibus construendis id etiam discriminis esse solet inter eas depositiones, quibus testis quidpiam affirmat, & eas quibus aliquid negat ut hæ quidem ad illarum differentiam paucis omnino verbis expediri soleant, & longe breviori pagina contineri, propterea falsificus, ut spatio parum amplo relicto vacuo a brevioribus, quasi ipse substulerat negativis depositionibus affirmativas, ac proinde prolixiores ab ipso confictas circumscribere possset, eas arcte constipatas, ad loci angustias adaptare coactus est paucis omnino verbis adhibitis, ubi plures adhiberi solent, consuetis etiam interrogatoriis prætermissis modo quodam insolito, & constantissimæ Curiæ methodo prorsus opposito. Res autem magis clarescere facillime posset, si iidem Testes denuo examini subjicerentur, qui & suarum depositionum tenorem, & propriam etiam subscriptionem ad calcem illarum positam recognoscerent.*

Spectat modo ad EE.VV. deliberare, quid consilii in causa capiendum sit, dum Orator decidi postulat.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

NULLIUS SEU SUBLACEN. LEGATI. In Testamentariis tabulis sub annum 1713. conditis Joseph Sale a Terra Rojatis plura legati nomine reliquit Loca Montium, quorum annuos fructus tradi voluit *ad un scolare di casa Sale della sua Patria*, multiplici adjecta lege, & conditione; Primo nimirum, quod filii, & filiorum filii Caroli Sale sui Nepotis Consobrini *abbino a preferirsi a tutti l'altri della Casata, cognome Sale, come a me più congiunti del mio cognome Sale*; Secundo, quod iidem filii, & descendentes Caroli possint *godere li frutti de' miei luoghi de monte, finchè studieranno a Subiaco, o Roma, e finchè ogni Scolaro avrà compito l'età d'anni 22., e non più, e dopo si dia la vacanza, e si venghi subito alla nominazione, ed elezione dell' altro*; Tertio, quod deficientibus filiis, & descendentibus Caroli, *Sess. 22. c. 6. de Ref.*

sia nominato altro scolare della medema casata , e cognome Sale , cioè quello , che sarà più abile , di miglior indole , ed ingegno , ed il Sig. Arciprete pro tempore di Rojate porterà , e presenterà il nominato scolare al Sig. Arciprete Preposto di S. Andrea di Subiaco per farli godere il frutto de' miei luoghi de' monti , come sopra ; Quarto , quod filii , & descendentes dicti Caroli *possino godere detto Legato Pio subito seguita la mia morte , benchè lo scolare fosse di tenerissima età , ma con condizione però , che si mandi il nominato scolare nel termine di quattro mesi allo studio a Subiaco , o a Roma , quando non vi fosse di prima* ; Quinto , *quod non extantibus scholaribus suæ domus , & cognominis Sale* fructus dictorum locorum montium in subsidium dotale puellis ejusdem domus , & cognominis annuatim distribuatur ; & sexto demum , *che quando si dasse il caso , che i suddetti frutti del mio Legato pio fossero principiati a farneli Sussidii dotali per le Zitelle come sopra , e crescesse in età di detto tempo qualche scolare della mia Casata , e Cognome Sale , voglio , che sempre , ed in qualunque tempo sia preferito lo scolare , purchè abbia compito li sette anni di età , e si porti allo studio in Subiaco , o a Roma* ; in Codicillis autem postmodum confectis præcepit dictum Juvenem , seu Scholarem ingredi debere Seminarium Sublacense in qualitate Alumni , vel Convictoris statim , ac is ad ætatem requisitam , quæ solet esse annorum octo , vel novem , pervenerit .

Ejusmodi testamentaria dispositio fuit usque ad annum 1739. absque ullo dissidio executioni demandata ; At quia sub die 10. Martii mox dicti anni Archipresbyter Terræ Rojatis ad legatum , seu subsidium supra recensitum nominavit Carolum Antonium Sale Nepotem præfati Caroli , qui veluti natus die 13. Octobris 1736. infans hunc temporis erat tertium adhuc ætatis annum agens , nominationi huic sese contradictorem præbuit Clericus Adrianus ex eadem Familia *Sale* descendens , & stricto sanguinis jure Testatori conjunctus , contendens, nominationem dicti Caroli Antonii adhuc infantis irritam omnino esse , sibique proinde sedulam operam Theologiæ Morali in Urbe navanti , & annum 22. excedenti controversum legatum ad completam 25. annorum ætatem fore assignandum , ut ejusmodi subsidio provisus commodius posit Doctoris laurea in aliqua facultate insigniri .

Hinc itaque oborta inter consanguineos , sive tutores dicti Caroli Antonii Sale , & memoratum Clericum Adrianum controversia , oportuit subscribi dubium ad calcem præsentis restrictus apponendum , ad cujus decisionem idem Clericus Adrianus , cujus tantum jura hactenus allata sunt , duo in facto probanda assumit , alterum scilicet , quod antedictus Carolus Antonius veluti in ætate trium dumtaxat annorum constitutus incapax sit assequendi controversum legatum relictum scholari , *con condizione , che si mandi nel termine di quattro Mesi allo studio di Subiaco , o a Roma , quando non vi fosse di prima*, & inferius , *purchè abbia compito li sette anni di età , e si porti allo studio in Subiaco, o in Roma* quemadmodum in terminis similis Legati advertunt cum aliis *Grazian. discept. foren. cap.* 216. *a num.* 87. *ad fin. & Card. de luc. de Legat. decis.* 86. *num.* 10. alterum vero , quod ex familia *Sale* nemo alius , quam ipse Clericus Adrianus , in præsentiarum reperiatur , qui jure posit ad enunciatum legatum adspirare;

Qui-

Quibus ita se habentibus, concludit sæpedictum legatum sibi præscriptis qualitatibus pollenti licet ab Archipresbytero antedicto non nominato præstandum esse, donec saltem ab ipso completa fuerit ætas 25. annorum, secundum ea, quæ in terminis similis legati firmavit Sacræ Rotæ Auditorium *decis.66. num.*18. *par.*16. *rec. & cor. Lancetta dec.* 1123. *num.*1.

His itaque inspectis una cum relatione Vicarii Generalis Eminentissimi Abbatis Commendatarii, grave non erit EE. VV. rescribere.

An, & cui debeatur legatum in casu &c.

HISPALEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Exoptans Eleonora Lasso della Vega nullitatem Solemnis Professionis, quam dudum sub instituto S. Claræ in Monasterio Oppidi nuncupati de *Carmona* ob reverentialem metum erga Petrum suum genitorem asserit emisisse, consueta methodo judiciaria proponere, sub ann.1735. quo idem Petrus objierat, supplex a S. Sede postulavit beneficium restitutionis in integrum, qua ob elapsum jampridem quinquennium indiget, sibi concedi; Ejus autem precibus ad Supremum hunc Senatum rejectis, fuit ab isto juxta morem imperatum Ordinario, ut, audita dicti Monasterii Antistite, super afferto metu Processum conficeret. *Sess.25. c.19. de reg.*

Hoc itaque utens Rescripto sategit Oratrix processum servatis servandis ex formali triginta, & unius Testium examine confici; at eo tandem absoluto non valens postea ob summam pecuniarum inopiam, respondere sumptibus necessariis pro habendo ejusdem processus exemplari, curandaque illius transmissione ad Urbem, institit apud Vicarium Generalem, coram quo processus fuerat compilatus, ut EE. PP. de iis, quæ ex testium examine habentur, literis suis certiores redderet; cumque idem Vicarius Generalis putaverit Eleonoræ petitioni fore annuendum, ea, quæ mox subjicientur, ab ipsius relatione, seu verius ab exacto, quem transmisit, ejusdem processus Restrictu, præcipue emergunt.

Primo scilicet, quod memoratus Petrus sæpe sæpius Eleonoræ filiæ suæ *ad effetto di liberarsi dalle spese, che in altro stato gli avrebbe potuto cagionare*, indixerit, *che non era Donna, che potesse maritarsi con un calzolaro, o falegname, e che era necessario, che le femine, che nascevano bene, ed erano povere, entrassero nella religione*, quodque ejusdem quoque Patruus ex condicto Petri eam aliquando monuerit, *che la contraria volontà, che dimostrava, era tentazione del comune inimico, e che riflettesse alle cose del Mondo, all'autorità della sua Casa, e Famiglia, ed al tenue Capitale, che suo Padre aveva.*

Secundo, quod tres ex dictis testibus in sui formali examine affirmaverint, se certo scire, *qualmente prima che la donna Eleonora professasse, essendo in età di* 13. *anni, gli aveva significato la ripugnanza, e nessuna inclinazione, che aveva allo stato di Religiosa, e che il suo sembiante era mesto, e malinconico a riguardo del suo continuo disgusto alle volte piangendo, ed alle volte esprimendo, che gli era molto impossibile di adempire i pesi della Religione, ed il dolore, che pro-*

provava in vederſi dentro, *e che ſe trovaſſe il modo di uſcire*, *e di non dar diſguſto a ſuo padre*, *l'averebbe meſſo in eſecuzione*, *e che non voleva profeſſare*, *perchè queſto non doveva eſſer per forza*.

Tertio, quod quintus teſtis depoſuerit *di aver ſaputo*, *che il menzionato ſuo padre era andato da queſta nella Città di Carmona*, *e ſi era abboccato in un parlatorio con la ſopraddetta*, *la quale gli aveva detto*, *che non preparaſſe le coſe per la profeſſione*, *perche non la voleva fare*, *e che non oſtante le perſuaſioni*, *che le avevano fatte*, *ſi era riſoluta di non profeſſare*, *e che per queſto ſi ritirò ſevero*, *e ſtizzato*: Idque ipſum confirmaverit decimus tertius teſtis referens, ſe ex ore Petri hæc audiviſſe verba: *Queſta ragazza ha il diavolo in corpo*, *che non vuol eſſere religioſa*: nec non ſubjungens; *ſi diceva publicamente tra i domeſtici*, *che la detta donna Eleonora aveva mandati diverſi biglietti ai Zii*, *e parenti*, *che aveva in detta Città*, *pregandoli*, *che per carità la cavaſſero dal d. Monaſterio*.

Quarto, quod ſecundus, & tertius teſtis enarrantes ea, quæ in actu Solemnis Profeſſionis evenere, teſtati ſunt, *Che la Maeſtra delle novizie gli diede animo*, *e che le Religioſe di detto Convento ſi erano accorte della grande ripugnanza*, *con cui aveva fatta la detta profeſſione*, *e che prima di farla erano ſtate molte le ſue malinconie*, *perchè entrava ſenza libertà nello ſtato*, *e che nel monaſtero era coſa publica*, *che i ſecolari*, *i quali erano intervenuti nella funzione*, *avevano detto*, *ch'era un peccato*, *ed una compaſſione l'aver fatto profeſſare per forza quella giovane*, quodque hæc omnia comprobata maneant tam ex teſtimonio Sacerdotis Ferdinandi Barriendos, quam ex depoſitione vigeſimi tertii teſtis referentis, *Aver oſſervato*, *che quando la ſuddetta donna Eleonora fece i Voti*, *aveva ſparſo gran copia di lagrime*, *e le mancava la voce*, *per lo che aveva creduto*, *che profeſſava con pena*, *e ſenza libertà*, *e di averlo ſentito dire dalle altre Religioſe*, *che ſi erano trovate nella funzione*.

Poſtremo, quod oratrix ad excludendam tacitam profeſsionis ratificationem plures induxerit teſtes deponentes ipſam Genitori ſuo poſt emiſſam profeſsionem in hæc verba reſpondiſſe, *Lei non mi dia conſigli*, *che nell'Inferno pagherà la pena di avermi collocata in queſto ſtato*, quodque infelix puella, *Stette in continua pena*, *perchè non poteva vincerſi a vivere nello ſtato violento*, *che le avevano dato*, *e che non ſi arriſchiava a manifeſtare il ſuo diſpiacere a riguardo del timore riverenziale*, *che aveva verſo il predetto ſuo Padre*, *per lo che ſempre ſtava anguſtiata*, *e con la mente turbata*, *ed in continua agitazione*, *vedendoſi ſenza rimedio per liberarſi dalla ſua afflizione*, *la quale deveniva più grave*, *e più vehemente*, *perchè era Provinciale il ſuddetto ſuo Zio*, *che l'aveva perſuaſa*, *non arriſchiandoſi di conſultare il caſo coi Confeſſori della ſua Religione*, *temendo non arrivaſſe alla di lui notizia*, *così ſucceſſivamente alla notitia del ſuo genitore*, & tandem, quod cœperit jamdiu de methodo inſtituendi judicium ſuper invaliditate ſuæ profeſsionis conſulere viros quoſdam graves, & doctos, ſtudens in hunc finem preces ſuas ad Summum Pontificem deferri, itaut eas longe antea cum ſuis juribus pro obtinenda petita in integrum reſtitutione, expoſuiſſet, niſi a Patre tunc adhuc ſuperſtite fuiſſet impedita.

Hæc

Hæc sunt potiora, quæ ex enunciato processus restrictu decerpi queunt; At si EE. PP. videretur, integro processu ad causæ definitionem opus esse ab iisdem quoque decernendum foret, num ob gravem Oratricis inopiam, quam Vicarius Generalis sub finem suæ ralationis hisce verbis confirmat: *Che essendo la detta Eleonora povera, e non avendo quattrini per le grandi, & eccessive spese, che erano necessarie per trasmettere questi atti alla Corte di Roma, giacchè se alcune persone mosse da pietà non le avessero date alcune somme per fare le suddette diligenze, non le avrebbe possuto terminare per mancanza di denari*, Præstet annuere saltem alteri ejusdem Oratricis petitioni, qua enixe rogat, absolutam hujus Causæ cognitionem etiam super restitutione in integrum cum facultate procedendi ad ulteriora circa nullitatem professionis, *prout de jure* committi Archiepiscopo Hispalensi juxta exemplum consimilis rescripti editi in *Cabilonen. Restitutionis in integrum*, in qua exponente Anna Laclere, imparem se esse subeundis sumptibus ad nova documenta paranda, ac transmittenda necessariis, proposito dubio: *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* Sacra Congregatio sub diem 16. Martii 1733. ita rescripsit: *Episcopo Cabilonen., qui constito sibi de causis Restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, authoritate Sacræ Congregationis Oratricem restituat, & deinde ad ulteriora procedat circa nullitatem professionis prout de jure*, ut in *lib.* 83. *Decretor. pag.*223.

Antistita Monasterii nihil objecit, Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ in confectione memorati processus itidem excitatus quidquam sibi non occurrere declaravit, quod contra præfatam Vicarii Generalis relationem opponeret; quo circa ad EE. VV. spectat respondere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

CAJETANA SPOLII. Innocentius XII. in Constitutione, quæ est vigesima tertia ex collectis in ejus parvo bullario, Archiepiscopos, Episcopos, & prælatos inferiores Regni Neapolitani supplicantes, ad spolii compositionem cum Camera Apostolica admitti juxta formam, sub qua Capitula Cathedralium ejusdem Regni jam reperiebantur admissa, exemit a Spolio ea lege, ut illud in Beneficium Cathedralium, vel si aliis aliunde consultum sit, in utilitatem Parochialium Ecclesiarum imposterum erogetur, præservata Constitutione 42. S. Pii V., qua sancitum fuerat, ornamenta, paramenta, aliaque ad usum, & cultum divinum spectantia applicari debere Ecclesiis, quibus Episcopi præfuerint. *Sess. 25. c. 5. de ref.*

Novissime vero S. M. Benedictus XIII. in Constitutione incipien. *Sacrosancti Apostolatus* mox relatam Bullam Innocentii XII. declaravit, ampliavitque, statuens, *ut ex spoliis, quæ memoratis Præsulibus dicti Regni, tam in residentia, quam extra eam, ut præfertur, decedentibus, nemine prorsus excepto, imposterum fieri contigerit, quidquid in reparationem Ecclesiarum, aut alios pios, & necessarios in prædicta Innocentiana Constitutione præscriptos usus, vel in alia a defunctis Præsulibus, juxta facultatem illis in eadem Constitutione* *tra-*

traditam, designata pia, & congrua opera erogatum, expensumque non fuerit, a successoribus eorumdem Præsulum, cum suorum Capitulorum scientia, & consilio, ex integro reinvestiatur, & collocetur in fundis, seu capitalibus tutis, securis, atque fructiferis pro dote fabricæ singularum Ecclesiarum prædictarum; Ac ejusmodi dotium annuus proventus non in aliam usum, quam reparationis, & manutentionis fabricæ earundem Ecclesiarum ab uniuscujusque Præsulibus cum scientia pariter, & consilio suorum Capitulorum in occurrentibus casibus erogetur: Et quotiescumque dictas Ecclesias reparatione non indigere constiterit, annui etiam fructus, & fructuum fructus dotium prædictarum in aliis fundis, & capitalibus tutis, atque fructiferis eodem prorsus modo reinvestiantur, & collocentur, ad hoc ut ipsæmet dotes majora in dies, benedicente Domino, suscipiant incrementa, adeoque earum redditus supportando reparationis fabricæ ipsarum Ecclesiarum oneri satis esse possint. Quæ sane reinvestimenta pro dote fabricæ earumdem Ecclesiarum nedum utiliora, sed magis etiam consentanea, atque conformia intentioni memorati Innocentii Prædecessoris fore arbitramur, quam si quidquid supererit ex prædictis spoliis, in emptionem supellectilis voluptuosæ, vel non necessariæ, vel Ecclesiæ qualitatem excedentis, quemadmodum hactenus ob male intellectam prædictæ constitutionis mentem non semel evenisse comperimus erogaretur.

Geminis hisce Pontificis Constitutionibus obsequens Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Cajetanæ, defuncto sub die 5. Aprilis 1737. b. m. Jacobo Pinaque ejus Antistite, binos ex Cetus sui gremio selegit Sacerdotes, Primicerium nempe de Vio, & Canonicum Cajetanum Blasco, quorum curæ, & vigilantiæ commisit, ut post ritè confectum Inventarium Bonorum omnium, quæ in hereditate prælaudati Episcopi reperta fuissent, quæque Spolii jure ad Cathedralem Ecclesiam pertinerent, eorumdem Bonorum venditioni assisterent, itidemque exactionem nominum debitorum sedulo curarent. Cumque ejusmodi Provincia fuerit ab eis suscepta, Franciscus Lanfreschi in illam Episcopalem Sedem postea Successor, inspecto inventario per ipsos compilato, discussisque computis sibi una simul exhibitis, eosdem sub die 29. Aprilis 1738. plene approbavit, dictosque Canonicos ab ulteriore discussione, sive redditione rationis per decretum de scripto datum liberavit.

Subinde vero, nimirum die prima Maii ejusdem anni 1738. præfatus Episcopus Lanfreschi hæreditatem memorati Episcopi Pinaque ad ducatos 2600. circiter ascendentem in hunc, qui sequitur modum jussit distribui: Primo: *Che atteso aver saputo era mente di detto nostro Antecessore il lasciar in suffragio della sua anima qualche pio legato perpetuo, perciò ordiniamo, s'impieghino in annuo censo ducati trecento, e dell'annuo frutto di questi sia tenuto il Capitolo di questa nostra Cathedrale celebrare un' Anniversario nel dì 5. Aprile giorno della morte di det. Prelato in perpetuum con cantarsi in Coro il primo Notturno colle Laudi de' Defonti, Messa parata a tre con sua* libera, *tumolo con otto torcie, e se gli celebrino Messe venti, cioè una per Capitolare, ed essendo impedito il detto giorno 5. Aprile si sodisfi nel primo*

primo non impedito: Secundo, præmissa declaratione hisce verbis concepta: *In oltre costandoci era mente di detto mio Predecessore, fondata nella gratitudine, e stile comune il riconoscere la sua famiglia particolarmente quella che lo serviva senza stipendio &c.* quasdam pecuniarum summas ante omnia familiaribus dicti Episcopi in remunerationem Servitii ei absque ullo stipendio præstiti solvendas esse mandavit: Tertio præcepit, ut plures, qui se ejusdem Episcopi creditores asserebant, dimitterentur; & quarto demum quidquid ex dicta hæreditate reliquum esset, ascendens, ut opinabatur, ad ducatos fere 2000. voluit in beneficium, & utilitatem Cathedralis Ecclesiæ, necnon in construendos Carceres pro Presbyteris erogari; executionem vero hujusce dispositionis, seu distributionis eisdem Primicerio de Vio, & Canonico Blasco delegavit.

Donec Episcopus Lanfreschi Cajetanæ præfuit Ecclesiæ, nihil adversus memoratam ejus ordinationem oppositum est; At vix secuta ipsius translatione ad Metropolitanam Ecclesiam Matheranensem, supplex nomine Capituli Cathedralis Cajetanæ Sacro huic Senatui exhibitus fuit libellus, in quo conquerentes Canonici dictum Præsulem Lanfreschi absque consilio Capituli, quinimo, ipso invito, ac dissentiente, de memorata hæreditate, seu spolio disposuisse, eamque contra legem in relatis Constitutionibus Apostolicis indictam fuisse partitum, enixe postulant, ut detrimento, quod Ecclesiæ suæ ex memorata dispositione, seu distributione dictæ hæreditatis irrogatum authumant, consulatur, instantes præterea, ut enunciati Primicerius de Vio, & Canonicus Blasco rationem administrationis bonorum sæpedictæ hæreditatis Capitulo reddere compellantur.

Quia vero ad petitionem ejusdem Capituli decretum subinde fuit, ut præfati Primicerius de Vio, & Canonicus Blasco pecuniam omnem, quam jure spolii retinebant, in Capsam Capituli interea deponerent, atque in ipsius executionem Decreti quadringenti, & novem ducati fuerunt ab iis in Capsa Capitulari depositi, plura inde in controversiam deducta sunt, quorum decisio sub quatuor Dubiis mox describendis efflagitatur.

Ad hæc autem cum nonnihil pertinere posse videantur binæ Sacri hujus Tribunalis Resolutiones editæ in *Juvenacen.*, *seu nullius Terlitii Spolii*, *& in Ugentina Spolii* sub finem præsentis Folii per extensum relatæ, iis inspectis una cum juribus utrinque circumferendis, grave non erit EE. VV. pronunciare.

I. *An dispositio R. P. D. Lanfreschi sustineatur*; & quatenus affirmative.

II. *An sint restituendi Primicerio de Vio, & Canonico Cajetano Blasco ducat* 409. *depositi in Capsa Capituli, & sint per eosdem implicandi in usus destinatos ab eodem Lanfreschi*, & quatenus negative.

III. *An, & quomodo sit providendum etiam pro Salariis, aliisque expensis in casu &c.*

IV. *An sustineatur redditio rationis facta per Primicerium de Vio, & Canonicum Blasco in manibus ejusdem Lanfreschi, seu potius sit facienda Capitulo Cathedrali in casu &c.*

Seſſ.25.c.19. de reg.

JUVENACEN., SEU NULLIUS TERLITII SPOLII. Archipresbyter Collegiatæ Terlitii, & illius prima Dignitas, quamvis in longeva lite ſuper Territorio ſeparato, & juriſdictione quaſi Epiſcopali in hac Sacra Congregatione, & Sacra Rota in pluribus controverſiis ſuccubuerit, ut reſultat ex *deciſ.* 471. 485. *&* 534. *part.* 19. *tom.*2., nihilominus Prælatus inferior reputatur, & ex relatione ipſiusmet Epiſcopi Juvenacen.. *Iuriſdictionem (præter in nonnullis ad favorem ſuæ Cathedralis confirmatis, donec cætera Judicata ad executionem devenerint) libere exercuiſse, & exercere, & emolumenta uſque ad ſummam ducatorum quatuorcentum quinquaginta circiter a Menſa a Capitulo diſtincta annuatim habere*: Quare cum Joannes Angelus Pantaleus Archipresbyter in Teſtamento condito die 24. Septembris 1713. inſtituerit hæredem Lucretiam Sororem, & Capitulo Collegiatæ ducatos centum cum onere annuarum Miſsarum viginti legaverit, & in ſucceſſivis Codicillis die ſequenti confectis præceperit, ut ex pecuniis extantibus ducati 230. legatariis, & creditoribus, & reliqui ducati 240. Sorori hæredi, vel cui de jure conſignarentur; hinc Capitulum dictæ Collegiatæ prætendens, Archipresbyterum ex diſpoſitione *cap.*1. *&* 2. *de pecul. Cleric.* non potuiſſe de præfatis pecuniis diſponere, illaſque ſpectare ad Eccleſiam Collegiatam, ex nota Bulla Innocentii XII. *Inſcrutabili*, obtinuit ab hærede conſignationem dictorum ducatorum 240., & in præſens ſupplicat EE.VV. declarari.

An onus Miſſarum impoſitum ab Archipresbytero Terlitii ſuſtineatur in caſu &c.

Sacra Congregatio die 10. Aprilis 1717. diſtulit propoſitionem, ſub diem vero 24. ejuſdem Menſis reſpondit: *Negativè, & amplius*, ut in *lib.*67. *Decr. pag.*123. *&* 149.

Seſſ.25.c.8. de ref.

UGENTINA SPOLII. Præcipua ex controverſiis inter Epiſcopum Ugentinum, & Capitulum Cathedralis eſt ſuper validitate Teſtamenti, ſeu diſpoſitionis Epiſcopi Caraffæ, qui vigore Bullæ Innocentii XII. *Inſcrutabili &c.* inſtituit hæredem Capitulum ea lege, ut ex pecuniis hæreditariis portionem erogaret in conſtructionem Campanilis, aliam in augmentum Præbendarum, aliam diſtribueret Eccleſiis Parochialibus Diœceſis; Necnon addidit nonnulla Legata PP. Theatinis Neapolis, ſuiſque Familiaribus vigore prætenſi Indulti ad teſtandum uſque ad ſummam ducatotum trium millium; ſuffecto in locum defuncti Caraffæ Petro Lazaro Terrer ex prætenſa nullitate d. Teſtamenti omnia bona conſentientibus Canonicis vindicavit a Capitulo, & Legatariis. Poſt obitum Terrer Capitulum petiit executionem Teſtamenti Caraffæ ab hac S.Congreg., quæ die 2. Octobris 1709. reſcripſit *Expectetur novus Epiſcopus*; Renovata eadem inſtantia cum expoſitione, quod bona hæreditaria adminiſtrabantur ab Æconomo Menſæ Epiſcopalis, Sacra hæc Congregatio die 5. Julii 17 0. ſtetit in decretis, ac cenſuit Capitulum uti poſſe jure ſuo pro recuperatione, & exactione bonorum: Vigore iſtius reſcripti Capitulum obtinuit poſſeſſionem omnium bonornm hæreditariorum tam Epiſcopi Caraffæ, quam

quam Episcopi Terrer, & ulterius devenerunt Canonici ad distributionem fructuum hæreditatis Caraffæ pro executione illius Testamenti; Assumpto vero moderno Episcopo ad regimen Ecclesiæ Ugentinæ, illius Promotor Fiscalis exposuit Criminalem querelam, & actionem furti, & spolii contra Canonicos, quibus frustra recusantibus Episcopum uti judicem in Causa propria, & ad Sanctam Sedem appellantibus, pronuntiata fuit ab eodem Episcopo Sententia, quæ Canonicos reos conventos damnat ad restitutionem Bonorum omnium, & fructuum perceptorum; Et declarat dictos Canonicos incursos in censuras a pluribus Sac. Concilii decretas contra usurpatores, & occupatores Bonorum Ecclesiæ cum successiva affixione Cedulorum; Quare summæ sapientiæ EE. PP. proponuntur sequentia Dubia.

I. *An, & in qua parte subsistineatur dispositio Testamentaria bo. me. Antonii Caraffæ Episcopi Ugentini in casu?* Et quatenus negative.

II. *Ad quem spectent bona hæreditaria ejusdem Episcopi in casu &c.*

III. *Ad quem spectent bona omnia de Spolio Episcopi Terrer ultimo loco defuncti in casu &c.*

IV. *An sustineantur censuræ in casu &c.* Et quatenus negative.

V. *An Canonici incurrerint in censuras ipso jure in casu &c.*

Die 8. Februarii 1716. Sac. Congregatio distulit propositionem, & die 14. Martii 1716. rescripsit: *Ad primum negative, nisi per modum designationis ad formam Bullæ, & pro nunc quoad constructionem Campanilis, & interim censuit scribendum esse Archiepiscopo Hydruntino, ut assumat administrationem omnium bonorum relictorum tam ab Episcopo Caraffa, quam Terrer, & ulterius informet super statu Ecclesiæ Cathedralis, & tenuitate Præbendarum juxta instructionem; Ad secundum, & tertium: satis provisum: Ad quartum, & quintum negative, & amplius*, ut in *lib.68. Decr.pag.57. & 89. ter.*

UGENTINA SPOLII. Ex quinque Dubiis in hac Causa die 14. Martii superioris anni EE. VV. propositis, cum duo ultima jam penitus fuerint decisa, nunc tantum reliqua, quæ finalem adhuc expectant resolutionem infra EE. VV. exscripta reproponuntur; Quo enim ad primum eorum sub dicta die responsum fuit: *Negative nisi per modum designationis, & pro nunc quoad constructionem Campanilis, & interim scribatur Archiepiscopo Hydruntino, ut assumat administrationem omnium bonorum relictorum tam ab Episcopo Caraffa, quam Terrer, & ulterius informet super statu Ecclesiæ Cathedralis, & tenuitate Præbendarum juxta instructionem.* Quo vero ad secundum, & tertium *provisum*; Vicarius Generalis Hydruntinus absente Archiepiscopo, refert ex ducatis 8020. relictis ab Episcopo Caraffa Capitulum ducatos 3600. in emptionem censuum, & stabilium erogasse; ducatos 877. Episcopum Terrer successorem suscepisse; Residuum dictæ summæ Legatariis, & Parochiis ad formam Testamenti fuisse distributum; sed ex pecuniis Parochiis solutis Episcopus Terrer ducatos 600. tamquam indebitos vindicavit. Præfatus autem Terrer stabilia reliquit ab ipso uti Episcopo Ugentino *Sess.25. c.5. de ref.*

an.1705. empta pro summa ducatorum 1200. ex dictis pecuniis Spolii sui antecessoris Carassæ; Item aliud Prædium eodem nomine emptum anno 1706. pro ducat.500. receptis ex Testamento Animæ juxta morem regionis qu. Thomæ Papadiæ ab intestato defuncti; Ex eodem spolio supersunt ducati 199. penes depositarium; alii 300. penes modernum Episcopum; Mobilia utriusque hæreditatis alia penes Depositarium, alia penes Episcopum confuse reperiuntur; Ecclesia Cathedralis Sacristia, Campanili, ornamentis, & sollicita indiget reparatione; Præbendæ Canonicorum non sunt tenues, sed nullæ adsunt distributiones, neque communis massa, itaut Divinus cultus quam maxime negligatur; in Urbe Ugentina excepta Cathedrali non adsunt Parochiales Ecclesiæ; illæ vero Diæcesis pro majori parte ornamentis, & nonullæ etiam reparatione indigent; Hinc monito Episcopi Procuratore, Capitulum, & Canonici a summa EE. VV. sapientia definitivum responsum exorant.

I. *An, & in qua parte sustineatur dispositio Testamentaria &c.*

II. Et III. *ut supra.*

Die 24. Aprilis 1717. Sac. Congr. Concilii distulit Resolutionem, & die 15. Maii ejusdem anni respondit. *Ad primum negative nisi per modum designationis quoad Campanile tantum. Ad secundum censuit omnia esse eroganda primo loco in reparationem Ecclesiæ Cathedralis, & constructionem Sacristiæ, & Campanilis, & provisionem Supellectilium necessariarum, & si quid superest secundo loco ad commodum Parochialium. Ad Tertium provisum in secundo firma tamen remanente administratione, & executione penes Archiepiscopum Hydruntinum juxta instructionem, & hujusmodi Causam in omnibus amplius non proponi mandavit; ut in lib.67. Decr. pag.151. 152., & 188.*

Die Sabathi 19. Decembris 1740.

QUatuor Causas mox indicandas, quæ sub diem 24.Septembris proxime præteriti non potuerunt proponi, rogantur EE. PP. resumpto Folio tunc distributo, in hodierna Congregatione decidere.

Sess.22. c.6. de Ref.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Orator redeat ad Claustra suæ Religionis, a cujus superioribus charitative tractetur, & deinde scribatur Eminentissimo Archiepiscopo pro repetitione duorum Testium.

Sess.25. c.19. de reg.

NULLIUS, SEU SUBLACEN. LEGATI.

An, & cui debeatur legatum in casu &c.

Deberi Clerico Adriano usque ad complementum viginti quinque annorum.

HISPA-

HISPALEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. *Sess. 25. c. 19. de Reg.*
An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima.

CAJETANA SPOLII. *Sess. 25. c. 5. de Ref.*
I. *An dispositio R. P. D. Lanfreschi sustineatur*; & quatenus affirmative.
II. *An sint restitue[...] Primicerio de Vio, & Canonico Cajetano Blasco ducat.*409. *d[...]i in Capsa Capituli, & sint per eosdem implicandi in usus destinatos ab eodem Lanfreschi.*
III. *An, & quomodo sit providendum etiam pro Salariis, aliisque expensis in casu &c.*
IV. *An sustineatur redditio rationis facta per Primicerium de Vio, & Canonicum Blasco in manibus ejusdem Lanfreschi, seu potius sit facienda Capitulo Cathedralis in casu &c.*

Ad I. negative. Ad II. negative. Ad III. Ad Episcopum prout de jure. Ad IV. negative ad primam partem, & redditionem rationis faciendam esse coram Episcopo cum interventu Capituli.

IMOLEN. IRREGULARITATIS. Sacerdos Dominicus Mirri in Episcopali Curia nuper inquisitus veluti Author Mortis Joannis Baptistæ Gavoni cum paulo post exhibito Sabatinæ uxoris, & Francisci ejusdem Ioannis Baptistæ filii consensu, productisque depositionibus Testium, ac Peritorum præfati Joannis Baptistæ interitum alii causæ adscribentium, obtinuerit a Vicario Generali sententiam, qua fuit ab impicto homicidii crimine absolutus, Sacræ huic Congregationi supplicavit, ut sibi ad cautelam tribueretur facultas libere celebrandi Missam, aliosque sui Ordinis actus explendi, a quorum exercitio in merum quoddam erga Superiores obsequium spatio quadraginta dierum abstinuisse asserebat putans de cetero nullum se admisisse reatum, quo potuerit vinculo irregularitatis innodari. *Sess. 14. c. 7. & sess. 4. c. 6. de ref.*

Preces has, super quibus de more auditus fuit Episcopus, veritati consentientes affirmavit, ita postmodum subjiciens: *Quamvis enim Orator nulla criminis, quod ab Altaris Ministerio revoveat, ut sibi videatur, conscientia teneatur, quod pluribus, iisdemque firmis rationum argumentis ostendere jactat: prout etiam ex Processu in hac Curia formato arguere potest, in quo obtinuit absolutionem a criminalitate; Quia tamen non soli Deo, qui corda scrutatur, sed & mundo, & hominibus, qui tantum faciem intuentur, debitor est, & quia nedum voluntario homicidio, sed & casuali quandoque, nec non ex originaria causa secuto irregularitate possumus illaqueari, vix cæpit patrati homicidii suspicione dumtaxat laborare, quod omne sui Ordinis exercitium deinceps sponte dimisit, usquedum consultus Theologos*

logos quosdam, post recursum ab EE. VV. habitum, prætermissas celebrationes in locis secretis reassumpsit. Hujusmodi autem suspicionis ratio ex ea petita est, quod cum in hoc foro insimularetur hujus criminis Orator, quod nempe gravibus corripuisset minis Joannem Baptistam Gavoni, simulque manu eumdem impegisset, dum una cum sociis fundum Oratoris prætereundo sibi racemos Uvæ diripiebat, adeout in terram cadens Gavoni nimio pavore correptus exinde statim in lectulum decidisset, vitamque vigesimo ab hoc die, quo hæc gesta sunt, absolvisset post continuatam ægrotationem, maluit Orator, ne sub hac suspicionis labe vituperaretur ministerium ejus, aut ne ullam irreligiosi hominis notam incurreret, aut ne aliquibus præberet offensionem, primo se penitus ab Altari, ut præfertur, laudabili pietate abstinuit, deinde saltem se abstinere a celebratione patenti in publicis locis. Quamobrem non tam erga sacras sanctiones hæc libens reverentia, quam bonæ conversationis anteactæ, quæ mihi comperta est, ejus semper integra fama satis dignum commendant, ut Vestro, EE. PP. beneficio donetur, plenoque sui ordinis exercendi, quod supplex implorat, potiatur jure.

At, relata inter supplices libellos sub diem 19. Decembris 1739. Presbyteri Oratoris petitione jussit Sacer iste Senatus rescribi Episcopo, ut Summarium Processus transmitteret, dictoque Oratori mandaret interea a celebratione Missæ etiam in locis secretis abstinere: Cumque jussa fecerit Episcopus, Orator vero urgeat disputationem duorum Dubiorum, quæ inferius describentur, præcipua ex memorato summario Processus dudum exhibito ad rem notanda hæc esse videntur.

Bini scilicet ex tribus Testibus formali subjectis examini Carolus Ferlinus, & Franciscus Verolus totam recensentes facti seriem, ex qua Orator, quærelam proponente Francisco Joannis Baptistæ Gavoni filio, fuit, inquisitus, inter cetera deposuere, Presbyterum Mirri sub ultima die Augusti 1739. cum forte vidisset ipsos testes, & dictum Joannem Baptistam Gavoni è vinea sua quosdam uvæ racemos subripuisse, summo percitum furore primo Carolum Ferlinum alterum ex Testibus, deindeque Joannem Baptistam percussisse, istumque ita suis impulisse manibus, ut his ea sexagenariam ætatatem viribus parum valens in vicinum aquæ ductum, seu foveum præceps deciderit; post quæ idem Sacerdos *Saltò giù, e veduto, che detto Gavoni avea un sacco con un poco di robba dentro, che credo fosse semola, dubitando forse fosse uva, lo prese nel sacco dandoli un rivoltone, e allora solamente parlò dicendo al Gavoni: cos'hai in questo Sacco, vecchio? lo strinse con le mani, e poi gli levò il Schianzo dell'uva, e buttatolo con la schiena alla riva della strada di esso condotto, gli stroffinò, e ammostò il grappo, o schianzo dell'uva sul mostaccio con gran collera dicendogli altre parole minacciose.*

Tertius vero Testis Christophorus Bassuoli, ea facti serie enarrata deposuit, Joannem Baptistam Gavoni ab ipsum interrogatum: *cosa fosse stata la causa del suo male*, respondisse, *la causa del mio male è stato un grappo d'uvaptona, che mi presi giorni prima mi ponessi in letto da una piantata della Possessione delle Suore Cappuccine, dove abi-*

abita D. Domenico Mirri detto D. Pazienza, e sua Famiglia, per causa di qual gruppo esso D. Mirri mi cacciò giù nella Gambellara, e sentii, mi feci assai male alla schiena, e mi rispondeva nel petto, nè mai ho voluto dirlo per non far del male al suddetto Prete, e che ciò lo sapevano benissimo Carlo Ferlini, e Domenico Veroli suoi camerata, che erano seco.

Deinde præter istorum Testium examen apparet, binos ab Episcopali Curia deputatos fuisse Chirurgos, qui, inspecto Cadavere præfati Joannis Baptistæ, testati sunt, se non deprehendisse: *nè in testa, nè in faccia, nè in petto alcuna sorte di lesione, nè vestigio, o segno alcuno di offesa*, sed tantum in dorso, & humeris plures livores ex alia causa, quam ex diuturno infirmi decubitu provenientes, incisoque eodem cadavere, reperiisse ventriculum, atque intestina flatuum copia tumefacta; suum vero de causa mortis judicium proferentes in hæc verba se explicuere: *Interrogata poscia la moglie del defonto di quanto occorso gli fosse prima della morte, ricavassimo, che il povero miserabile da venti, e più giorni a quella parte era stato aggravato da febre, che se li rinovava ogni giorno con sintomi, e termini travagliosissimi di vomiti, o uscite biliose, che gli cagionavano specialmente negl'ultimi quattro, o cinque giorni prima di morire continui, ed acerbissimi dolori senza essere ajutato da sorte alcuna di umano rimedio. E perciò da tuttociò ricaviamo, che abbia dovuto detto miserabile soccombere oppresso dalla vehemenza di dette febri, e dolori, e dalla contumacia degli umori, che cagionandoli tormini, e convulsioni eccessive, gli abbiano cagionata la morte, come Noi, secondo la nostra peritia giudichiamo esser seguita.*

Hæc sunt, quæ in memorato Processu habentur; ad causæ vero definitionem, & præsertim Dubii priori loco propositi non abs re est in jure adnotare, quod sicuti irregularitas non censetur contracta, ubi mors ex vi naturalis morbi sequuta probetur, uti per expressos Textus *in Cap. Ad audientiam, & in Cap. Exhibitam de homicid. voluntar.*, docent communiter Canonistæ, inter quos *Engel. in jus Can. lib.5. tit.12. §.3. num.5. versic. si vero*, & aliis late adductis *Rot. in Magistrali decis. Turritana Canonicatus* 27. *Martii* 1726. §. *Inapplicabilis cor. bon.mem. Ratto*, & consonare videtur resolutio Sacræ Congregationis edita in *Hortana Irregularitatis* 15. *Junii* 1706. relata per *Fargnam de Jurepatr. par.1. Can.5. cas. 5. n.52.*, ita ad judicandum in hypothesi, num mors Joannis Baptistæ Gavoni acciderit ex naturali morbo febris, qua ipse per viginti, & ultra dies conflictatus fuit, vel potius ex pugni percussione, subsecutoque ejus lapsu in foveum præ oculis habenda est norma tradita a Clemente III. in *Cap. Significasti il 2. de homic. volunt. vel casual.*, ubi Pontifex in casu, quo ignorabatur, an ictus a quodam Presbytero inflictus esset ad mortem: *Nos*, inquit, *in præmisso casu credimus distinguendum, utrum constare possit, quod præfatus Sacerdos non inflixit percussionem lethalem, de qua si aliorum non fuisset vulnera subsecuta, percussus minime interiisset &c.: Et quidem si hoc ita se habet (quod forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta tam modica, & tam levis in ea parte corporis, in qua quis de*

levi

levi percuti non solet ad mortem, ut peritorum judicio Medicorum talis percussio assereretur non fuisse lethalis &c. post pœnitentiam adcautbelam injunctam in Sacerdotali poterit officio ministrare: Quem textum exornans *Baldus in consil.* 328. *lib.*2. tres ait circumstantias esse in hac re ponderandas; primo an vulneratus, seu percussus illico, vel paulo post, aut post longum tempus interierit; secundo, num corporis pars, in qua acceptum fuit vulnus, ea sit, ubi etiam de modico ictu quisque soleat mortaliter lædi, ut in cerebro, gula, pectore, intestinis, & similibus; & tertio, quid Medici, aliique in arte periti, qui a principio morbi interfuerunt, de inflicto vulnere, & morte secuta sentiant, & post Baldum passim Scribentes in *cit. cap. Significasti*, & præsertim *Gonzal. num.* 2. *&* 3. *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.*5. *tit.*12. §.2. *num.*53. & alii adducti per *Menoch. de arbitr. lib.*2. *centur.*3. *cas.*265. *per tot.*

At quoniam irregularitas contrahitur non solum ubi mors dignoscatur ab ipso vulnere processisse, verum etiam si illa contingat ex naturali morbo, cui vulnus causam præbuerit, itaut pro ejusmodi effectu idem plane sit mori ex vulnere, ac ex alia infirmitate ab ipso vulnere inducta, ut probat *Text. in cap. Presbyterum eod. tit. de homicid.* ibi. *Si ex ipsa percussione interiit, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noscitur expirasse*: Et ibi *Gloss. in verb. Infirmitatem*, *& Felinus pariter ibid. n.*2. ibi, *Tu dicas, quod quantum ad irregularitatem paria sunt mori ex vulnere, vel ex infirmitate ab ipso causata*; propterea expendendum insuper est, an mors Joannis Baptistæ potuerit evenire ex febri, cui causam præbuerint tum sæpedicta percussio, tum violentus lapsus in foveam, & ingens timor ab illo inde conceptus, præsertim vero cum statim ac domum ipse pervenit, coactus fuerit in lecto decumbere, & proxima insequenti die cœperit enuciata febri torqueri.

Præterea omittendum non est, quod ubi dubium sit, an mors immediate, vel mediate ex vulnere processerit, ipsamet facti dubietas sufficit, ut in finem abstinendi ab exercitio Ordinum irregularitas dicatur contracta, quemadmodum colligitur ex iis, quæ respondit idem Clemens III. *in cap. Ad audientiam de Homicid. volunt.* ibi, *Quia vero utrum occasione vulneris decedisset, dubium habetur, vestræ discretioni duximus respondendum, quod cum in dubiis semitam debeamus exigere tutiorem, vos convenit injungere Presbytero memorato, ut Sacris Ordinibus non ministret: injuncta tamen pœnitentia congruenti, sibi poteritis concedere, ut minoribus Ordinibus sit contentus*: *& ex dicto Capitulo Significasti*, ubi habetur, *quod si discerni non possit ex cujus ictu percussus interiit, in hoc dubio tamquam homicida debet haberi Sacerdos, & si forte homicida non sit, a Sacerdotali officio abstinere debet, cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temere celebrare pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur*: & tradunt fere omnes Canonistæ ex eodem *Cap. Ad audientiam*, & præcipue *Abbas num.*2. *Joan. And. num.*2. *Hostiensis num.*1. *Marian. Soccin. n.*18, *Fagnan. num.*2. *& seqq.*, *& Barbos. num.*2. *&* 3. *Salas.* 1.2. *quæst.*31. *tract.*8. *disput unic. Sect.*10. *num.*170., *& sect.*19. *num.*176., aliique relati per *Excobar. de utraque fer. art.*1. §.5.

Jam vero ex his, quæ pertinent ad primum dubium, si gradus fiat ad alte-

alterum ſuper diſpenſatione , quam poſtremo flagitat Orator, ea ſolet eſſe praxis Sacræ hujus Congregationis pro indulgenda diſpenſationis gratia , ut etiam in homicidiis caſualibus diligenter inſpiciatur, quæ culpa fuerit in percuſſore , ſeu vulnerante , a quanto tempore percuſſio contigerit , quæ pœnitentiæ ſigna , quodve morum probitatis , vitæque poſtmodum laudabiliter geſtæ ſpecimen illæ præſtiterit , quemadmodum teſtatur *Fagnan. in cap. Henricus n.*31 *.de Cleric. pugnant. in duell. Urſaja tom.*3. *par.*2. *diſcept.*7. *in fin.*, & conſtat ex nonnullis reſolutionibus relatis per *Fargn. de Jurepatr. part.*1. *can.*5. *cap.*11. , *& ſeqq.*

Cum itaque facti circumſtantiæ in hanc rem magis momentoſæ ſatis emergant ex ſuperius expoſitis , grave non erit EE. PP. decernere .

I. *An conſtet de irregularitate :* Et quatenus affirmative .

II. *An , & quomodo ſit locus diſpenſationi in caſu &c.*

Dilata .

MONTIS REGALIS CAPPELLANIÆ . Marchio Vaſallus Anaſtaſius Mallianus in Teſtamento ſub annum 1734.condito erigi præcepit ſimplex beneficium in Parochiali Eccleſia SS. Petri , & Pauli Civitatis Montis Regalis , onere Rectori injuncto celebrandi qualibet hebdomada binas Miſſas ad Altare propriæ Cappellæ in honorem SS. Innocentum pridem erectæ , & congrua dote in quibuſdam Bonis ſtabilibus ei conſtituta . Ad hoc autem beneficium nominavit primum Priorem Auguſtinum Stalla *coll' eſpreſſo patto però* (ſunt verba Teſtatoris) *Che debba detto Sig. Priore , e ſuoi Signori Eredi rinonciare alla ſua ptetenſiane di credito di lire* 930.*ſotto la già ſpiegato deduzione , e mai nè eſſo , nè altri poſſino pretendere coſa alcuna per detto credito ;* deinde , eo defuncto , alium Presbyterum , ſi adeſſet ex filiis Joſephi Franciſci germani Fratris ejuſdem Auguſtini hiſce verbis: *Di poi , ove vi ſii un Prete figlio del fu Signor Giuſeppe Franeeſco Stralla fratello di detto Signor Priore , nomina al detto Beneficio con detta obligazione il medeſimo ſolamente , e non altrimente &c.*; & demum delato ad Vaſallum Octavium de Regis Fratrem uterinum , & univerſalem hæredem jurepatronatus activo , paſſivum favore Prioris Joſephi Forzani , ejuſque Familiæ reſervavit hanc adjiciens legem : *Che ſe il Signor Priore Stralla , e ſuo Nipote non vorrà accettare il ſuddetto Beneficio con detta obligazione , e rinuncia , ſia obligato detto Signor Priore Forzano , o detta ſua Famiglia pagare il ſudetto credito di lire* 930. *in circa al ſudetto Signor Priore Stralla , o ſuoi Eredi , ed intanto detti Signori Stalla reſtino eſcluſi dalla nomina di detto Beneficio , non ſarà però obligato eſſo Signor Priore Forzano , e ſua Caſa di celebrare , o far celebrare dette Meſſe ſin a tanto che abbia da detta Caſſina , e beni ritratti tanti frutti baſtanti pel pagamento di detto credito .*

Seſſ. 24. c. 14. & Seſſ. 25. c. 6. de Ref.

Poſt Teſtatoris obitum memoratus Prior Auguſtinus Stralla in executionem præmiſſæ teſtamentariæ diſpoſitionis coram Vicario Capitu-

 lari

lari institit, ut enunciatum beneficium sub oneribus, & conditionibus a Testatore præscriptis erigeretur, sibique veluti ab ipso testatore nominato traderetur ejusdem Beneficii institutio; At cum Vicarius eum monuerit, conditionem ipsius nominationi edjectam, renunciandi nimirum dicto suo credito, simoniaca labe infectam esse, proindeque a Sacris Canonibus improbatam, Clericus Andreas filius præfati Josephi Francisci Stralla prosequens instantiam a Priore Augustino ejus patruo jam defuncto promotam, Sacrum hunc Consessum adiit postulans, enunciatam conditionem uti simoniacam a controversa nominatione rejici, suique nominationem, seu præsentationem veluti puram, & absulutam haberi, ita quidem, ut declararetur nedum sibi deberi institutionem in dicto Beneficio, verum etiam licere pro consecutione præfati crediti libere agere, cumque ad ejus preces descripta fuerit causa in foliis dierum 15. Decemb. 1736., 19. Januarii, & 4. Junii 1737. sub dubio: *An nominatio ad Beneficium, de quo agitur sustineatur, ita ut Clericus Andreas Stralla institui debeat in dicto beneficio, & consequi possit suum creditum in casu &c.*, prodiit rescriptum: *Ordinario pro meliori informatione, auditis interesse habentibus.*

Datis itaque juxta rescriptum literis Vicario Capitulari, & ab isto in earumdem literarum obsequium promulgato edicto, quo omnes jus aliquod super dicto beneficio prætendentes excitarentur, comparuit Sacerdos Ioseph Antonius Forzanus Canonicus Theologus Cathedralis, emissaque in Actis Curiæ Episcopalis protestatione: *Non esser luogo di pretensione al Chierico Signor Andrea Stralla del fu Signor Giuseppe nella provisione di detto beneficio, ma bensì quella spettare al Sig. Comparente, come nominatim chiamato, e nominato dal detto Sig. Fondatore in detto suo Testamento a preferenza di detto Chierico Stralla, stante massime, che il medemo non può di ragione esserne provisto, attesa la sua minore età di quella, che resta prescritta dal Sacro Concilio di Trento sess.23. cap.6., essendo solo in età di anni* 10. *in* 11. *oltre di che la mente del Testatore ritrovasi abbastanza chiara, siccome nomina detto Chierico, se dopo la morte del Sacerdote Sig. Agostino Luigi Stralla suo zio sarà Prete (vocabolo ben noto Sig. Testatore, che sapeva distinguere tra Chierico, e Prete)*, instat hodie pro decisione infrascripti Dubii, quod utramque petitionem tam Clerici, quam Andreæ Stralla, quam ipsius Sacerdotis Iosephi Antonii complectitur.

Ea, quæ spectant ad quæstionem prius institutam, num scilicet conditio adjecta nominationi Prioris Augustini Stralla, & dicti Clerici Andreæ simoniacam pravitatem ita redoleat, ut eadem nominatio irrita evaserit, vel ipsa potius, rejecta turpi conditione, tamquam pura, & absoluta habenda sit, integro manente jure Clerico Andreæ Stralla creditum suum consequendi, fusius deducta fuere in priori ex memoratis foliis sub diem 15. Decembris 1736. distributo.

Quod vero attinet ad recentem controversiam a Iosepho Antonio Forzano excitatam, nimirum, an sæpedictum Beneficium sit actu, vel saltem habitu Sacerdotale, ac proinde illud assequi nequeat Clericus An-

Andreas nunc in ætate sexdecim annorum constitutus, expendenda sunt verba illa: *Dipoi ove sii un Prete figlio del fu Sig. Giuseppe Francesco Stralla fratello di detto Sig. Priore nomina al detto Beneficio con detta obligazione il medesimo solamente, e non altrimenti*; Ex his quippe verbis memoratus Clericus suam desumit nominationem; contra vero Ioseph Antonius Forzani eisdem verbis innixus contendit, eumdem Clericum veluti neque habitu Sacerdotem, quippe qui ob ætatis defectum non potest ad presbyteratum promoveri, a controverso beneficio qualitatem Sacerdotalem saltem habitu requirente, censeri exclusum, seque propterea tamquam passive a Testatore vocatum esse in eo instituendum.

Theoricæ juris, quibus procedi solet ad dignoscendum, an Beneficium sit actu, vel saltem habitu Sacerdotale, fuse traduntur a *Pignattell. tom.7. Consult.2. num.10. Perez. de Lara de Anniversar. & Capell. lib.2. cap.5. Piton. de contr. Patron. alleg.17., & 28. per tot., Monacell. formular. For. Eccl. part.2. tit.15. form.1., Panimoll. tom 3. dec.150. num.1. & seqq. Rot. in Tridentina* Cappellaniæ *5. Aprilis 1715. cor. Cerro, & in alia Tridentina Cappellaniæ 5. Maii 1728. coram R. P. D. Calcagnino Decano*. Plures vero circa similem controversiam extant Resolutiones ab hoc supremo Tribunali juxta diversas facti circumstantias editæ, quarum aliquæ in folio diei 18. Iunii 1735. in causa *Salutiarum Cappellaniæ* sunt recensitæ.

Iis itaque inspectis unacum juribus nomine Iosephi Antonii Forzano circumferendis, dignabuntur EE. PP. pronunciare.

An nominatio ad Beneficium, de quo agitur, sustineatur, itaut Clericus Andreas Stralla institui debeat in Beneficio, & consequi possit suum creditum, vel potius institutio debeatur Sacerdoti Josepho Antonio Forzano in casu &c.

Institutionem deberi Sacerdoti Iosepho Antonio Forsano.

MELPHICTEN. PRÆBENDÆ THEOLOGALIS: Consultissimo Decreto sub *Cap.1. Sess.5. de ref.* per Tridentinos PP. edito inhærens Summus Pontifex Benedictus XIII. in Constitutione incipiente: *Pastoralis Officii*: relata in appendice ad Concilium Romanum statuit formam, qua imposterum erigi, & conferri debeat præbenda Theologalis; ne vero illius erectionem ab Episcopis sub obtentu tenuitatis, & insufficientiæ præbendarum diferri contigeret, indulsit, præcepitque, ut, *ubi præbenda Thologalis, computatis etiam distributionibus, quotidianis, ad annuum saltem reditum scutorum sexaginta monetæ Romanæ non ascendat, pro summa ad hanc taxam conficiendam deficiente, iidem Episcopi unire possint, & debeant eidem præbendæ aliquod simplex Beneficium, cujus supplemento prædicta summa conficiatur, primo vacaturum in quocumque mense, qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apostolicæ affectum, & reservatum.* *Sess.5. c.1. de ref.*

Pontificia hac lege fretus Maurus Iosephus Gadaleta Canonicus Theologus

logus Cathedralis Ecclesiæ Melphictensis sibi blandiebatur duo simplicia beneficia, quæ sub mensem Decembris 1737. per obitum Clerici Nicolai Gizzarone vacaverant, quæque annuum reditum ducatorum viginti non excedunt, Theologali præbendæ, ex qua ducatos quadraginta quinque tantum in annos singulos percipit, ab Episcopo unienda fore, ut exinde annuus ejusdem reditus Taxæ scutorum sexaginta monetæ Romanæ in memorata Constitutione Benedictina præscriptæ propius accederet; At cum Episcopus alterum ex iisdem Beneficiis Presbytero Francisco Iacobo de Dato Mensæ Episcopalis Præfecto, seu Æconomo, alterum vero Diacono Antonio de Tritio suo Cancellario contulerit, plurimum ea de re dolens præfatus Canonicus Theologus, putansque adeo urgere legem illa uniendi præbendæ Theologali, ut invalida declarari debeat memorata collatio, dubium in calce præsentis Restrictus apponendum decidi postulat.

Episcopus, quem Sacra Congregatio super quærelis Canonici Gadaleta jussit audiri, ut collationem beneficiorum, quam fecit, apposite tueretur, in literis ad EE.PP. die 31. Maji 1738. datis rescripsit, primum ex dictis beneficiis, quod electivum vocat, se contulisse Francisco de Dato *potius mensæ Episcopalis benemerito, quam suo familiari Presbytero, pauperi habenti duas sorores orphanas, & fratrem invalidum, qui dum sex ab hinc annis studiosam impendit operam restaurando Ecclesiæ* Cathedralis *tecto, inde decidit fracto femore*; De secundo autem beneficio providisse inquit Diaconum Antonium de Tritio *ad supplendum defectum inopinatum sui patrimonii, ex quo decem sunt fere anni, quod ipse Sacris Altaribus ministrare, & ad Presbyteratus Ordinem renuit ascendere*; Cumque Diaconus iste sit Cancellarius Curiæ Episcopalis subdit: *Non inficias eo, ipsum esse Cancellarium Episcopalis Curiæ, sed nemo est, qui ignorat, eidem me stipendium sex ducatorum singulis mensibus punctualiter persolvere; neque tali collatione putavi contraire Constitutionibus, quæ in medium afferuntur; Nam his facultas præbetur Episcopo uniendi Beneficium primo vacaturum, non vero adimi videtur illa conferendi, quod vacat in mense ipsi reservato.*

Et tandem plura tum de reditu Præbendæ Theologalis, tum etiam de pravis dicti Canonici Gadaleta moribus, ejusque negligentia in suo munere obeundo hisce verbis retulit; *Canonicum vero Theologum Oratorem Eminentiarum VV. præter non mediocrem substantiam suam, satis, ut mihi videtur, provisum de Canonicatu, & præbenda annui redditus ducatorum circiter sexaginta, consecuturum quoque post mortem cadentis Senis domum quamdam Theologalis lectionis intuitu pie relictam valoris annuorum ducatorum triginta, puduit, (ut libere dicam) coram me instare pro proventu majori merito suo; Nam vix inceptam lectionem Sacræ scripturæ, quia ad hanc minus habilem se cognovit, mox prosequi destitit, ejusque viee proponit, & resolvit pro modulo suo casum conscientiæ, ita tamen raro, ut ex quo tempore hujusmodi munus cum apprime desiderato Canonicatu susceperit, sunt enim anni circiter decem, lectiones morales habitæ hucusque vix singulis annis duodecim numerantur; His adduntur parum probati mores, & excessus ab eo nuper commissi, de quibus certiorem*

rem

rem feci Sacram Congregationem Episcoporum 3. Maii, quorum causa in confugium Ecclesiæ sese recepit, nullo persequente, sed stimulante sui reatus conscientia, ubi per duos menses neglecta prorsus cura servitii Cathedralis, & oneris suscepti, nihil magis meditatur, quam propriam culpam, & negligentiam in suum Episcopum refundere.

Contra vero Canonicus Theologus ex pluribus, quæ attulit, documentis primum probare nititur, annuum reditum Præbendæ Theologalis, computatis etiam ducatis octodecim, qui ex pensione domus per Canonicum Marinum *del Vescovo* eidem præbendæ Theologali relictæ percipiuntur, non excedere subductis oneribus summam ducatorum 45., ad conficiendam vero summam scutorum sexaginta in constitutioneBenedictina taxatam contendit numerari non posse stipendia, quæ ex celebratione biscentum Missarum sibi æque ac aliis Capitularibus obveniunt; hæc enim cum non percipiat jure præbendæ Theologalis, & intuitu Ecclesiæ, sed ratione dumtaxat celebrationis dictarum Missarum, & ex peculiari Testatorum dispositione, authumat, non esse in eam taxam imputanda ex traditis per *Petr. de Ubald. de portion. Canonic. cap. 7. n. 57. & seqq.*

Deinde ut se vindicet ab imperitiæ non minus, quam a negligentiæ nota, quibus in exercendo suo munere insimulatur, testimonium profert Dignitatum, & Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ sub juramento deponentium, explicatam primum ab ipso fuisse Sacram Scripturam communi Auditorum plausu, atque profectu, atque una simul expositos casus morales, eorumque decisiones solidis probatorum Authorum Doctrinis innixas, mox omissa Episcopi jussu Sacræ Scripturæ interpretatione, soli utique casuum moralium explicationi vacasse, at nuper denuo aggressum fuisse explanationem Sacræ Scripturæ, quæ ab omnibus summa oblectatione jugiter excipitur.

Addit præterea attestationem quorumdam Fratrum Ordinis Prædicatorum, in qua asseritur, *Canonicum Theologum in Thesibus tam Philosophicis, quam Theologicis publice expositis, & disputatis in eorum Ecclesia S. Dominici erudite, ac laudabiliter argumenta proposuisse, ac docte prosequutum fuisse omnibus præcipue Sapientibus in circulo considentibus*; Et tamdem quoad mores attinet, non solum exhibet juratam fidem præfecti Seminarii, aliorumque testantium, quod obsequens mandatis Episcopi pluries, & præsertim sub annum 1737. exercitiis spiritualibus Alumnorum ejusdem Seminarii præfuerit, verum etiam Syndici Communitatis cum aliis pluribus deponentis: *che il R. Canonico Teologo Mauro Giuseppe Gadaleta persona di ottimi costumi, morigerata, esemplare, timorata di Dio, e di stretta coscienza, essendo per tale tenuto in questa Città, oltre che è Confessore, e Canonico di questa Chiesa Cattedrale, e più volte ha predicato, come anche pochi anni sono è stato eletto da questo Monsignore Vescovo a predicare alla Chiesa delle Monache di S. Pietro &c.*

Hæc ad nominis sui æque, ac ad propositæ petitionis tutelam deducuntur a Canonico Gadaleta. Cæterum, ubi etiam is non esset ea Doctrina, quæ in munere Theologi obeundo requiritur, instructus, & forte etiam negligens probaretur, expendendum adhuc foret in jure,

num

num Episcopus ob hanc causam potuerit posthabita Theologali Præbenda, enunciata duo Beneficia dictis Francisco Jacobo *del Dato*, e Antonio *de Tritio* valide conferre, aut potius debuisset contra Canonicum Gadaleta ad juris tramites procedere; communiter quippe receptum est, teneri Episcopum, ubi Canonicus Theologus ad explanationem Sacræ Scripturæ minus idoneus comperiatur, alium, qui id muneris expleat, substituere; Ubi vero in suo munere obeundo negligens fuerit, fructuum, & distributionum substractione multare, & in casu gravioris contumaciæ posse alium Theologum Sacerdotem deputare, sive sæcularem, sive regularem, qui suppleat illius vices, atque interim præfatis fructibus, & distributionibus potiatur, uti expresse cautum legitur in citata *Constitutione Benedictina*, *Pastoralis Officii* §. *Cæterum*, & pridem resolvit Sacra Congregatio in *Bellunen*. 27. *Aprilis* 1630. *lib.* 14. *Decret. pag.* 280.

Placeat igitur EE. VV. definire.

An duo simplicia beneficia ultimo vacata per obitum Nicolai Gizzaroni debuerint, ac debeant per Ordinarium uniri Præbendæ Theologali, sive potius sustineatur illorum collatio ab eodem Ordinario facta favore Francisci Jacobi de Dato, & Antonii de Trizio in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. c. 4. & Sess. 24 c. 2. de Ref.

NEOCASTREN. ERECTIONIS CANONICATUUM. Franciscus Maria Lojeri Episcopus Neocastren. sub annum 1732. in Cathedrali Ecclesia, cujus servitio sex Dignitates, & quatuordecim Canonici ultra duodecim Cappellanos, seu Mansionarios reperiuntur addicti, quinque Canonicatus, qui nuncupantur Supranumerarii, erexit, in congruam vero dotem quatuor ex eis constituit annuos reditus Societatum S. Joannis Culturæ, S. Antonii Abbatis, S. Mariæ Vetranæ, & Hospitalis S. Mariæ Lauretanæ, quinto autem certam ratam ex portionibus Mansionariorum educendam.

At præfato Episcopo vita functo, Capitulum Cathedralis, & præsidens Communitatis dictæ Civitatis novam horum Canonicatuum erectionem ægro animo ferentes sub annum 1637. supplicem san. mem. Clementi XII. curarunt dirigi libellum, quo exponente, annuos quarumdam Ecclesiarum, locorumque piorum reditus, qui antea consueverant in Expositorum, & infirmorum sustentationem, & in alia ejusmodi pia opera impendi, fuisse memorato Episcopo in dotem dictorum quinque Canonicatuum addictos, demisse rogabant nedum, ut eorumdem Canonicatuum erectio, cujus Bulla ementito dicti Episcopi nomine firmata in regesto Curiæ Episcopalis comperitur, irrita declararetur, verum etiam, ut inposterum reditus dictarum Societatum seu locorum piorum in consuetos usus juxta Testatorum mentem, & Apostolicas Constitutiones juberentur erogari.

Preces istæ fuerunt ad Sac. Congregationem rejectæ, proindeque super iis referre, suamque sententiam jussus aperire modernus Episcopus in literis sub diem 10. Octobris datis, confirmans superius exposita, atque hæc in facto veluti præcipue notatu digna adjiciens: *Antedictæ Societates non parvis gravantur oneribus, nempe Missas celebrandi,*

Pue

Pueros expositos alendi, aliaque non pauca explendi, & si omnia hæc, & portiones Canonicis prædictis assignatas satisfacere velint, vires non suppetunt, & pernecesse debitrices remanent, uti ex notulis per Administratores porrectis observatur: animi sui sensum hisce verbis explicuit: *Canonicatum erectum ex introitibus Hospitalis S. Mariæ Lauretanæ penitus esse abolendum censeo, dum ex Bulla S. Pii Quinti in erectione ejusdem Hospitalis emanata prohibita venit quæcumque alienatio, dismembratio, & ad quemcumque etiam pium usum conversio, nec authoritate ordinaria fieri poterat, & infirmi veniant adhuc depauperati. Tres alii Canonicatus erecti fuere ordinaria tantum authoritate, & sine necessitate; Ecclesiæ autem ex defectu introitum ornatu carent, reparari non possunt, & alimoniis defraudantur expositi. Quintum Canonicatum ex portionibus Mansionariorum erectum existere posse censerem, cum authoritate ordinaria erigi potuit, dum accessit Capituli consensus, Mansionariorum pariter specialis assensus, & adhuc cum in humanis sint, nullas emiserunt instantias.*

His autem receptis literis, voluit amplius Sac. Congregatio, ab eodem Episcopo edoceri, an adessent Canonici, qui controversos Canonicatus possiderent, & quatenus existerent, ut ab ipso præfigeretur illis terminus ad deducenda jura sua in eadem Sacra Congregatione; quibus obsequutus Episcopus die 8. Januarii 1739. ita rescripsit: *De quatuor Canonicatibus erectis ex introitibus Societatum hujus Civitatis tres tantum possessione sunt pleni, nempe ex Societate S. Mariæ Lauretanæ Hospitalis a Canonico Josepho Pettinato; ex illa S. Joannis Culturæ a Canonico Felice Gemiliano, & ex altera S. Antonii Abbatis a Canonico Michaele Angelo Christiano possidentur; Quartus vero ex Societate S. Mariæ Vetranæ, vacat ex eo quia Sacerdos Franciscus Vllo, cum esset natione Siculus non potuit executionem obtinere. Adest quintus Canonicatus erectus ex portionibus Mansionariorum dictæ Cathedralis, istis tamen consentientibus, & non reclamantibus, pariterque consentiente Capitulo, qui possidetur a Canonico Paulo Liscotti. Istis quatuor Canonicis fuit sub die 5. currentis Januarii assignatus terminus unius mensis ad deducendum eorum jura, si quæ habent in ista Sacra Congregatione adversus supplicata per Capitulares.*

Quibus ita se habentibus cum in hodierno consessu preces Capituli, & Canonicorum a prædicta novorum Canonicatuum erectione reclamantium instaurentur, id unum ad Dubii mox describendi decisionem præter ea, quæ deducta fuerunt in folio diei 25. Januarii 1738. in Causa *Marturanen. erectionis Canonicatuum* videtur in jure adnotari posse; nimirum, quod, licet Episcopus queat certum Canonicorum numerum in Cathedrali, aut Collegiata constitutum, prævio Capituli consensu, augere, *Felin. in cap. cum accessissent num. 15. de Constit. Fagnan. in cap. Dilecto num. 18. de præben.* & ita resolvit Sacr. Congregatio in *Clodien. 5. Julii* 1608. *in Sabinen.* 14. *Aprilis* 1690. *in Mazarien.* 20. *Septembris* 1692., & *in Aquinaten.* 20. *Februarii* 1677., novos tamen Canonicatus ex Bonis in alios pios usus destinatis, piorum disponentium voluntate immutata, prohibetur

cri-

erigere juxta *Clemen. Quia contingit de Religios. Domibus*, cujus Sanctioni inhærens Sac. Congregatio sæpius erectiones ejusmodi irritas declaravit, uti præsertim contigit in una *Isernien. 5. Septembris & 14. Novembris* 1705. *lib.*55. *Decr. pag.*327., *in Neritonen.* 10. *Julii* 1706. *lib.*56. *Decr. pag.*225. *in Murana* 11. *Decembris* 1711. *lib.*61. *Decr. pag.*545. *in Firmana Erectionis Canonicatus* 21. *Augusti*, & 11. *Septemb.*1734. *lib.*84. *Decret. pag.*409., & 453., & novissime *in Marturanen. Erectionis Canonicatuum* 25. *Januarii* 1738. *lib.*88. *Decr. pag.*27.

Ex his itaque, aliisque juribus facile circumferendis deliberandum erit. *An erectio quinque Canonicatuum sustineatur in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess.7. c.7. de ref.

PLACENTINA PAROCHIALIS. Sub annum 1562. san. mem. Pius IV. Monasterio, seu Parochiali Ecclesiæ S. Euphemiæ Congregationis Canonicorum Regularium Sanctissimi Salvatoris alteram S. Agathæ ei conterminam univit, addixitque unacum omnibus ejus juribus, & redditibus summam ducatorum 145. auri, ut ajunt de Camera, non excedentibus, nec non cum facultate deputandi Sacerdotem, sive Sæcularem, sive Regularem ejusdem Congregationis ab Ordinario approbandum, qui eidem Ecclesiæ inservire, & curam animarum ibi exercere teneretur; anno autem 1570. cl. me. Cardinalis de Aretio tunc temporis Placentinus Antistes inhærens saluberrimo Tridentini Decreto *sub cap.*7. *sess.*7. *de ref.* edito, quo locorum Ordinariis præcipitur *sollicite* invigilare, *ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorum portione, & super certa re assignata deputandos Animarum cura laudabiliter exerceatur*: occasione Pastoralis Visitationis satius consultum fore judicans spirituali regimini Parochianorum S. Agathæ, si illud Vicario perpetuo committeretur, eamdem Ecclesiam S. Agathæ in perpetuam Vicariam erexit, constituta Vicario congrua portione in scutis aureis quinquaginta tertiam circiter partem redituum dictæ Parochialis attingentibus, quæ a memoratis Canonicis Regularibus solvi deberent.

Perpetuæ hujus Vicariæ erectionem sæpedicti Canonici Regulares capitulariter congregati approbarunt, sese inter posita juramenti religione obstringentes nullam super ejusmodi erectione derogationem umquam impetraturos, aut ea usuros, etiamsi motu proprio a Summo Pontifice illam fieri contingeret, subindeq; tum Decreto Episcopi, tum legi sibi ipsis impositæ mores gerentem aurea scuta 50. Vicario ab Episcopo pro tempore constituto persolverunt. At novissime non æquo amplius ferentes animo præfatum onus solvendi quotannis memoratam summam. supplicarunt san. mem. Clementi XII., ut prævia omnimoda suppressione Parochialis Ecclesiæ S. Agathæ post obitum hodierni Rectoris effectum habitura, decem, aut duodecim Parochianorum Familiæ ei subjectæ alteri suæ Ecclesiæ Parochiali S. Euphemiæ addicerentur, hasce nimirum preces satis cohonestari authumantes

mantes non modo ob exiguum Parochianorum numerum, qui Ecclesiæ S. Agathæ subjecti facile, commodeque ad alteram S. Euphemiæ eidem propinquam possent accedere, atque ejus Rectore, absque ullo animarum detrimento Sacramentis omnibus, & quovis alio salutari pabulo refici, verum etiam ob grave dispendium Monasterio obveniens ex sæpedicta annua solutione quinquaginta scutorum aureorum quippe quæ tertiam partem fructuum bonorum Ecclesiæ S. Agathæ ab initio non excederent, hodie vero ob extrinsecum valorem scuti aurei beneficio temporis adauctum, atque ob deperdita nonnulla censuum capitalia integros eorumdem Bonorum fructus longe absorbeant.

Preces istæ fuerunt ad Sac. Congregationem remissæ, jussusque subinde Episcopus eamdem, auditis Parochianis, instruere, animique sui sententiam aperire, exposuit primo insperabilem fore Parochianorum S. Agathæ assensum petitæ suppressioni ob manifestam Rectoris ejusdem Ecclesiæ reluctantiam, adeoque præstare magis de hac re illos non admonere, ne odia, aliæve perturbationes excitentur, deindeque confirmans omnia in enunciatis precibus enarrata inquit, se illas, quæ exaudiantur, dignas judicare, tribus tamen adjectis conditionibus; prima nempe quod Oratores, habita ratione utilitatis, quam ex suppressione assequuntur, pro Divini Cultus incremento, & exactiori Religiosæ Disciplinæ observantia majorem religiosorum numerum in Monasterio S. Euphemiæ debeant retinere; secunda, quod consueta quindennia Sanctæ Sedi persolvere teneantur, liberæque dispositioni ipsius Episcopi relinquere Ecclesiam S. Agathæ unacum domibus adnexis, ejusque sacris suppellectilibus; Et tertia demum, quod singulis annis contribuant libras 315. illius monetæ favore Operis, seu loci pii ab ipso designandi; in hanc vero sententiam idem Episcopus concludit se descendisse ex eo præsertim, quod nullum ex suppressione damnum Parochiani sentirent; contra vero maxima, & evidens animarum salutis utilitas esset obventura ex applicatione Domorum, Sacræ suppellectilis, annuæque præstationis librarum 315. quam ipse meditaretur decernere in commodum Conservatorii pro alendis, educandisque miserabilibus puellis, cujus erectione ad plurima in ea Civitate vitanda scandala existimat apprime necessariam.

Ejusmodi relatione suffulti non neglexere Canonici Regulares petitionem suam instaurare, cumque ea inter supplices libellos proposita fuerit sub diem 2. Augusti 1738., prodiit rescriptum: *Pro gratia juxta votum Episcopi effectum habitura post obitum hodierni Rectoris*, & consentanee ad rescriptum curarunt illico expediri Apostolicum Breve, cui de more inserta fuit clausula: *salva tamen semper authoritate Sacræ Congregationis*. Post hæc Episcopus, ad quem istius Brevis executio directa fuit die 15. Novembris ejusdem anni 1738. Decretum edidit, quo Parochianos Ecclesiæ S. Agathæ, prævia istius suppressione, alteri Ecclesiæ S. Euphemiæ addixit, ipsamque Ecclesiam S. Agathæ, enunciatas domos Sacram suppellectilem, & annuam præstationem dd. librarum 315. pro novo Conservatorio Puellarum Mendicantium sub invocatione S. Caroli extruendo destinavit: veruntamen vix audito ejusmodi novitatum rumore cœperunt

ſtatim adverſus illas reclamare Parochiani S. Agathæ, unde poſt varias poſtulationes hinc inde promotas oportet tandem hodie diſputare dubium, quod inferius apponetur.

Graviora rationum momenta, ob quæ Parochiani S. Agathæ memoratam Eccleſiæ ſuppreſſionem impugnant, in his potiſſime verſari videntur. Primo, quod erectio Vicariæ perpetuæ in Eccleſia S. Agathæ jamdudum a Cardinali Aretino ſtatuta, & a Canonicis Regularibus tunc temporis in Monaſterio S. Euphemiæ degentibus capitulariter approbata illud præ cæteris contineat pactum, quo iidem Religioſi ſe obſtrinxerunt, nec aliquam iſti contractui derogationem impetrare, neç ea ullo unquam tempore uti, ſi qua forte a Summo Pontifice motu proprio fieret. Secundo, quod nulla ſive utilitatis, ſive neceſſitatis urgeat cauſa faciendi controverſam ſuppreſſionem, cum Eccleſia S. Agathæ, & ſufficientem habeat pro Rectore congruam, & opportunis ſuppellectilibus, aliiſque omnibus inſtrumentis ad Sacra miniſteria decenter, ſplendideque peragenda neceſſariis ſit abunde inſtructa; Tertio, quod eadem ſuppreſſio nequit abſque gravi Parochianorum dictæ Eccleſiæ injuria executioni demandari, ſive attendantur univerſa ejus ornamenta, & capitalia pro exercitio piorum operum ibidem explendorum ab ipſis, ſuiſve majoribus deſtinata, quæ modo lugere deberent contra propriam voluntatem priſtinumque inſtitutum aliis addicta uſibus, ſive ratio habeatur incommodi, quod pluribus ex iiſdem Parochianis inde obveniret ob majorem diſtantiam Eccleſiæ, cui deinceps ſubjicerentur, ſive demum conſideretur imminutio ſuffragiorum inde contingens animabus ſuorum Familiarium, quorum corpora in Eccleſia S. Agathæ reperiuntur humata; Quarto, quod Canonici Regulares de onere ſolvendi aurea ſcuta 50. hodie dum conquerentes non ſemel a Judicibus compulſi ſunt ea præſtare cum extrinſeco magnificati valoris augmento, rejectis adamuſſim iiſdem rationibus, quibus gratiam ſuppreſſionis prædictæ, reticita prorſus duplici rejudicata Rotali contra ipſos jamdudum edita, mox impetrarunt; Et quinto tandem, quod nulla in Civitate Placentina extet neceſſitas novum fundandi Conſervatorium pro recipiendis pauperibus puellis, dum alia quinque ejuſmodi Xenodochia ibi comperiuntur erecta, recteque inſtituta, adeout ex unanimi ſeptemdecim Parochorum ejuſdem Civitatis judicio nedum ſuperflua, verum etiam non leve ceteris id genus locis piis detrimentum allatura foret recens iſta ab Epiſcopo alterius Conſervatorii excogitata conſtructio.

Hæc præcipua nomine Parochianorum S. Agathæ proferuntur, contra quæ nihil hactenus Canonici Regulares deduxere. Spectat jam vero ad EE. VV. deliberare.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis, itaut ſervanda ſit exequutio Brevis ab Epiſcopo decreta pro ſuppreſſione Parochiæ S. Agathæ; vel potius ſit locus reportationi ejuſdem Brevis, & reſpective revocationi Decreti facti pro illius executione in caſu &c.

Die

Die Sab. 3. Decemb. 1740.

DEcisio quatuor Causarum, quæ priori loco describentur, cum fuerit sub diem 19. Novembris mox elapsi ad hodiernam Congregationem dilata, modo ab EE.PP. imploratur.

HISPALEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Sess.25. c.19. de Reg.
An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Ex hactenus deductis negative.

MELPHICTEN. PRÆBENDÆ THEOLOGALIS. Sess.5. c.1. de ref.
An duo simpplicia Beneficia ultimo vacata per obitum Nicolai Gizzaroni debuerint, ac debeant per Ordinarium uniri Præbendæ Theologali, sive potius sustineatur illorum collatio ab eodem Ordinario facta favore Francisci Iacobi de Dato, & Antonii de Trizio in casu &c.

Sustineri collationem quoad beneficium collatum Francisco Jacobo de Dato, & in reliquis dilata, & coadjuventur probationes.

NEOCASTREN. ERECTIONIS CANONICATUUM. Sess. 22. c.4. & sess 24. cap. 12. de ref.
An erectio quinque Canonicatuum sustineatur in casu &c.

Negative, excepto quinto.

PLACENTINA PAROCHIALIS. Sess.7. c.7. de Ref.
An sit standum, vel recedendum a decisis, itaut servanda sit exequutio Brevis ab Episcopo decreta pro suppressione Parochiæ S. Agathæ; vel potius sit locus reportationi ejusdem Brevis, & respective revocationi Decreti facti pro illius executione in casu &c.

Prævio recessu a Decisis, affirmative ad secundam partem.

VALENTINA MATRIMONII. Contendente Marianna Arandiga, Matrimonium valide contraxisse sub noctem die 17. Januarii 1733. cum Iosepho Rosell coram Francisco Mira proprio Parocho, ac duobus testibus, id vero impugnante præfato Josepho sub duplici potissimum obtentu, quod scilicet ipse a Parentibus Mariannæ ad controversum Matrimonium ineundum fuerit subdole inductus, quodque nec ulla, quibus suum consensum exprimeret, verba protulerit, que aliquod præstiti consensus tradiderit signum, criminale prius, Sess.24. c.1. de Ref. Matr.

 dein

dein vero civile judicium ſupe aſſerta matrimonii invaliditate fuit in Epiſcopaii Curia inſtitutum; At quia Vicarius Generalis, poſt ab ſolutum proceſſum ex depoſitionibus dicti Parochi, & duorum teſtium, qui attentato matrimonio interfuere, potiſſime conſtantem, ſatius duxit, a proferenda ſententia abſtinere, præcipiens ſapientiſſimum Sacri hujus Conſeſſus Oraculum exquiri, ad petitionem memoratæ Mariannæ definiendum hodie proponitur Dubium, quod ad calcem præſentis reſtrictus deſcribetur.

In priori examine, cui memoratus Parochus die 29. Ianuarii 1733. ſubjectus fuit, inter cætera enarravit, antedictos Ioſephum, & Mariannam duobus teſtibus aſſociatus domum ſuam indicata nocte die 17. Ianuarii adiiſſe, quos ubi conſpexit, ſuſpectum habens comitatum illum, & reipſa timens, ne Ioſeph, & Marianna matrimonium contracturi accederent, januam cubiculi ad impediendum teſtibus ingreſſum niſus fuit occludere, ſed fruſtra, quia reſtitit Marianna, quamobrem: ,, Levatoſi in colera (ſunt verba ejuſdem Parochi) pro-
,, ruppe in queſte voci: Che bricconeria è queſta? venire a caſa mia
,, con queſti inganni, e ſtando in queſto mentre la ſuddetta Marianna
,, forzando la porta per aprirla, ed il teſtimonio facendo, ed uſando
,, la ſteſſa violenza per chiuderla, alteroſſi l'animo del teſtimonio
,, alle voci, che dava, e rimaſe talmente confuſo ad una tale novità,
,, che non ſeppe avvertire, e comprendere quello, che la precitata
,, Marianna diceva, eſſendo molto poſſibile, che le di lei parole foſ-
,, ſero di matrimonio; Imperocchè eſſo teſtimonio sà di certo, è ri-
,, cordarſi di avere replicato più volte queſte ſeguenti parole: reſi-
,, ſto, non acconſento, contradico a tutto: ma non può il teſtimonio
,, ricordarſi (per molto che vi abbia riflettito) delle parole, che
,, diſſe detta Signora Marianna, ma bensì oſſervò eſſo lui teſtimonio,
,, che non potendo finire di chiudere la detta porta della ſua ſtanza,
,, perciocchè talvolta l'avranno ſpinta per la parte di fuori li due ſo-
,, ſopraccennati uomini, la ſudetta Signora Marianna diede la mano
,, al precitato giovine, che era entrato aſſieme con eſſa lei alla ſua
,, ſtanza, ed il giovine la ricevè da detta Marianna; ma però il teſti-
,, monio non inteſe dal detto giovine alcuna parola di matrimonio,
,, o altro, e così pigliatiſi per le mani ſenza parlare il giovine alcuna
,, parola uſcirono ambedue dalla ſtanza, e quando furono arrivati
,, aſſieme al mezzo della ſala, proſeguendo il loro viaggio, inteſe
,, il teſtimonio, che la ſudetta Marianna come ſdegnata ſi querelava
,, per avergli negate le publicazioni, e continuando il teſtimonio
,, contro eſſi a dare voci di ſentimento, e riprendendo l'ardire, e bal-
,, danza di detta Marianna, e manifeſtando nel tempo medeſimo la
,, ſua reſiſtenza, e contradizione ſceſero la ſcala, e ſen'andiedero.

Depoſitionem hanc veram eſſe ſub juris jurandi religione affirmavit deinde Parochus ipſe in altero, quod die 19. Maii 1733. ſubivit, examine, quod ſolumque ei ſequentes addidit circumſtantias ,, cioè, che
,, Immediatamente dopo il precitato avvenimento, eſſo teſtimonio ſi
,, portò al palazzo Arciveſcovile per dar parte al Rev. Sig. Vicario,
,, e Governatore Generale, come fece alla medeſima ſua perſona,
,, avendogli dato ſubito udienza, benchè foſſe ora incommoda: Pre-
venen-

,, venendo in tanto al detto Rev. Sig. Vicario Generale, che si com-
,, piacesse dare quella providenza, che fusse più necessaria, e con-
,, veniente, affinchè non coabitassero insieme li sopradetti D. Giu-
,, seppe Rosell, e Marianna Arandiga, non senza qualche pericolo,
,, benchè di ciò non potesse accertarsi il testimonio a causa della sua
,, notabile perturbazione, e benchè sopra un tale avvenimento ab-
,, bia fatta serie riflessione, giammai si è potuto ricordare il testimo-
,, nio, che li sopradetti D. Giuseppe Rosell, e Marianna Aran-
,, diga abbiano veramente contratto tra essi Matrimonio per pa-
,, role di presente. Ciò che presentemente può, e deve assicurare il
,, testimonio, si è, che nel tempo, ed occasione, che egli venne a dar
,, parte del succeduto al Rev. Sig. Vicario Generale, si persuase,
,, che la sudetta Signora Marianna Arandiga aveva pronunciato pa-
,, role formali di Matrimonio di presente, ma riflettendo egli, che
,, pròbabilmente sarebbe stato chiamato a deporre giudizialmente in
,, questa causa; fece ad un tale, ed altri simili conoscimenti matura
,, riflessione circa le parole, che disse la menzionata Marianna Aran-
,, diga, non essendo stato possibile di poter giammai ricordarsi della
,, formalità di quelle ,, deinde tertio ad examen revocatus sub diem
5. Januarii 1738., interrogatisque super Capitulis cujusdam libelli a
dicto Iosepho Rossel oblati in conscientiæ suæ exonerationem plu-
ra ex iis, quæ antea deposuerat, clarius huuc in modum declaravit.

Primo scilicet ,, che quando egli dice di aver veduto, ed osservato, che
,, la precitata Marianna Arandiga diede la mano al sopracitato uomo
,, giovine, e che questo la ricevè da quella pretende dire, che li vid-
,, de reciprocamente presi per le mani senza esservi stata coartatione,
,, ne forza, ne segno di essa; Onde moralmente crede esso testimonio,
,, che in quell'uomo giovine fu azione veramente volontaria quella di
,, congiungere la sua mano con l'altra di detta Marianna, mentre il
,, testimonio dice credere, che non vi fosse coartazione, ne forza
,, nell'uomo giovine, e pretende dire, che ha certezza morale della
,, libera volontà del giovine.

Secondo ,. Che l'intelligenza di esso testimonio in quelle parole, che
,, ha dichiarato, cioè che Marianna diede la mano all'uomo giovi-
,, ne, e che questo la ricevè da quella, si è, che l'azione ch'egli vid-
,, de, della quale formalmente può ricordarsi, ed in effetto presen-
,, temente ricordarsi esso testimonio, non è altra se non che stiedero
,, loro due attaccati, e presi per le mani mediando queste mani tra
,, i corpi dell'una, e dell'altro nella medesima conformità, che si ve-
,, dono due amici allorchè incontrandosi si prendono per le mani l'uno
,, e l'altro, e conforme si fa ancora in ogni altra occasione, che si
,, contrae Matrimonio in faciem Ecclesiæ.

Tertio ,, Che quando dice, che venne a notificare al Signor Vicario Ge-
,, nerale il fatto accaduto in sua casa, acciò provedesse colli rimedj
,, più opportuni, e convenienti per evitare, che non coabitassero in-
,, sieme li sudetti D. Giuseppe Rosell, e Marianna non fu ciò senza
,, alcun timore, che tra detto Rossell, e Marianna s'intendesse con-
,, tratto già il matrimonio per le parole di presente (sebbene il testi-
,, monio non poteva assicurarlo a causa della sua grande perturbazio-
,, ne, ne per molto, se vi abbia riflettito sopra, e s'è potuto ricorda-
,, re)

,, re) volle ancora dire il teſtimonio , e preſentemente ancora pre-
,, tende dire, che le parole di Marianna furono di matrimonio preſen-
,, te , ſecondo il prudente giudizio , è morale certezza di eſſo teſtimo-
,, nio, benchè l'improviſa ſua perturbazione , gl'impediſce la cer-
,, tezza fiſica di un tal fatto , quale ne anche dopo poteſſe acquiſtare.
Quarto ,, Che quando nella ſua precitata ratificazione diſſe , che ven-
,, ne a dar parte del fatto ſucceduto al Signor Vicario Generale ſi
,, perſuadeva , o moralmente credeva eſſo teſtimonio , che Marianna
,, Arandiga aveva proferito parole formali di Matrimonio de preſen-
,, ti , fu lo ſteſſo , che dire , che ſecondo il ſuo proprio dettame , con
,, rifleſſione formale delle circoſtanze, che accompagnarono il fatto ,
,, credeva , e crede con certezza morale , che detta Marianna Aran-
,, diga diſſe , e proferì parole formali di Matrimonio de præſenti .
Quinto demum ,, che il fatto delle mani , che già ha dichiarato , e le
,, parole , che diſſe Marianna , ſucceſſe , e furono , ſtando già la
,, porta aperta , in guiſa che poteſſero vedere , ed udire detti uomini,
,, perciocchè ſucceſſero immediatamenre dopo l'apertura di quella ,
,, anzi non giudica moralmente impoſſibile il teſtimonio , che detti
,, uomini vedeſſero la precitata azione delle mani , ed udiſſero, quan-
,, to ſi parlò bensì crede , che lo poteſſero vedere , ed udire maggior-
,, mente , quando detta Marianna , ed il Giovine non ſolo ſi preſero
,, per le mani , ma anche nella medeſima poſitura continuando , im-
,, mediatamente uſcirono dalla ſtanza , e ſenza alcuno interrompimen-
,, to ſi mantennero preſi ſtrettamente per le mani in maniera, che il te-
,, ſtimonio ſin dal principio , che li vidde preſi , come ha detto , per
,, le mani , non li vidde più ſeparati , ne diſtaccati , con tutto che det-
,, to teſtimonio uſciſſe ancor egli dalla ſtanza , ed andaſſe appreſſo
,, loro gridando , e riprendendo ; onde ſtando li ſudetti uomini Te-
,, ſtimonj in luogo , o poſitura di aver potuto vedere , e ſentire quel-
,, lo ſi è dichiarato , non può credere per coſa impoſſibile il teſtimo-
,, nio , che vedeſſero ancora la precitata azione ; anzi lo tiene per
,, molto poſſibile , e molto più credendo il teſtimonio , come moral-
,, mente crede , che detti uomini vi foſſero andati con intenzione , e
,, prevenzione di aſſiſtere come Teſtimonj , benchè queſta perſuaſione
,, ſia ſolamente probabile , e non moralmente certa , conforme ſono
,, le altre perſuaſioni , che antecedentemente ha dichiarato ,
Alter vero , ex prædictis Teſtibus nimirum Joſeph Gomez in priori ſua depoſitione exarata ſub diem 31. Januarii 1733. aſſeruit quidem vidiſſe ,, che Marianna colla ſua mano tratteneva il legno della porta , ac-
,, ciocchè il Parocho non la chiudeſſe , dicendo queſte parole , (che
,, voleva , ch'eſſo teſtimonio aſſieme con quell'altro uomo faceſſe-
,, ro teſtimonianza , qualmente quel Signore , che ivi ſtava preſente
,, al di lei fianco , era ſuo marito) , ſubjungens tamen , non avendo
,, veduto , ne oſſervato il teſtimonio, che in tutto il ſopracitato av-
,, venimento ſi fuſſero preſi per le mani la ſudetta Marianna , ed il di
,, lei compagno , non che queſto aveſſe parlato, o detta alcuna parola
,, ſin tanto che arrivati alla metà della Scala inteſe il teſtimonio , che
,, quell'uomo che accompagnava la ſudetta Marianna diſſe ; Io con-
,, vengo in tutto quello , che ſi è operato ;,, Rurſus autem examina-
tus

tus die 1. Iunii ejusdem anni 1733. affirmare non dubitavit. ,, Che ,, nel detto tempo, che il Paroco voleva chiuder la porta di detta ,, stanza, D. Marianna Arandiga glie lo impedì, nel qual mentre disse ella medesima queste medesime parole, Loro Signori sieno testimonj (segnando in ciò dire verso D. Giuseppe Rosell) è mio Marito, e detto D. Giuseppe rispose: e questa Signora è mia moglie; ,, ed allora si presero ambedue per le mani, ed andiedero camminando ,, sino alla scala, scendendo anche alla parte di questa presi sempre ,, per le mani.

Itidem Ioseph Guarner, qui alterum in hac re testem egit, die 4. Febr. 1733. deposuit vidisse ,, che la donna, avendo pigliata ancor essa colle ,, sue mani la porta, impediva, che il Paroco la chiudesse, facendo ,, forza ambedue in un medesimo tempo, cioè il Parocho per chiuderla, e la Donna per non lasciarla chiudere, e stando in questo contrasto, disse la donna (quale il testimonio non conosce, ne conosceva) voltata la faccia verso la parte di fuori, ove stava il testimonio assieme con quell'altro uomo, che fossero testimonj, qualmente ,, quel Cavaliere era suo marito, quale aveva presa per la mano tenendo forte, alle quali voci detto uomo non parlò, nè proferì alcuna ,, parola, come ne anche prima in quel breve spazio di tempo, che ,, stiedero assieme ,, : quod postea confirmavit die 1. Junii anni 1733. hisce verbis ,, volendo il Paroco chiudere la porta per restar ,, solo in camera colli sopradetti, detta Donna trattenne la porta, ,, acciocchè non la chiudesse, ed in questo mentre il testimonio si accorse molto bene, che quel Giovine entrato assieme colla Donna ,, dentro la stanza del Paroco, era D. Giuseppe Rosell &c. nel medesimo tempo osservò il testimonio, che li sopradetti uomo, e donna ,, giovani si tenevano per le mani l'uno coll'altro, ed in questa occasione intese, che detta Donna disse ad esso testimonio, ed a quell' ,, uomo più vecchio, che fossero testimonj, qualmente lei, ed il detto ,, giovane erano accasati &c. osservò nel medesimo tempo il testimonio ,, che li sudetti D. Giuseppe, e la Donna tenendosi similmente per le ,, mani uscirono dalla stanza del Paroco tutti d'accordo, se nè andiedero a casa della sopradetta giovane, si misero tutti a sedere in conversazione.

Cum autem præter Parochum, & duos prædictos testes examinatus quoque fuerit Franciscus Monerris ejusdem Parochi famulus, retulit iste audivisse ,, che il Paroco parlava con voce alquanto alterata, dimostrando, per quello, che a lui parve, risentimento, e dispiacere ,, di quello pratticavano, e intentavano pratticare li sopracitati giovani, i quali vidde il testimonio, che uscivano dalla stanza del Paroco presi l'un l'altro per le mani, ed in questa conformità seguitarono ,, a caminare, ed arrivati a mezza scala intese il testimonio, che la ,, donna diceva, che se gli avessero date le publicazioni, non si sarebbero serviti di quel mezzo, e prima di ciò intese il testimonio, che ,, quando li sopradetti uscivano dalla stanza del Paroco, esso diceva ,, con voci alte, che non vi acconsentiva, e che resisteva alle operazioni, con cui procedevano, ed avevano proceduto.

Hæc ab exhibito processu eruta actum ipsum controversæ celebrationis matri-

matrimonii præcipue spectant; Quæ vero eundem actum, vel præcessere, vel sunt subsecuta, colligi possunt ex relatione Vicarii Generalis, & ex quibusdam aliorum Testium depositionibus datis in Summario Mariannæ nomine distributo. Iis itaque perspectis, ac una simul collatis Resolutionibus, quæ recensentur in folio diei 24. Maii 1738. in *Neritonen. Matrimonii*, & aliis relatis per *Vicent. de Iust. de dispensat. Matrim. in Appendic. cas.* 18. 21., & 23. grave non erit EE. PP. pronunciare.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

Sess. 21. c. 4. de ref. CASSANEN. DISMEMBRATIONIS. Sequuta vacatione Parochialis Ecclesiæ S. Juliani unius ex quatuor Parochialibus in Civitate Castrivillarum existentibus, Episcopus Cassanensis tria ab illius Territorio divulsit Loca nimirum *il Piano della Pera*, *Rocca Poverella*, *ed Olivetello*, novamque ex eis Parochiam erexit in Ecclesia S. Mariæ Constantinopolis, & S. Josephi. Ad sternendam vero semitam novæ huic erectioni in decreto, quo præfata Loca a Parochiali Ecclesia Sancti Juliani statuit dismembrari, asseruit compertum se habere ex documentis, sive relationibus, quæ citatis Œconomo, & Procuratore Cleri ejusdem Ecclesiæ S. Juliani fuerunt in Cancellaria Curiæ suæ congesta: *Districtum dictæ Parochialis esse tam grandem, itaut habitatores supradictorum locorum distent a dicta Ecclesiæ per medium milliare, & filianos omnes esse in numero bis mille, & octingentorum circiter, & tempore hyemali, ac nocturno præsertim pluviis inundantibus ob distantiam, asperitatem, periculum, & incommoditatem itineris dictam Parochialem petere non posse non sine permaximo eorundem spirituali detrimento, ac Parochum horum domum infirmitatis occasione pro Sacramentorum administratione sine periculo, & magno incommodo accedere non valere præcipue in casibus nocturnis, & repentinis maxime mulieribus parturientibus, necnon per multos filianos dictorum locorum* del Piano della Pera, Rocca Poverella, & Olivetello *vitam cum morte commutasse, vel absque Sacramentis Ecclesiasticis, vel absque assistentia in eorum morte ob causas desuper narratas, adesse quoque in dictis locis non paucos habitatores præsertim ex civilibus Parentibus ortos tam pauperes, & miserabiles, qui cum suis mulieribus, & familia vilibus, & abjectis vestibus induti, & quasi denudati diebus festivis ad prædictam Parochialem accedere non possunt, & cum divitibus se immiscere non audent, & præsumunt, quia exponerentur risui, & derisioni aliorum, & ob dictas causas, & situationem dictæ Ecclesiæ in medio publicæ plateæ a perceptione Sacramentorum a Verbi Dei, Christianæ Doctrinæ, ac Divinorum Officiorum auditione retrahuntur, vigilias quoque, & quatuor Tempora rudes, & ignaros propter desuper expressas causas haud observare.*

Non arrisit Clero Parochialis Ecclesiæ S. Juliani ejusmodi dismembratio, proinde statim fuit ab ipso impugnata, sed cum Episcopus noluerit ab ea exequenda supersedere, postulat modo Clerus prædictus, ut ab hoc Sacro Tribunali irrita declaretur, atque in hunc finem exponit primum, loca superius enunciata non ultra tertiam unius ab Ecclesia S. Ju-

S. Juliani milliaris partem distare, nullum unquam ex Parochianis ob assertam itineris asperitatem sine Sacramentis decessisse, adeoque Parochianos ipsos controversæ dismembrationi suum non præstitisse assensum, solumque ab Episcopo requisitos ejus probasse consilium deputandi Vicarium, seu Coadjutorem, qui in Ecclesia S. Mariæ Costantinopolis, & S. Josephi Sacramenta, & alia ad animarum curam pertinentia ministrarent; Deinde vero, ut validius adhuc ostendat nullam in magnificata viarum difficultate constitui potuisse legitimam causam decretæ dismembrationis, profert attestationem quatuor Peritorum, qui locis prædictis sedulo perlustratis deponunt: „ Che le strade pu-
„ bliche delle medesime son così ben costruite, e disposte, che il cami-
„ nare, e passeggiare le medesime, tanto in tempo di notte, quanto
„ in tempo di giorno non apporta niuno incommodo, o asprezza a
„ Parochiani tutti, per non esservi sconvenevolezza veruna, ma tutte
„ commode, e imbrecciate, e carrozzabili, non essendovi per tutta la
„ Città di Castrovillare strade più migliori, e niente faticose, che
„ quelle come sopra descritte, principiando dalla piazza di S.Giuliano
„ sino alle ultime abitazioni di detta Parochia *noviter* eretta, tra qua-
„ le sebbene v'intermedia un magnifico arco di porta chiamato la por-
„ ta della catena, tuttavia però non v'è vestigio di porta, che si chiu-
„ desse. E fatta l'osservazione in ciascheduna parte di dette strade,
„ non v'hanno ritrovato fiume, torrente, o qualche piccolo rivolo
„ d'acqua, che scorresse per dette strade, e potesse riuscir d'incomo-
„ a Parocchiani a potersi portare in det. Chiesa Parochiale di S.Giu-
„ liano a ricevere i SS. Sacramenti; Anzi ancorchè le pioggie fossero
„ eccessive, o scorressero continuamente per i Canali delle Palazziate,
„ perchè pure artificiosamente si è dato camino all'cqua piovana per
„ l'estremi d'ogni parte di strada, non viene ad essere impedito chi-
„ chesia di poterle con tutto il commodo caminare tanto in tempo di
„ notte, quanto di giorno.

His in facto propositis, addit præterea memoratus Clerus in jure, non rite ad eamdem dismembrationem fuisse processum, cum enim tunc temporis Ecclesia S. Juliani suo Pastore viduata reperiretur, satis non erat illius Æconomum citare, sed peculiaris ei debuisset deputari defensor, ut valide ab ipsa avelli possent præfata Loca, uti per *Textum in cap.*1. *de reb. Eccl. non alienan. in* 6., *& in cap.*1. *Ne Sede vacante* tradunt *Mandos. ad reg. Cancell.*22. *qu.*13. *Garz. de Benef. p.*2. *cap.*13. & alii relati per *Rot. decis.* 403. *n.*1. *cor. Celso*; minusque vim ullam fieri potuisse in amplificato populi numero, quia non debet vetus Parochia ob populi affluentiam dismembrari, sed obstringendus est Parochus tot sibi Presbyteros in adiutores assumere, quot Sacramentis exhibendis, divinoque sufficiant cultui, juxta expressam Tridentini Sanctionem *sess.*21. *cap.*4., quam exornant *Fagnan. in cap. ad audientiam num.*24. *de reb. Eccl. non alienan.*, *Barbos. de jur. Eccl. lib.*2. *cap.*2. *n.*9., *&* 10. *Leuren. in Jus Can. lib.*3. *tit.*48. *quæst.* 994. *n.*3. *Piring. in* 3. *lib. decretal. tit.*48. *n.*6.; Vel ad summum, etiamsi veræ probarentur expositæ causæ, priusquam dismembratio Parochiæ decerneretur, constitui debuisset Vicarius, quo satis foret spirituali illius populi indigentiæ consultum, uti pluries firmavit Rotæ Auditorium

dec.578. num.4., & seq. part.19. tom.2. rec. , *& in Leodien, Dismembrationis* 1. *Februarii* 1712. *cor. clar. me. Card. Falconer.* , *&* 25. *Januarii* 1715. *cor bo. me. Lancetta* , & censuit etiam Sacrum hoc Tribunal in *Cajetana* 24.*Maii* 1669. *in Balneoregien.* 19.*Julii* 1668. *in Placentina* 13. *Aprilis* 1726. *in Derthonen. Dismembrationis* 5. *Aprilis* 1732. *& in Lunen. Sarzanen. Dismembrationis* 8. *Martii* , *&* 27. *Septembris ejusdem anni* 1732.

Spectant hæc ad I. & ad II. ex Dubiis, quæ instante sępedicto Clero S. Juliani disputanda proponuntur; At quia Episcopus, postquam in memorato dismembrationis Decreto ad congruam sustentationem primi Rectoris novæ Parochialis incerta dumtaxat emolumenta ex funeribus eorum, qui forent eidem novæ Parochiæ subjecti, constituerat, subinde præcepit, ut Rector ille ad participationem Massæ communis, aliorumque emolumentorum Ecclesiæ, & Cleri S. Juliani admitteretur, decernens preterea, ut aliquot Presbyteri participantes ejusdem Ecclesiæ S. Juliani, pariterque nonnulli Clerici deberent imposterum novæ Parochiali inservire, & adhuc participes fieri de Massa communi, cæterisque emolumentis a Clero S. Juliani percipi consuetis, tametsi ab illo distenti onere divinis Officiis in Ecclesia S. Juliani non vacarent, ab hac quoque Sanctione provocat præfatus Clerus eamdem insimulans contrariam tum Synodali Decreto, quo statuitur, Sacerdotes participantes teneri per se ipsos Ecclesiæ S. Juliani inservire, Missasque ibidem celebrare, tum Apostolico Brevi, a quo numerus viginti Sacerdotum participantium fuit in eadem Ecclesia præfinitus, ea sub lege, quod ipsi ab origine debeant esse parochiani dictæ Ecclesiæ, eique servitium in minoribus, & Sacris Ordinibus præstare, antequam ad participationem Massæ communis, aliorumque emolumentorum admittantur.

Auditus Episcopus super omnibus hisce quærelis nomine Cleri S. Juliani porrectis prolixam dedit Epistolam, qua quidquid hac in re se gestum est, veluti pro divini cultus augmento, ac animarum salute dispositum tueri satagit, ac propugnare; Perpensis itaque juribus hinc inde circumferendis dignabuntur EE. VV. ad quatuor dubia controversias hactenus expositas complectentia respondere.

I. *An constet de nullitate Dismembrationis Ecclesiæ S. Juliani Castri Villarum in casu &c.*, *& quatenus affirmative.*

II. *An, & quomodo procedendum in casu &c.*

III. *An novus Parochus Ecclesiæ S. Josephi, ejusque successores debeant ad instar aliorum Presbyterorum participare de Massa, aliisque emolumentis Ecclesiæ, & Cleri S. Juliani in casu &c.*

IV. *An aliqui Sacerdotes, & Clerici dictæ Ecclesiæ S. Juliani debeant inservire Ecclesiæ S. Josephi juxta ordinationem Episcopi, & nihilominus participare de Massa, & emolumentis Ecclesiæ S. Juliani in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

MAR-

MARSICEN. ORATORII. Cum ad aures Episcopi Marsicensis pervenerit, Missam in privato Oratorio Domus Baronis Cæsaris Lentini in Terra Brientiæ existentis, absente licet eodem Barone una cum Conjuge, celebrari coram ejus nepotibus in eadem domo jugitur habitantibus, ratus id vigore Indulti Apostolici præfato Baroni a san. mem. Clemente XII. concessi haudquaquam licere, prævia Oratorii suspensione, inhibuit, ne Barone absente Missa deinceps ibidem celebraretur. De hac itaque prohibitione apud Sacrum hunc Senatum statim conquestus Baro Lentini duo, quæ inferius describentur, Dubia ab EE. PP. hodie decidi postulat. *Sess.22. Decr. de evit. & obser. in celebr. Missa.*

Indultum, ex cujus interpretatione pendet quæstionis excitatæ solutio, sub hisce verbis dicto Baroni, ejusque Conjugi directis conceptum est: *Dilecte fili, & dilecta in Christo filia salutem &c. Spirituali consolationi vestræ, quantum cum Domino possumus benigne consulere, vosque spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationibus &c. sententiis, censuris, & pœnis &c. ad effectum præsentium dumtaxat consequen. &c. supplicationibus vestro nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis &c. ut in privatis domorum vestræ habitationis in Civitate, & Diœcesi Marsicen. existen. Oratoriis &c. ad hoc &c. unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum Sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis D. N. Jesu Christi, aliisque solemnitatibus anni festis diebus exceptis, in vestra, ac natorum, consanguineorum, & affinium in eadem domo vobiscum insimul habitan., familiæque, & quoad Oratoria Ruri existentia, etiam in hospitum nobilium, vestrorumque præsentia celebrari facere libere, & licite possitis, & valeatis, ac vestrum quilibet possit, & valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, non obstantibus &c. Volumus autem, quod familiares servitiis vestris tempore dictæ Missæ actu non necessarii ibidem Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minime liberi censeantur.*

Locum scilicet disputationi præbent verba illa: *In vestra, ac natorum, consanguineorum, & affinium in eadem domo vobiscum insimul habitantium, familiæque præsentia celebrari facere libere, & licite possitis, & valeatis, ac vestrum quilibet possit, & valeat*: Quamvis enim minime dubitetur, quia Nepotes Baronis Lentini in eadem domo cum Patruo degentes, quotiescumque Missa eodem Barone, vel ejus conjuge præsente in dicto Oratorio celebratur, memorato indulto rite, recteque fruantur, secundum ea, quæ ad rem tradunt *Pignattell. tom. 6. consult. 98. num. 92., & 93. Ventrigl. in prax. For. Eccl. part. 2. annot. 19. §. ult. num. 13. Amostaz. de Causis piis lib. 5. cap. 10. num. 59. Monacell. formular. Legal. for. Eccl. par. 2. tit. 13. form. 2. num. 38. Pasqualig. de Sacrific. nov. Leg. quæst. 648. n. 4., & per tot., & Eminentiss. Petra in doctissimis suis Commentar. ad Constitution. Honorii III.*

*rii III.sect.unic.n.62. tom.2.pag.*499.; quæstio tamen in eo sistit, num ex verbis prædictis, ut Missa licite possit in privato Oratorio celebrari, necessario requiratur præsentia Baronis, vel Domini, in quem verba Indulti directa sunt.

Porro præsentiam indultarii omnino necessariam esse, tradunt *Henriq. lib.7.summ. moral. cap.13. num.4. Rodriquez in Bull. Cruciat.* §.5. *num.5. Bard. in eadem Bull. Cruciat. part.2. tract.2. cap.3. sect.8. num.69.* Duplici potissimum moti ratione, altera nempe, quod inter verba: *in vestra, ac natorum &c.*: mediat dictio *Et*, quæ præsertim in ejusmodi privati Oratorii Privilegio stricte interpretando juxta propriam significationem ita copulet personam Indultarii, ut absque ejus præsentia nequeant illius Consanguinei, & familia eo privilegio frui, & altera, quod iidem Consanguinei, & familia dependenter a Domino Indultario Privilegio eo principaliter impertito participent.

Contra vero hujusce Privilegii participes non fieri Consanguineos, & familiam rationeDomini tantum, & dependenter ab illo,sed privilegium ipsum,licet principaliter, & primario Domino elargitum, Consanguineisquoque,& Familiæ in gratiam, & commodum ipsius Domini censeri concessum, itaut nequeat proinde istis juberi, ne Missam in privato Oratorio celebrari facian,t docent exTheologis *Castropal. Oper. Moral. part.4. tract.25. disput. unic. punct.6. num.9. Tamburin. in Opuscul. lib.1. par.2. cap.4.* §.4. *num.4. Quintanadvenas Theolog. moral. tom.1. tract.7. singular.32. n.52., Gobat. Theol. moral. tom.1. tract.5. num.370. Adversa de Euch.par.71.de Sacrific. Missæ sect.14. vers.7. Pasqualig. de Sacrific. nov. Leg. q.61. Clericat. de Sacram. Euch. dec.5.num.47. in fin.*, & ex Canonistis *Amostaz. de Caus. piis lib.5.cap.10. num.65. Capon. discept.183. num.20. & 21. Novar. in sum. Bullar. part. comment.93. num.8. Ventrigl. in prax. For. Eccl. part.2. annot.19.* §.*unic. n.10.*, & alii adducti per *Pignattell. tom.6. consult. 98. num.99.*

Immo ita in praxi testantur *Diana oper. coordinat. resol.40. num.2.* ibi: *Et ita est praxis; nam passim, absente Domino, ejus familiares audiunt Missam in privatis Oratoriis*: & cum aliis *Quart. in Rubr. Missal. part.3. tit.10. sect.3. dub.11. difficult.2. pag. Mihi* 486., ubi ad Dubium: *an familia, & quilibet de familiaribus possit audire Missam, & sibi celebrari facere in Oratorio privato, sine præsentia Domini*: post adductas rationes sententiæ negativæ affirmativam amplectitur, & postremo ita concludit: *Tandem favet praxis communis, quia passim absente Domino ejus familiares audiunt Missam in privatis Oratoriis.*

His igitur in utramque partem libratis, nec non investigata praxi, quæ modernis præsertim temporibus legitime vigeat, cum de cetero datum non fuerit de re aliquam Supremi hujus Consessus declarationem reperire, rogantur EE.PP. decernere.

I. *An in privato Oratorio, de quo agitur celebrari possit Missæ Sacrificium in absentia Domini, ac præsente sola familia?*

II. *An sustineatur sententia suspensionis Oratorii lata abEpiscopo Marsicen. in casu &c.*

Ad primum negative.Ad secundum affirmative, & ad mentem.

IMO-

IMOLEN. Franciſcus Reali Religioſus Tertii Ordinis S. Franciſci Conventus S. Mariæ Piratelli in Suburbiis Fori Cornelii exiſtentis ſub annum 1738. Sacræ huic Congregationi expoſuit, Fratrem Michaelem Angelum Belletti ejuſdem Conventus Priorem multiplici violatione peccaſſe contra Bullam Innocentianam ſuper celebratione Miſſarum editam, quippe qui nedum electionem Miniſtrorum pro revidendis Miſſarum libris, retinendiſque clavibus duplicis capſulæ, in qua manuales Miſſarum eleemoſynæ reponuntur, omiſerit, verum etiam Miſſarum tam perpetuarum, quam manualium celebrationem diu protraxerit, Fratrem vero Franciſcum Julianum Laicum profeſſum ejuſdem Ordinis auſum fuiſſe plurium Miſſarum celebrationem proprio charactere in Tabella, & in libello Officiorum adnotare, & falſo nomina Sacerdotum celebrantium deſcribere, itidemque Fr. Magiſtrum Joannem Thomam Boni dicti Ordinis Miniſtrum Provincialem, licet ab ipſo Fratre Reali, aliiſque Religioſis de expoſita criminum ſerie certiorem factum, nihil unquam egiſſe, quo Delinquentium emendationi conſuleretur. *Seſs. 22. Decr. de evit. & obſer. in celebr. Miſsa.*

Quum autem EE. PP. Cauſæ hujus cognitionem E. Cardinali Accorambono tunc Epiſcopo Imolen. remiſerint, ejus Vicarius Generalis, inſtructo, abſolutoque Proceſſu, definitiva Sententia pronunciavit, memoratum Fratrem Boni, præter alios in eadem Sententia nominatim expreſſos in pœnas a laudata Bulla Innocentiana ſtatutas privationis ſcilicet vocis tam activæ, quam paſſivæ, necnon inhabilitationis ad quæcumque Religioſa munera obtinenda incidiſſe, ex eo quod a Fr. Reali, aliiſque Religioſis de commiſſis a Priore Belletti, & Fr. Iuliano exceſſibus licet admonitus, in provinciali viſitatione ſub diem 27. Julii 1737. peracta non modo illos corripere, ac emendare penitus neglexerit, quemadmodum Fr. Caſtelvetri alter ex Religioſis prædicti Conventus teſtatus eſt, verum etiam quia poſt inſpectos quinque liberculos, in quibus onera Miſſarum, earumque celebratio deſcribi conſueverant, eadem onera tamquam ad illam uſque diem adimpleta in libello, quem vocant *Vacchetta de Saldi*, juſſerit adnotari, nulla habita ratione Miſſarum 88. ſive duplicis Miſſæ quotidianæ, quarum celebratio a die 14. Junii ad eamdem diem 27. Julii fuerat omiſſa, itidemque congrua animadverſione non caſtigata fictitia, ac inſueta deſcriptione aſſertorum Sacerdotum, qui celebrarunt, proprio charactere Fr. Juliani exarata.

Iudiciariam ab ejuſmodi ſententia appellationem interjecit Fr. Boni, eamque modo proſequens coram ampliſſimo EE.PP. Senatu, ſe cujuſcumque doli, vel culpæ inſontem, proptereaque ab inflictis pœnis abſolvendum eſſe contendit. Scilicet neglectam Religioſorum delinquentium emendationem nullatenus culpæ ſibi vertendam ait, cum ea, quæ hactenus Priore Belletti, & Fr. Iuliano patrata fuere, nunquam ſe antea noviſſe aſſerat, neque de illis vel anno 1736. vel ſub menſe Aprilis 1737. certiorem reddi potuiſſe a dictis Religioſis Reali, & Caſtelvetri, dum iſti nonniſi ſub menſem Novemb. ejuſdem anni 1737. ad Conventum ſe tranſtulerunt, adeoque nulla omnino fides hac in re prædictis Fratribus ſit adhibenda; præſertim vero, quia conſtat,

utrum-

utrumque malo animo in ejusmodi causam conspirasse, uti colligitur ab examine Fratrum Sanmarchi, & Gollini, quorum primus sic respondit: *Io so, che due sarano due mesi, che il P. Definitore Reali, ed il P. Castelvetri si vantavano di aver fatto il colpo coll'accusa fatta alla Sagra Congregatione in Roma, dicendo, che sarebbe finita presto:* alter vero: *Ho inteso dire dal P. Castelvetri una sera, è fatto il fiocco, in occasione, che tornò da Imola, discorsi poi per curiosità con Fr. Franesco Giuliani sopra questa proposizione*: è fatto il fiocco: *e mi rispose, che voleva dire, che avevano scritto in Roma contro il Priore*: & melius enim declaravit subsecutum facinus dicti Fratris Reali, qui cum nequiverit obtinere Prioratum, quo Frater Belletti orbatus est, abjecto Religionis habitu profugus abiit, & adhuc a suo Ordine Apostata dicitur perseverare.

Nullius quoque fraudis, vel oscitantiæ putat idem Fr. Boni, se in perscrutandis onerum Missarum, ac celebrationum adnotationibus potuisse culpari; Qoad omissam quippe duplicis Missæ quotidianæ celebrationem exhibet testimonium Fr. Iulii Dominici Muratori Secretarii Provincialis, nec non Fr. Angeli Sarmate, quorum alter adfirmat sæpedictum Priorem Belletti, ob onera Missarum descripta in tabella, & non integre adimpleta fuisse ab ipso Fr. Boni in actu visitationis acriter correptum, jussumque, ut quam celerrime *satisfactionem Missarum curaret*: Alter vero testatur, eumdem Fr. Boni pluries eidem Priori Belletti præcepisse, ut Missarum onera, quæ adhuc implenda supererant, præsertim ad Altare SS. Conceptionis B. M. V. in longius tempus haudquaquam protraheret, idque ipsum cnnfirmavit, tum idem Fr. Belletti, tum etiam Fr. Aloysius Tarlazzi, qui cum anno 1839. Prioris munere functus fuerit in Conventu Piratelli, testatur constare ex liberculis Ecclesiæ prædicti Conventus, ab ipsa die 27. Iulii 1737. qua Fr. Boni Provincialem visitationem explevit, enunciatis oneribus cœpisse satisfieri, atque intra mensem subsequentis Augusti integram 88, reliquarum Missarum celebrationem ipsius cura, & studio fuisse absolutam.

Quod autem attinet ad ementita Sacerdotum celebrantium nomina, quæ proprio Fr. Iuliani charactere descripta, atque Fr. Boni in ejus visitatione per fraudem, vel incuriam silentio prætermissa enunciantur, supplicat idem Fr. Boni, ut morose advertatur, illas tantum id genus descriptiones tempore visitationis inspici potuisse, quæ ipsum visitationis tempus antecesserant, quæque non aliæ videntur esse, quam octo adnotatæ hoc modo: *Un Capuccino celebrò &c.* In hac autem re de falsitatis reatu, aut conniventia se redargui non posse authumat, sive quia nullam ibi falsitatem, vel deprehendere, vel prudenter suspicari liceret, sive quia Fr. Iulianum, aut alium quemlibet eo modo celebrantium nomina describentem corripere non tenebatur, quum nullum jure vetitum sit, ab aliis, quam ab ipsis Sacerdotibus celebrantibus Missarum celebrationes adnotari.

Utque demum pro viribus omnem impicti criminis notam longius fuget, seque in proprii muneris obeundi ratione, ac præcipue in perscrutandis, corrigendisve Subditorum excessibus pervigilis, accuratique Superioris partes egisse demonstret, in medium profert monumentum Pro-

Provincialis visitationis ab ipso habitæ mense Iulii 1737., ex qua constat, se ab omnibus Religiosis Conventus Piratelli inter alia perquisivisse, *Num satisfiat, & reponantur eleemosinæ Missarum in capsa biclavi ad tenorem Bullæ Innocentianæ, pariter, num legantur in Mensa Bullæ, & Constitutiones*: illosque affirmative ad omnia respondisse; exhibetque præterea non modo plurima Religosorum sui Ordinis intra subjectam sibi Provinciam degentium testimonia, quibus veluti doctrina, pietate, zelo, vigilantia, morumque integritate magnopere præstans commendatur, verum etiam fragmenta plurium epistolarum, quas ipse anno 1737. ad Priorem Belletti miserat, jussu Fr. Forni sub mense Novembris 1738. Conventum Piratelli visitantis ab originalibus penes eumdem Priorem servatis deprompta, ac testantia non mediocrem solicitudinem suam in admonendis, increpandis, castigandisque iis, quæ sive Divino Cultui, sive Religiosæ paupertati, piioque Sacri Ordinis instituto minus convenire sibi videbantur.

Hæc, omissis assertis defectibus contra processus validitate oppositis in hoc S. Consensu facile contemnendis, est summa eorum, quæ magis momentosa prostare videntur in scripturis pro Fratre Ioanne Thoma Boni distributis. Num vero ex iis præfatus Religiosus ita plene vindicetur a crimine, ob quod in allegata sententia Ordinarii Imolensis declaratus fuit incurrisse pœnas ab Innocentio XII. in Bulla super celebratione Missarum statutas, ut proinde debeat ex capite innocentiæ, quemadmodum ipse deprecatur, absolvi, & ad vocem activam, & passivam pro quibuscumque muneribus sui Ordinis imposterum obtinendis redintegrari, decernere oportet, inspectis quoque juribus, quæ Promotor Fiscalis pro Curiis Ecclesiasticis deputatus jussu Sacræ Congregationis adducet sub Dubio.

An sit locus absolutioni, & reintegrationi in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

ALEXANEN. IRREGULARITATIS. Exponente Paulino Lichello Cathedralis Ecclesiæ Canonico, & Curiæ Episcopalis Cancellario, Jacobum Antonium Mecchi, a quo pridem una cum Joanna Milera Matre in necem Quintini sui Genitoris, propinato veneno, fuerat conspiratum, subdole obtinuisse prima Tonsura initiari, subindeque tum ad quatuor minores, tum ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines promoveri, adeoque remedium aliquod adhiberi postulante, ne is Presbyteratus quoque Characterem, ut pluries jam attentavit, cum publico totius Civitatis scandalo forte surripiat, Sacra Congregatio de tota hac rerum serie a præfato Canonico Lichello recensita certior reddi volens literas dedit Episcopo, qui sub diem 19. Martii 1738. in hæc verba rescripsit. *Sess. 14. c. 7. & Sess. 24. c. 6. de Ref.*

Quintinus Mecchi Pater Diaconi Jacobi Antonii ita dominabatur a vino, ut sui compos fere nunquam esset, & tunc verberibus cruciabat Uxorem, & filios etiam denudatos in lecto repertos, quando noctis tempore ebrius a Caupona redibat; &, cum ipse esset Barbitonsor, aliquando novacula minabatur velle omnibus guttur incidere: tandem in ultima sua ebrietate, dum noctis tempore ad domum redibat, per Scalas ruit cum mortali contusione, & tumore in pectore; quam ob rem, vocato, & advento Sacerdote Ferdinando Colari, tunc Medico, nunc Canonico hujus Ecclesiæ

clesiæ Cathedralis, & viso imminenti periculo mortis, muniri mandavit Ecclesiasticis Sacramentis: Uxor verò dicti Quintini optans propter enunciatas sævitias accelerare illius mortem, dedit dicto filio tunc in ætate novem annorum, & ultra, uti nato 6. Aprilis 1713., pecunias pro emendo veneno, vulgo tossico, quod palam venditur pro oblectamentis Mulierum, & pro munditia capillorum, & ipsamet Uxor in pane cocto miscuit, & Viro exhibuit, qui statim gustato, noluit accipere, & sicut idem Medicus in sensu veritatis, & medio juramento mihi asseruit, eumdem Quintinum objisse ex gravi contusione, & tumore in parte cordis absque ullo signo, sive syntogmate veneni, quinimmo post illius obitum secutum 14. Novembris 1722., nullus rumor inter Vicinos, & Civitatem efflavit de dicto veneno: Indè memoratum puerum Jacobum Antonium sub educatione suscepit probus Sacerdos tunc Sacrista hujus Ecclesiæ Cathedralis, qui, post septem circiter annos, admirans in illo præclarum ingenium, docilitatem, memoriam, & assiduitatem in servitio Ecclesiæ omnem lapidem movit, ut a me initiaretur prima Clericali tonsura, prout, prævia solita affixione Edictorum, absque ullo impedimento, fuit promotus in ordinatione habita in Sabbatho Sancto 16. Aprilis 1729., & successive post quatuor annos, prævia etiam solita affixione Edictorum, absque ullo impedimento, fuit promotus ad quatuor Ordines Minores in Ordinatione Sabbathi Quatuor Temporum post Pentecostem 30. Maii 1733. Postea, antequam ad Ordinem Subdiaconatus promoveretur, in mentem ceciderunt gesta a Matre cum veneno a se empto erga Patrem, & pro quiete suæ conscientiæ aperuit Confessario, a quo pro Parricida fuit habitus, & rejectus, prout pariter, non explicatis forsan circumstantiis nunc cognitis, existimavit unus ex Missionariis tunc in hac Civitate perventis, qui ulterius scripsit Sacræ Pœnitentiariæ, a qua, ut supponitur, fuit rejecta instantia cum Rescripto: Nihil, & accedat ad Urbem; Qua de re, cum ipse in extrema mæstitia, & amaritudine reperiretur, tamdiu fuit a duobus suis confidentissimis Amicis requisitus de tam magno mærore, usquequo ab eo certiores facti fuissent de omnibus sibi obventis; Hinc, initoque consilio, ad quemdam Doctorem eum remiserunt, a quo habita prava deliberatione de recipiendis reliquis Ordinibus Sacris, ex quo facilius dispensatio obtinetur pro Promoto, quam pro Promovendo; & sic istius sequendo opinionem, in solitis Ordinationibus, & ad Diaconatum ascendit, & tam Amici, quam Consiliarius, non obstantibus Edictis promulgatis putarunt, nullum præbere debere impedimentum. Ast subinde ex aliis causis fracta amicitia, ita publicare cæperunt supradictum impedimentum, ut quæ prius erant in solo foro animæ, per plateas per dicta alterius ex Amicis publica fuissent reddita, & pariter deducta ad notitiam præfati Canonici Paulini Licchelli Cancellarii cum onere Mihi, meoque Generali Vicario denunciandi; & ita non solum suspensa remansit promotio dicti Diaconi ad Sacerdotium, sed ulterius fuit ei inhibitum, ne interim se exerceret in Ordinibus susceptis.

His ex enunciata Episcopi relatione acceptis, propositaque postea sub diem 5. Julii 1738. inter supplices libellos instantia præfati Diaconi Jacobi Antonii Mecchi exorantis sibi fieri facultatem ascendendi ad Sacerdotium, EE. PP. rescripserunt: *Lectum, & ad mentem*, quae fuit monendi memoratum Diaconum, quod, nisi prius Episcopus Processum super asserto Parricidii crimine conficeret, eumque absolutum ad Sacram Congregationem transmitteret, ægre nimis dispensationem ab irregularitate esset obtenturus, tametsi idem Episcopus in memorata Relatione plurimum

mum ei favens , ita subjunxisset: *Hæc inquam , EE. PP. est vera & distincti Facti veritas non absque labore educta ex causa, quod prius res esset in solo Foro pœnitentiali, & deinde a dictis duobus Amicis tantummodo divulgata absque ullo alieno judicio: propterea meæ imbecillitati non est datum concipere, ubi nam sit Parricidum, & qua de causa sit contracta irregularitas, cum ex dictis notitiis habitis, & prius ignotis, constet, dictum Quintinum Patrem, & Virum respective, non obiisse ex veneno vix gustato, & statim recusato, sed ex lapsu per Scalas suæ domus, & ex contusione cum magno tumore in pectore in parte cordis; nec in malitia Matris potest conjugi illa Jacobi Antonii filii, ex quo tunc erat puer non doli capax, ut bene educitur, tum ex quo Sacrdos qui eum educavit post mortem Patris, nonnisi post duos annos capacem reddidit sumendi Sanctissimam Eucharistiam, tum etiam quia morsus conscientiæ nunquam habuit, nisi in memoria Facti superventa post adolescentiam, & de tempore proximo, in quo promoveri debebat in Ordine Subdiaconatus, quando, si prius in dolo fuisset, tandiu non distulisset providere suæ conscientiæ. Nihilominus ad tollendam omnem maculam infamiæ ex falsa divulgatione contracta, & ut in foro Animæ tutius procedatur, etiam judicando culpam, ubi non est, quatenus EE. VV. placeat, possent facultatem concedere, ut ad cautelam cum dispensatione absolvatur.*

Menti Sacræ Congregationis morem gessit Diaconus Mecchi, ad cujus proinde postulationem ex formali plurium Testium, suoque judiciario examine compilato Processu tandem prodiit definitiva Episcopi sententia, qua pronuciatum est, *non constitisse, neque constare de asserto Parricidio, & illius divulgationem, & diffamationem fuisse injustam, insubsistentem, & irrelevantem, & proinde dictum Jacobum Antonium Mecchi ab omni infamia ex illa resultante esse purgandum, liberandum, & absolvendum, prout purgamus, liberamus, & pro purgato, liberato, & absoluto haberi volumus, & mandamus, dummodo idem Diaconus Mecchi quoad Forum internum exquirat oraculum Sacræ Congregationis Concilii*; Nunc vero obtemperans præcepto sibi in mox recensita sententia injuncto supplex Eminentissimos PP. exorat, ut dignentur declarare, nullam a se contractam fuisse irregularitatem, vel saltem dispensationem sibi elargiendam esse rescribant.

Porro quod attinet ad incursum in irregularitatem, de quo disceptatur in primo Dubio, quamquam nequeat ille impugnare emptionem veneni Quintino propinandi a se Matris jussu factam, triplici tamen fundamento adhuc putat exinde irregularem non evasisse; Primo quia mors Quintini præcipiti ejus lapsui è Scala, non autem dicto veneno summis tantum labiis vix delibato tribui debeat, juxta testimonium, quod perhibuere tam Medicus, qui curæ morbi interfuit, quam binæ Mulieres nullum neque tempore infirmitatis, neque post eam in toto Quintini corpore propinati veneni signum vidisse affirmantes; Secundo, quod ipse eo tempore, quo venenum emit, novem annos, & sex circiter menses tantum ætatis suæ numeraret, omnisque adeo doli tunc expers esset, ut Patris Cadaver ad Ecclesiam una cum quibusdam aliis Pueris candelam manu tenens palam visus fuerit associare, necnisi post duos annos ab illa die æstimatus sit a Parocho ea mentis cognitione pollere, qui decenter posset ad Sacram Synaxim admitti, adeoque ex sæpedicta veneni emptione nullam dici queat incurrisse irregularitatem, cum ista ex homicidio, aliove crimine non contrahatur a Pueris, nisi post adeptum perfectum rationis usum, quem masculi non ante decimum annum cum dimidio solent assequi, ad

tradita per *Narbon. de ætat. decem. annor. cum dimid. qu.* 7. *n.* 1., & 17. *Avila de Censur. par.* 7. *disput.* 6. *sect.* 1. *dub.* 13. *Sayr. eod. tract. lib.* 6. *cap.* 17. *n.* 31. *Levren. in Jus Can. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 105. *n.* 6. *in fin.*, & tertio demum, quod his omnibus accedunt juramentum ab ipso Oratore in suo judiciali Constituto præstitum, & tandem memorata Episcopi sententia, ex quibus perfici contenditur purgatio canonica eum probe adeo abstergens a quocumque impicti Parricidii reatu, omnique infamia inde oborta, ut jure nequeat impediri, quominus in susceptis Ordinibus ministret, atque ad Presbyteratum promoveatur, juxta expressos *Textus in Can. Habet Can. Mennam* 2. *qu.* 5. *cap. Si quis*, *cap. Ex tuarum* 8., & *cap. Inter* 10. *de Purgat. Canonic.*, & docent cum aliis *Reinffenstuel. in Jus Can. lib.* 5., *tit.* 34. *n.* 17. *Zoes eod. tit. n.* 7., *Canisius n.* 3., *Vallen. num.* 6. *vers. Effectus*, & *Levren. ibid. qu.* 467. *n.* 1., & consonat Resolutio Sac. Congregationis edita in *Plocen.* 17. *Martii* 1646. *lib.* 18. *Decret. pag.* 65.

Hæc pertinent ad primum Dubium; Ubi vero irregularitas censeatur contracta, itaut oporteat aggredi disputationem secundi, blanditur sibi Orator, gratiam dispensationis non ægre obtinere, tum inspecta imbecilli adeo ætate novem annorum, qua sibi contigit illud qualecumque flagitium admittere, tum etiam ex eo, quod modo reperitur in Sacris Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinibus jam constitutus, itaut multo facilius videatur sibi permittendus ulterior ad Sacerdotium ascensus.

Quia tamen nomine quorumdam Civium acris fit contradictio, ne Diacono Mecchi petita gratia concedatur, duo propterea videntur in hac re potissime ponderanda, alterum, an inde conjectetur, tantam adhuc commissi Parricidii diffamationem in ea Civitate vigere, ut controversa memorati Diaconi ad Presbyteratum promotio gravem forte in Clero, & Populo offensionem esset paritura; Alterum vero, num reipsa Diaconus ille, uti contendunt memorati Cives, postulata dispensatione se indignum reddiderit, dum, hac sibi a Sac. Pœnitentiariæ Tribunali denegata, ausus fuit sacros Ordines suscipere, ut faciliorem sibi ad illam impetrandam pararet aditum; Neque enim qui commisit in legem, debet inde commodum reportare, juxta *Text. in Can. Est injusta* 23. *qu.* 4. *Can. Sane de pœnit. dist.* 3. *in cap. Ut Clericorum de vit. & honest. Clericorum*, & *in cap. fin.* §. *Cum in eo de Immunit. Eccl.* ibi: *Cum in eo, in quo deliquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem, mandamus, quatenus publice nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quia faciunt se indignos*, & ex monito D. Augustini *Epist.* 70. *ad Aurelium*, ita scribentis, *non est danda via Servis Dei, ut facilius putent eligi ad aliquod melius, si facti fuerint deteriores*, statuunt communiter Canonistæ, inter quos *Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect.* 4. *nu.* 24., & *Corrad. de dispensat. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 12., & 13.

Onus itaque erit Eminentissimorum PP., omnibus perpensis, respondere.

I. *An constet de Irregularitate*, & quatenus affirmative.

II. *An sit concedenda dispensatio in casu &c.*

Die

Die Sab. 17. Decemb. 1740.

RESumpto Folio postremæ Congregationis sub diem 3. currentis mensis habitæ, dignabuntur Eminentissimi PP. tres Causas in eo descriptas, & mox indicandas decidere.

CASSANEN. DISMEMBRATIONIS. *Sess. 21. c. 4. de Ref.*

I. *An constet de nullitate Dismembrationis Ecclesiæ S. Juliani Castri Villarum in casu &c., & quatenus affirmative.*

II. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

III. *An novus Parochus Ecclesiæ S. Josephi, ejusque Successores debeant ad instar aliorum Presbyterorum participare de Massa, aliisque emolumentis Ecclesiæ, & Cleri S. Juliani in casu &c.*

IV. *An aliqui Sacerdotes, & Clerici dictæ Ecclesiæ S. Juliani debeant inservire Ecclesiæ S. Josephi juxta ordinationem Episcopi, & nihilominus participare de Massa, & emolumentis Ecclesiæ S. Juliani in casu &c.*

Ad Primum affirmative. Ad secundum deputandum esse ab Episcopo in Coadjutorem alterum ex Presbyteris participantibus, qui resideat penes Ecclesiam S. Joseph ibique curam Animarum exerceat, juxta modum ab eodem Episcopo præscribendum cum exemptione a servitio Chori in Ecclesia S. Juliani; Ad tertium, & quartum satis provisum.

IMOLEN. *Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celebr. Miss.*

An sit locus absolutioni, & reintegrationi in casu &c.

Affirmativè ex gratia.

ALEXANEN. IRREGULARITATIS. *Sess. 14. c. 7. & sess. 24. c. 6. de Ref.*

I. *An constet de Irregularitate*; & quatenus affirmativè.

II. *An sit concedenda dispensatio in casu &c.*

Concedendam esse dispensationem ad Cautelam.

CAMERINEN. UTENSILIUM. Contendentibus Rectoribus plurium Cappellaniarum, quæ in Collegiata Ecclesia Sanctæ Mariæ Oppidi Matelicæ erectæ reperiuntur, Sacrarium ejusdem Ecclesiæ teneri Paramenta Sacra, Ceram, aliaque ad Missarum celebrationem necessaria eis gratuito subministrare, nonnulli ex Canonicis sub annum 1715. Supremo huic Senatui supplicarunt declarari, Capitulum, ejusque Sacrarium non posse ad ejusmodi onus perferendum obstringi, sed ei licitum esse partem aliquam ex Missarum eleemosynis subducere, eamque in utensilium causam erogare: At proposito ad eorumdem Canonicorum preces Dubio: *An liceat Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Matelicæ retinere aliquid ex eleemosyna Missarum pro utensilibus, & in qua quantitate in casu &c.*, die *Sess. 22. Decr. de evit & obser. in celebr. Missa.*

1. Junii 1715. prodiit Rescriptum: *Dilata, & ad D. Secretarium juxta instructionem.*

Post editum ejusmodi Rescriptum Causa usque ad annum 1737. siluit; Cum autem modernus Episcopus in Pastorali Visitatione sub mensem Decembris dicti anni 1737 habita animadvertens magnos sumptus, quos Sacrarium sæpedictæ Ecclesiæ sustinet pro quotidiana Missarum celebratione, decreverit „ che tutti li Rettori, Capellani, ed altri Sacerdoti, che celebreranno nella detta Chiesa Collegiata per adempimento delli Legati „ perpetui, e ad tempus, paghino un bajocchò per Messa da applicarsi per „ mantenimento delle Sacre Suppellettili della Sagrestia, non eccettuando „ alcuno benchè Canonico, anzi dichiarando, che questi tanto della massa „ vecchia, quanto della massa nuova, o siano aggiunti debbano onninamente pagare come sopra, non essendo però li Canonici medesimi compresi nel presente Decreto per la celebratione delle Messe Capitulari, ed „ altri obblighi annessi alli loro Canonicati „: Cappellani vero, aliique Sacerdotes obstricti onere celebrandi in dicta Ecclesia detrectent ejusmodi Episcopi Decreto obtemperare, Capitulum proinde è re sua esse duxit veterem controversiam resumere, ejusque definitionem a Sacro Eminentissimorum PP. Tribunali implorare sub binis Dubiis, quæ ad calcem Restrictus apponentur.

Quod attinet ad primum Dubium, num scilicet Cappellani antedicti, aliique Sacerdotes, ac etiam Canonici ipsi pro celebratione Missarum, quæ suis Canonicatibus non sunt adnexæ, teneantur expensas pro Sacris utensilibus subire, Capitulum hæc in facto expendenda proponit; primo, quod annuus reditus Sacrarii sit adeo tenuis, ut nedum enunciato utensilium oneri, sed neque aliis, quibus gravatur, sumptibus par esse queat; secundo, quod in omnibus ferme Ecclesiis Oppidi Matelicæ ad hanc usque diem consueverit obulus unus ex manuali cujusque Missæ eleemosyna pro utensilibus detrahi: tertio, quod, si, hactenus Paramenta Sacra, Cera, aliaque necessaria pro Missarum celebratione fuerunt Cappellanis, & Sacerdotibus antedictis absque ullo celebrantium sumptu tributa, id porro non ex necessitate, aut obligatione peractum doceri possit, sed ex mera tolerantia, & Capituli largitate contigerit, adeoque nullum sibi jus possint Cappellani ex asserta consuetudine adstruere; & quarto demum, quod Sacra hæc Congregatio sub diem 3. Augusti 1686. reductionem Missarum cujusdam Cappellaniæ nuncupatæ *Lozzi* in eadem Collegiata Ecclesia fundatæ permiserit ad rationem eleemosynæ manualis, addita clausula: *detracto uno obulo pro utensilibus Sacris cujuslibet Missæ.*

Post hæc in facto proposita, si transitus fiat ad ea, quæ juris sunt, receptum utique communi videtur calculo, quod omnes, & singuli Beneficiati, aliiq. Cappellanias sub perpetuo Missarum onere obtinentes, ac ipsi quoque Canonici teneantur pro utensilibus Sacrario Ecclesiæ, ubi Missarum celebrationem peragunt, contribuere, juxta cujusque Ecclesiæ praxim, uti testantur *Monacell. in formular. fori Eccl. p. 4. n. 18. pag* 107., & ex recentioribus *Ursaya tom. 4 par. 2. discept. 22. num. 67. tom. 5. par. 2. discept. 26. n. 4. Piton. de controv. patron. allegat.* 54. *num.*46., *& alleg.* 100. *n.* 165., & constat ex literatis Resolutionibus Sacræ Congregationis, & signanter editis in *Derthonen. 6. Julii* 1626. *in Romana* 26. *Maii* 1679 *& in Auximana*, in qua, licet ageretur de Ecclesia Cingulana peculiares habente reditus Sacris supellectilibus instruendis addictos, discusso Dubio: *An Rectores Beneficiorum, Cappellani, aliique Celebrantes in Ecclesia Collegiata Cinguli teneantur solvere utensilia Capitulo dictæ Ecclesiæ, & pro qua summa in casu &c.*, die 23. Februarii 1726. rescriptum fuit,

fuit, *Rectores Beneficiorum*, *Cappellanos perpetuos*, *Canonicos obtinentes ultra Canonicatum Cappellanias perpetuas*, *& ipsum Capitulum pro rata onerum perpetuorum teneri ad solutionem utensilium Sacristiæ ad rationem unius oboli pro qualibet Missa*, *exceptis tantum a solutione utensilium Missis adventitiis*, *in Romana* 10. *Maii* 1727., & novissime in alia *Romana Utensilium* 24. *Martii* 1736.

Et quamvis in Decretis, quæ tempore san. mem. Urbani VIII. fuerunt ab hac Sac. Congregatione super Missarum celebratione edita, cautum habeatur, *permittendum non esse*, *ut Ecclesiæ*, *ac Loca pia*, *seu illorum Administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum ullam utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum*, *quas subeunt in Missarum celebratione*, *nisi cum Ecclesiæ*, *& Loca Pia alios non habent reditus*, *quos in usum earumdem expensarum erogari licite possint*, *& tunc quam portionem retinebunt*, *nullatenus debere excedere valorem expensarum*, *quæ pro ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessario sunt subeundæ*, *& nihilominus eo etiam casu curandum esse*, *ut ex pecuniis*, *quæ supersunt*, *expensis ut supra deductis*, *absolute tot Missæ celebrentur*, *quot præscriptæ fuerint ab Offerentibus eleemosynam*, hujusmodi tamen Decreta loqui dumtaxat de Missis manualibus, & adventitiis, non autem de quotidianis, & perpetuis, notavit *Rot. dec.* 463. *num.* 6. *&* 6. *cor. Molines*, & satis colligi videtur ex memorato Rescripto edito in cit. *Auximana*, ubi Missæ adventitiæ, & manuales ab onere solvendi utensilia excipiuntur.

Hæc primum respiciunt Dubium; Circa II. vero, in quo disceptatur de summa, & quantitate, in qua controversa utensilia solvi debeant, receptior sententia est, sumptus eorumdem utensilium Sacrario Ecclesiæ, in qua Missarum celebratio adimpletur, persolvendos esse in ea summa, quam communis cujusque loci, & Ecclesiæ usus præfinivit, quemadmodum tradit *Pasqualig. de Sacrif. novæ legis tom.* 2. *quæst.* 968. *num.* 4. *Monacell. formular. legal. for. Eccli p.* 4. *num.* 181. *p.* 107. *Ursaya tom.* 4. *p.* 2. *discep.* 22. *num.* 67., *& Piton. de controv. Patron. cit. alleg.* 54. *num.* 56.; Quocirca, licet in Urbe mos vigeat solvendi annua scuta quatuor pro qualibet Missa quotidiana, & usus iste fuerit ab hoc Sacro Senatu pluries approbatus, & præsertim in *Romana* 26. *Martii* 1679., *in alia Romana* 10. *Maii* 1727. *in Romana Utensilium* 24. *Martii* 1736., & novissime in *Romana Utensilium* 13. *Septembris* 1738., in præsenti tamen Causa spectandum potissimè videtur, quid hactenus in memorato Matelicæ Oppido persolvi consueverit.

Omnibus itaque perspectis, dignentur EE. PP. statuere.

I. *An Cappellani*, *& alii Sacerdotes*, *etiam Canonici celebrantes in Ecclesia Collegiata Sanctæ Mariæ Terræ Matelicæ pro adimplendis oneribus Missarum propriis Cappellaniis*, *vel sibi ipsis alio titulo*, *quam ratione Canonicatus incumbentibus teneantur contribuere Sacristiæ dictæ Ecclesiæ pro Sacris supellectilibus*; *&* quatenus affirmativè.

II. *Quænam Taxa sit servanda in casu &c.*

Dilata ad Primum.

ULYS

ULYSSIPONEN. ORIENTALIS PROFESSIONIS. Cupiens Aloysius de Almeida Religiosæ Professionis vinculo, quo die 21. Aprilis 1721. in Conventu B. M. V. Gratiarum Ordinis Eremitarum S. Augustini ob violentias præsertim ab Adriano patre illatas se obstrinxit, liberari, beneficium restitutionis in integrum adversus quinquennii lapsum imploravit, illudque die 3. Septembris proximè præteriti obtinuit sibi elargiri, exhibito Processu Sacræ Congregationis jussu confecto; ex quo duo hæc præ ceteris visa sunt legitimè, ac plene comprobata.

Alterum scilicet, quod Adrianus Oratoris Parens, ubi primum accepit animum filii, qui Novitiatum inchoaverat, Religioso statui aversum, ac reluctantem, nedum cæperit eum minis terrere,, dicendo, che certa-
,, mente l'aurebbe frustato molto bene, e doppo mandato nell'Indie, se non
,, professava, e che se fosse venuto a sua notizia, che l'Impetrante nel Con-
,, vento pronunciasse simili sentimenti (videlicet che non aveva genio di
,, farsi Frate) senz'altro lo avrebbe ridotto in pezzi,, necnon pugnis, colaphis, aliisque verberibus torquere,, ripetendo, che se pronunciasse
,, altra volta l'istesse parole, e che non professasse, lo avrebbe fatto per un
,, Schiavo battere molto bene, fino à ponerlo alla Santa Unzione, e doppo
,, mandato all'Indie legato come un birbo, e che non lo riconosceria più
,, per suo figliuolo,,sed etiam in ipsum non semel stricto ense insilierit, quemadmodum de re, cui præsentes adfuerunt, testati sunt in eorum examine Antonius de Corvaglio, & Sacerdos Joseph de Sylva.

Alterum vero, quod Magister Novitiorum, antequam Aloysius ad Professionem admitteretur, in Capitulo palam retulerit, se illum Religioni aptum non judicare, quippe quem optime conjiciebat in ea ob manifestam suam aversationem minime perseveraturum, uti habetur ex testimonio, quod perhibuere tam Frater Alexander de Faria hisce verbis,, sà
,, per aver veduto, conforme era notorio, che l'Impetrante professò per
,, paura dei Parenti, e contro la sua volontà, tanto che avanti al professa-
,, re, essendo costume, ed uso, secondo la Regola della Religione, che
,, ordina, che il Maestro de Novizj informi in piena Comunità la buona
,, inclinazione d'ogni Novizio, così il suo Maestro chiamato Fr. Giovanni
,, D. Endrade già defonto diede relazione in piena Comunità della positiva
,, aversione, e repugnanza, che esso aveva allo stato Religioso, e che per
,, questo non lo giudicava capace di poter perseverare nella Religione,, quam alii undeviginti Religiosi ita se explicantes: *Testamur ulterius, quod cum mos vigeat secundum Regulam, quod Magister Novitiorum, antequam Professio emittatur a Novitiis, teneatur repræsentare in plenæ Communitate statum, progressum, bonamque indolem cujusque Novitii, ita præsentes fuimus, quando P. Magister Novitiorum prædicti Fr. Ludovici de Almeida retulit in plena Communitate aversionem, & repugnantiam, quam ille fovebat ad statum Regularem, quodque proinde eum non dijudicabat idoneum pro Religionis perseverantia.*

Cum autem Orator sic in integrum restitutus, ac in Urbe præsens Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnanti dimisse supplicaverit, ut cognitionem nullitatis suæ Professionis huic eidem Sacro Consessui delegaret, Sanctitas verò Sua ob peculiares, gravesque causas sibi expositas justum, æquumque duxerit ipsius precibus annuere, rogat ille hodie Eminentissimos PP., ut, resumpto Folio dictæ diei 3. Septembris una cum juribus tunc distributis, quæ putat in finem probandi Professionis invaliditatem apprimè suffragari, atque sufficere, non dedignentur declarare. *An constet de nullitate Professionis in casu &c.*

Attenta speciali remissione Sanctissimo D. N. facta, affirmative.

NEA-

NEAPOLITANA MATRIMONII. Exoptans Rosaria Papi inire nuptias, quas sub diem 29. Aprilis 1720. Carolo Maccarro promiserat, Archiepiscopalem adiit Curiam, ut testimoniales literas sui status liberi obtineret, iis verò denegatis sub fundamento, quod illa non Sponsalium modo, sed & vinculo Matrimonii sub diem 12. Februarii dicti anni 1720. coram Parocho S. Mariæ ad Nives cum Gerardo Piccolomineo secundogenito Principis de Valle contracti obstricta reperiretur, curavit primum sibi ab eodem Gerardo concedi licentiam nubendi, cui ipsa mallet, deindeque supplicem Summo Pontifici porrexit libellum, quo, post recensitam seriem dicti Matrimonii inter ipsam, & d Gerardum attentati, ita subdidit „ E perche poi sotto li 12. del detto mese di Febbraro sì dall' „ Oratrice, che dal detto Cavaliero si attentò per l'effettuazione di un tal „ matrimonio, portandoci ambedue nella Chiesa Parochiale di detto Paroco, qual Contratto restò ineffettuato a causa, che il medesimo stava „ sollennemente celebrando, e perche ancora terminata la Messa il medemo „ Paroco a bello studio ritirossi convenendogli ad ambidue partire da detta „ Chiesa senza avere potuto ottenere il loro fine, che però risaputosi dal „ Prencipe di Valle Padre del detto Cavaliere il detto commesso attentato „ procurò per mezzo regio, che l'Oratrice restasse assicurata in un Monastero, ed il Cavaliere nel Castello di S. Elmo. In questo stato di cose „ l'Oratrice ritornata in se stessa, e conscia della disparità di questo attentato matrimonio, che s'era ideato contrarre col sudetto Cavaliere, ha „ procurato potersi accasare con altro suo pari, e fatt'istanza nella Curia „ Arcivescovale per la fede del suo stato libero, dopo lunghi strapazzi gli „ fu quella denegata, per il che fu costretta ricorrere alla S. C. del Concilio, e non avendo potuto ottenere il suo intento, e perchè una tale „ tardanza resta apportando molto pregiudizio alla medema, prostrata a „ piedi della S. V. ossequiosamente la supplica, che restino ricevute le sue „ giuste istanze nella detta Sagra Congregazione del Concilio, nella quale „ debba considerarsi, che l'attentato fatto non restò adempito con il necessario spiego della loro volontà alla presenza del Paroco, che ne fuggì un „ tale incontro, come dal medesimo per verità si attesta: e restando questo, „ che puri Sponsali, li medesimi di già ne restarono disciolti per la ritrattazione fattasi dall'Oratrice, che dal Cavaliere.

Sess. 25. c. 19. de Regul.

Libellus iste fuit tunc temporis ad Sacrum hunc Senatum remissus, cumque eidem paucos ante menses fuissent jam exhibitæ preces nomine præfati Gerardi supplicantis declarari, se nullo neque Sponsalium, neque matrimonii vinculo cum dicta Rosaria devinctum esse, rogatus proinde cl. me. Cardinalis Pignatellus tunc Archiepiscopus Neapolitanus Sacram Congregationem de tota rei gestæ serie certiorem reddere, suique animi sententiam aperire, duo præ cæteris notatu magis digna in literis sub die 29. Maii 1723. ad Eminentissimos PP. datis recensuit.

Alterum scilicet, quod dictus Parochus S. Mariæ ad Nives, coram quo controversum matrimonium fuit attentatum, ad instantiam Principis de Valle sub diem 25. Februarii dicti anni 1720. hanc emiserit declarationem „ Come li 12. Febbrajo del corrente 1720. nel mentre, che stavo „ celebrando Messa solenne, fui fatto avvisato dal Chierico, come l'Illustrissimo Sig. D Girardo Piccolomini era venuto in Chiesa con Rosaria „ Papa per contrarre matrimonio contra Ritum Ecclesiæ, il che inteso da „ me, raccomandando il fatto alle SS. Anime del Purgatorio, seguitai la „ S. Messa, alla quale assisterono in ginocchioni detto Sig. D. Girardo, e „ Rosaria senza dir cosa alcuna, sicchè appena terminata la S. Messa mi posi „ a fugire con tutta fretta in Sagrestia, e fatte serrare le porte mi ritirai so-

„ pra

„ pra una Congregazione eretta dentro la ſudetta Chieſa, ed in queſto mentre detto Sig. D. Girardo, e Roſaria non diedero paſſi alcuni, ne diſſero alcuna parola, ma quaſi ſtorditi ſe ne ſtiedero lungo ſpazio di tempo in Chieſa, ne da me fu inteſa parola alcuna proferita da detti Pretendenti,, Poſtmodum verò in alia declaratione ad preces Roſariæ emiſſa teſtatus fuerit, ſe, dum completo Miſſæ Sacrificio, relictoque ſuper Altari Calice Sacrarium verſus feſtinanter procederet, ne Matrimonio aſſiſtere cogeretur, hæc duntaxat verba a Gerardo prolata audiviſſe: *Sig. Paroco*, addens præterea, priorem declarationem potius ob Principis reverentiam a ſe fuiſſe emiſſam, quam ut probaret, (ſunt verba relationis cl. me. Cardinalis Pignatelli) revera ita ſe rem habuiſſe.

Alterum vero eſt, quod nedum idem Gerardus, quum in Arce S. Elmi, in quam fuerat poſt attentatum matrimonium conjectus, adhuc mancipatus reperiretur, appoſite rogaverit Sacerdotem Joannem Andretta, qui eamdem Arcem una cum Sacerdote Agnello fuerat ingreſſus, ut præfato Eminentiſſimo Archiepiſcopo ſignificaret, ſe jam a quinque fere menſibus in Carcerem detruſum miſerrimam agere vitam ob Matrimonium rite, valideque cum Roſaria Papa coram proprio Parocho, & Teſtibus celebratum, quin etiam eidem Archiepiſcopo ſub die 7. Februarii 1721. Epiſtolam miſerit, qua proteſtabatur, quamcumque declarationem a ſe antea editam, quod nempe ipſe nuſquam habuerit animum ineundi aſſertum matrimonium, nullo numero habendam eſſe, quippe quæ per minas ſibi a Parentibus illatas fuerat extorta; verum etiam quod ſæpedicta Roſaria in ſupplici quodam libello ei porrecto ſub jurisjurandi religione adfirmaverit, nonniſi per vim, ac dolum a Parentibus Gerardi adhibitum ſe ſubſignaſſe declarationem quamdam latino idiomate exaratam, in qua ſcriptum fuerat, ipſam haud quaquam in actu Matrimonii protuliſſe verba: *d'accettare il predetto Sig. D. Gerardo per ſuo legitimo Spoſo*.

His autem ex relatione Eminentiſſimi Archiepiſcopi acceptis, ac una ſimul pluribus aliis documentis, & atteſtationibus nomine Gerardi Piccolominei exhibitis S. M. Benedictus XIII. Cauſæ cognitionem delegavit Congregationi Particulari, quæ, aſſumpto ſub diem 29. Maii 1726. illius examine, reſcripſit: *Dilata, & examinentur Parochus, & Teſtes formiter juxta inſtructionem*, in hæc verba Eminentiſſimo Archiepiſcopo Neapolitano traditam; Primo, *ut E. V. tranſmittere dignetur ſecundam illam Parochi atteſtationem, ſeu declarationem, quam in ejus informatione data ſub diem 29. Maii 1723. ad Sac. Congregationem Concilii ait ſibi fuiſſe exhibitam*. Secundo, *ut E. V. vel per ſe ipſum, vel per aliam Perſonam ſibi bene viſam, & a ſe ſubrogandam interroget Roſariam Papam ſuper omnibus, & ſingulis, quæ contigerunt in Matrimonio, quod ſupponitur contractum in facie Eccleſiæ, & coram Paroco, & Teſtibus*. Tertio, *quod terminum præfigat eidem Roſariæ ad comparendum, & ſua jura deducenda tam in iſto Archiepiſcopali Foro, quam in ſupradicta Congregatione a Sanctiſſimo deputata*. Quarto, *quod quatenus dicta Roſaria comparere noluit, aut non poſſit, Eminentia Veſtra deputare non gravetur Juniorem Promotorem Fiſcalem, aut aliam Perſonam ſibi bene viſam, quæ aſſiſtat juribus Matrimonii, & det Teſtibus interrogatoria*. Quinto, *quod percurrere dignetur E. V. adjunctum ſummarium exhibitum in dicta particulari Congregatione pro parte Gerardi de Piccolominibus, ut recognitis Hominibus, tam Parochi, quam Teſtium, qui fecerunt atteſtationes extrajudiciales, Parochum prædictum, & ſi non omnes, ſaltem aliquos ex Teſtibus examini ſubjiciat formali, & ſub interrogatoriis, uti ſupra, dandis*. Sexto, *quod ſi poſſibile eſt, aliquos Teſtes ex officio examinet ultra*

ultro inductos a Gerardo, ut veritas melius haberi possit; Et ultimo demum, *quod omnia Acta, ut supra compilata transmittere non dedignetur*.

Ad normam itaque hujus instructionis fuit in Curia Archiepiscopali Neapolitana judiciario subjectus examini antedictus Parochus, qui totam controversi Matrimonii historiam ita enarravit. „ La mattina seguente 12.
„ del detto mese di Febraro 1720. mentre stavo celebrando la Messa di Re-
„ quie, fui avvisato, che erano già venuti li detti D. Gerardo, e Rosaria,
„ e che stavano inginocchiati avanti l'Altare. Qual avviso mi portò con-
„ turbazione d'animo, perchè considerai, che erano venuti per contrarre
„ clandestinamente tra loro Matrimonio, che da me la notte antecedente
„ erasi procurato non farlo seguire; Raccomandatomi alle Sante Anime del
„ Purgatorio, mi venne in pensiere farli sentire, che non mi avessero di-
„ sturbato, mentre dicevo Messa, perche quella finita li aurei data tutta
„ quella soddisfazione, che desideravano, qual finita lasciai il Calice sull'
„ Altare, e pensai frettolosamente partirmi in Sagrestia, ivi chiudermi,
„ e non far seguire il Matrimonio trà loro, ma tutto conturbato, e tutto in-
„ tento alla fuga mi ricordo, che fui trattenuto dal detto D. Gerardo, con
„ afferrare la mia Pianeta, ed io in vedermi trattenuto mi posi a gridare di-
„ cendo ad alta voce *Scomunicati non ne voglio saper niente*, e parole si-
„ mili, ed in questo atto, mi ricordo, che detto D Gerardo parlò, ma
„ quali precise parole dicesse, non mi ricordo, solamente mi ricordo, che
„ disse *Signor Paroco*, e le altre, che disse, io non le intesi, perche stavo
„ disturbato, e gridavo, e scappato dalle mani di D. Gerardo subito con
„ celerità mi portai in Sagrestia, e subito feci chiudere la Porta &c. Usci-
„ to poi da dentro, di detta Sagrestia, da alcuni Marinari, i quali si erano ri-
„ trovati presenti in Chiesa, mi fu riferito, che d. D. Gerardo, dopo che
„ io ero entrato in detta Sagrestia, ed avevo fatta chiudere la Porta, era
„ venuto appresso, e faceva violenza nella Porta per aprirla.

Deinde vero in eodem examine circa decimum quartum articulum interrogatus respondit „ Il detto Gerardo mi trattenne per la Pianeta, il quale
„ parlò, e solamente intesi, come ho detto questa parola *Signor Paroco*, ma
„ le altre non le intesi, ne intesi se la detta Rosaria anco avesse parlato, e
„ detto avesse, e questo è mio Sposo „ o voglio per Sposo, ne mi ricordo,
che ciò mi avesse riferito „ ita insuper subdens „ e quantunque non avessi
„ io inteso l'espresso loro consenso, dai fatti antecedenti, dal loro accesso
„ fatto in detta mattina in mia Chiesa, e da quel che fecero, e dissero in
„ mia presenza in quel modo, come sopra ho deposto, fatta matura rifles-
„ sione sopra detto fatto, dopo alcuni giorni, giudicai, come giudico pre-
„ sentemente, che detti D. Gerardo, e Rosaria in detta mattina tra loro
„ contraessero valido il Matrimonio, e sono stati, e sono veri marito, e
„ moglie, senza avere alcun riflesso a ciò, che mi fu riferito, che espresso
„ avessero il loro consenso per verba de presenti, benchè da me non inteso,
„ poichè, ancorchè dico, tal consenso non l'avessero espresso con parole,
„ il fatto fu dimostrativo, ed espressivo del loro mutuo consenso di far trà
„ loro de presenti il matrimonio.

Plures itidem Testes fuerunt examinati, sed omnes in eo convenere, quod ea dumtaxat verba a Gerardo prolata: *Signor Paroco, Signor Paroco*, audiverint, unus autem Job Spenna alter ex illis, & Parochi Frater hæc addidit „ Il detto mio Fratello ricevuto l'avviso spicciò con molta fretta
„ la S. Messa, e dopo finito l'Evangelio di S. Giovanni di fretta incominciò
„ a calare dall'Altare per andarsene in Sagrestia e li dd. D. Gerardo, e Ro-
„ saria tenendosi l'uno con l'altro per la mano se li fecero avanti, e il detto
„ Paroco subito cominciò a gridare, ed udii, che il detto D. Gerardo disse:

M , *Si*

,, *Signor Parochiano*, *Signor Parochiano*, e mi avviddi, che così detto
,, D. Gerardo, che la detta Rosaria Papa parlarono, o dissero altre parole,
,, le quali non potei udire distintamente; perchè quantunque udissi la voce
,, di ambedue, non potei distinguere le loro parole per il gran ramore subito
,, insorto in detta Chiesa per le molte Persone, che vi stavano ascol-
,, tando la Santa Messa, e perciò io non potei distinguere altre parole,
,, che furono dette da sudetti D. Gerardo; e Rosaria: entrato in Sacrestia
,, il Paroco fece chiuder la Porta, e il d. D. Girardo però rimasto in Chiesa
,, si mostrava molto adirato contro detto Paroco, e la detta Rosaria mostra-
,, vasi rammaricata, e dolente; ed io che stavo presente, udii, che detto
,, D. Gerardo per consolarla li diceva; *che hai? Noi siamo già sposati*, e
,, doppo qualche tempo; perche viddero, che il Paroco tardava ad uscire, a
,, cui dimostravano voler parlare, se n' andiedero via.

Post confectum ejusmodi Processum in hanc usque diem siluit Causa; Cum autem Sanctissimus Dominus Noster (illius definitionem urgente Gerardo Piccolomineo) prævia avocatione a dicta Congregatione particulari, illam denuo Sacro isti Consessui decidendam remiserit, rogantur hodie Eminentissimi PP. ex juribus, quæ ad ipsorum manus deferentur, sapienti, quo solent, oraculo pronunciare.

An constet de Sponsalibus, & Matrimonio, vel potius sint concedendæ Literæ Testimoniales super statu libero in casu &c.

Dilata, & detur Defensor Matrimonii sumptibus Instantis.

MELEVITANA LEGATI. In testamentariis Tabulis, quas sub initium anni 1729 condidit Lucretia Falson, inter cetera præcepit Theresiæ filiæ, & hæredi ex toto asse ad conspicuam summam scutorum centum, & quinquaginta millium monetæ Melitensis ascendente institutæ, ut scuta septem millia Conservatorio Puellarum in Civitate Brumulæ sub Episcopi cura, & regimine paucis ab inde annis fundato persolveret, statim ac idem Conservatorium sub Regulari Instituto S. Theresiæ erectum esset ,, con le sue Regole, clausura, e conferma, ed approvazione del
,, Sommo Pontefice nella forma, che si trovano eretti, e fondati i Mona-
,, sterj di quest'Isola; sotto però l'espressa condizione, e non altrimenti,
,, che, se detto Monastero non sarà eretto con tutte quelle condizioni, co-
,, me sopra frà il termine di cinque anni da principiarsi dal giorno della
,, morte di essa Testatrice, o che non sarà eretto sotto la Regola di S. Tere-
,, sa, il presente legato s'intenda ipso fatto nullo, e di niun valore.

Postmodum vero in Codicillis die 21. Februarii 1733. confectis, hæc circa ejusmodi legati solutionem adjecit: *Consecutio, exactio, petitio, & solutio illorum scutorum 7000. monetæ alias per ipsam in ejus solemni testamento titulo legati relictorum Conservatorio, seu Monasterio sub titulo S. Margaritæ fundato in Civitate Bramulæ fiat, & fieri mandavit post lapsum annorum quinque, & continuorum, & completorum a die sui obitus infra numerandorum, & non antea; & si infra prædictos annos quinque dictum Conservatorium, seu Monasterium, ejusque Moniales, seu Puellæ essent suppositæ totali jurisdictioni, gubernio, Regulis, administrationi, & gubernationi Patrum Discalceatorum Conventus sub titulo S. Theresiæ Ordinis Carmelitani, eorumque Superiorum, alioquin memorata scuta 7000. minime consequantur, nec consequi valeant, & legatum hujusmodi censeatur revocatum, & annullatum, prout illud ex nunc pr*

tum

tunc revocavit, & revocat, cassavit, & cassat, annullavitque, & annullat, ac si minime in præcalendato ejus solemni testamento ordinatum fuisset, non obstantibus prorogationibus temporis prædictorum annorum quinque, aliisque gratiis, & indultis a Sanctissimo D. Nostro, ejusque Sede Apostolica, aliisque Superioribus forte impetrandis contra præsentem conditionem, & voluntatem ipsius Dominæ Codicillatricis in præsenti Capitulo enunciatum, ac volens, & mandans, eorum impetratione, & obtentione nullatenus illius conditionem, & voluntatem, ac intentionem ipsius Dominæ Codicillatricis deleri, atque infirmari posse, & non aliter alias, nec alio modo.

E vivis erepta sub diem 7. Martii dicti anni 1733. Testatrice, Præsides Ordinis Carmelitani ad petitionem Fratrum Conventus Melitensis, atque in obsequium tum Episcopi, tum magni Magistri Religionis Hierosolymitanæ erga idem Conservatorium summopere munifici die 21. Maii ejusdem anni cuicumque juri, quod deinceps ratione enunciati legati super eodem Conservatorio sibi competeret, renuntiarunt; Hinc vero cum memorata Theresia filia, & hæres Testatricis renunciationi huic innixa cæperit contendere, se ad prædicti legati solutionem amplius non teneri ob defectum conditionis asserto legato in Codicillis adjectæ, quod scilicet *dictum Conservatorium, seu Monasterium, ejusque Moniales, seu Puellæ essent supposita totali jurisdictioni, gubernio, regulis, administrationi, & gubernationi Patrum Discalceatorum Conventus sub titulo S. Theresiæ Ordinis Carmelitani, eorumque Superiorum*, Priorissa, & Puellæ ejusdem Conservatorii supplicarunt san. mem. Clementi XII., ut ista conditione improbata, controversum legatum Conservatorio applicare dignaretur, sed quia, propositâ Causa in hoc Sac. Consessu, cujus suffragium Summus Pontifex exquiri mandaverat, ad Dubium: *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro applicatione legati scutor. septem millium favore Conservatorii in casu &c.* die 22. Maii 1735. responsum fuit, *Reproponatur post lapsum quinquennii*, suam propterea eædem Priorissa, & Puellæ instaurant hodie petitionem exponentes, dictum Conservatorium ex Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ in verum Monasterium sub Regula S. Theresiæ, & sub ordinaria Episcopi Jurisdictione jam reperiri institutum.

Hac igitur perspecta circumstantia, libratisque juribus utrinque per manus Eminentiarum Vestrarum facile circumferendis, declarandum proponitur.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro applicatione legati scutorum septem millium favore Conservatorii in casu &c.

Legatum deberi Monasterio.

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM. In Concordia sub annum 1724. inter Archipresbyterum Ecclesiæ S. Mariæ, & binos alios Rectores Ecclesiarum S. Petri, & S. Angeli in Oppido Frusinonis existentium inita, subindeque ab Episcopo in Pastorali visitatione approbata inter cetera expressum legitur, Ecclesiam S. Mariæ esse aliarum Matricem, ejusque Archipresbyterum in subalternis Ecclesiis extra dicti Oppidi mœnia erectis Parochiali jurisdictione potiri, eique plures attributas fuisse prærogativas, quæ, uti asseritur, antea ex sola dictorum Rectorum conniventia, & urbanitate illi permittebantur; e converso autem Parocho & Clero Ecclesiæ S. Petri prohibitum ibidem est, ne imposterum occasione festivitatis Assumptionis B. Virginis Ecclesiam S. Mariæ processionaliter Sess. 25. c. 13. de ref.

ter adeant, neve amplius in ea Parochiales actus exerceant, pecuniaria scutor. 100. statuta pœna arbitrio Episcopi applicandorum, additaque in subsidium suspensione a Divinis in casu, quo lis ab altero ex Transigentibus super ejusdem concordiæ validitate excitaretur.

Transactionem ejusmodi plurium annorum spatio antea servatam cæpit modernus Rector Ecclesiæ S. Petri Bernardinus Colaneri usque ab anno 1735. impugnare contendens eam, veluti debitis solemnitatibus, & legitima causa destitutam non sustineri, proindeque, ea seposita, licitum fore sibi eque, ac Rectori S. Angeli independenter ab Archipresbytero S. Mariæ tam in suis Parochialibus, quam in Ecclesiis extra mænia præfati Oppidi sitis, & Parochiæ S. Petri subjectis functiones Parochiales explere: Cumque controversiæ inde exortæ cognitio fuerit ad Sacrum hunc Senatum delata, eodem Bernardino instante, Causa descripta fuit in foliis dierum 14., & 12. Maii 1736. sub tribus hisce Dubiis: *I. An sustineatur concordia inita de anno 1724. inter Archipresbyterum de Vago, & Rectores Joannem de Christophano, & Hieronymum de Alena, & quatenus negative. II. An liceat Rectoribus Curatis Terræ Frusinonis libere exercere actus Parochiales, & omnes functiones Ecclesiasticas independenter ab Archipresbytero S. Mariæ ejusdem Terræ in casu &c. III. An Rector Ecclesiæ S. Petri exercere valeat actus Parochiales in Ecclesiis, & Locis sitis extra mænia in parte Territorii correspondente Districtui dictæ Parochiæ S. Petri intra mænia in casu &c.*

At nomine Christophori de Vago Archipresbyteri Ecclesiæ S. Mariæ, præpedita tunc istorum Dubiorum decisione sub obtentu, quod eadem reformari deberent, & alia ad absolutam totius negotii definitionem superaddi, quodque citandus præterea esset, & in ejusdem causæ discussione necessario audiendus Hieronymus de Alena Rector Eeclesiæ S. Angeli, ut ipse quoque, veluti alter ex Transigentibus, jura sua posset experiri, hodie tandem præfatus Bernardinus exponens, hæc omnia rite peracta fuisse, humillime postulat, ut ea, quæ sequuntur Dubia, sapientissimo Eminentiarum VV. Oraculo resolvantur.

I. *An sustineatur Concordia inita de anno* 1724. *inter Archipresbyterum de Vago, & Rectores DD. Joannem de Christophano, & Hieronymum de Alena? & quatenus affirmative.*

II. *An sit locus pœnæ conventionali? quatenus verò negative.*

III. *An sit servandum solitum, quod vigebat ante Concordiam?*

IV. *An, & ad quem spectent functiones Parochiales in Ecclesiis, & Locis sitis extra mænia, & in parte Territorii correspondentis districtui Parochiæ S. Petri? in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 19. de Regul. & Monial.

ULYSSIPONEN. ORIENTALIS RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Maria Feliciana exponens in supplici libello, quem Summo Pontifici sub finem anni 1738. porrigi curaverat „ che sua Madre Chiara „ Maria de Abreu de Lima è stata causa, che l'Oratrice fosse Religiosa nel „ Convento del Santissimo Salvatore dell'Ordine di S. Domenico della Cit„ tà di Lisbona Orientale contro sua volontà piangendo molte lagrime tanto „ nell'ingresso, che nella Professione esponendo sempre il suo pentimento „ fu tanta la sua passione, che fin dal tempo, che entrò in detto Convento „ ha patito sempre si gran malatia, che l'hanno ridotta allo stato di etica, „ e tisica confermata, perloche la Sac. Congregazione gli ha concesso la fa„ coltà d'andarsene a medicare in casa di sua Madre, e sono state tali le vio-

„ len-

„ lenze pratticate con l'Oratrice che non gli giovò di dire replicate volte,
„ che non voleva prender l'abito, ne professare quello stato, che sapeva,
„ aveva da essere la causa della sua morte, come si va verificando mentre
„ che, essendo entrata nella Religione di 16. in 17. anni solamente è stata
„ nel Convento un anno, e tutto il restante tempo è stata ammalata „ beneficium restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, quo sibi potestas fieret proponendi assertam Professionis suae nullitatem, demisse imploravit.

Octo Testes, qui in Processu jussu Sacrae Congregationis confecto fuerunt formiter examinati, haec potissimum perhibuere; primo, quod Oratrix „ molto prima d'essere Monaca del Salvatore repugnava a tal stato
„ avanti da sua Madre, e la Madre gli diceva, che solamente Monaca aveva da essere, e non aveva da prendere altro stato, e sopra questo vi fu
„ occasione, nella quale esso Testimonio le vidde ambedue Madre, e figlia
„ bene incollera, e sa per la medesima ragione, che la Giustificante voleva allora accasarsi con certo soggetto, essa Madre gle lo impediva, e sopra questo di una volersi accasare, e la Madre non volerlo, che fusse così,
„ tenevano varie volte dispute, e contrasti una coll'altra; Secundo, che
„ alcune volte nelli dibattimenti, e contrasti, che tenne con sua Madre
„ sopra lo stato, che aveva da tenere, gli vedeva buttar lagrime, dove
„ inferiva, e supponeva la repugnanza, che teneva la detta Giustificante
„ per non essere Monica „ Tertio, quod ipsemet Oratricis Frater retulerit „ che fu controversia tra la Madre, e la figlia sopra il punto di non
„ voler essere Monaca, e che la Madre per questo gli aveva dato, e gli
„ aveva poste addosso le mani: Quarto, che nel giorno, nel quale essa
„ prese l'abito nel Convento del Salvatore, avanti di pigliarlo si vedde piangere molte lagrime, e con gran contrasto con sua Madre, che non voleva
„ esser Monaca „: Quinto, quod paulo ante Professionem eadem Oratrix,
„ stando nella Porteria del Convento con la Prelata, e più Monache, e sua
„ Madre le disse con molte lagrime, che non voleva essere Monaca avanti
„ di più persone di fora, che lì si trovavano, e vedendo questa regugnanza instava la Madre, e Prelata, ad altre Monache contro essa, e vidde,
„ che la Prelata si pose in ginocchio avanti di essa chiedendoli volesse esser
„ Monaca, e che non volesse fare, che con la sua repugnanza restasse
„ meno accreditata, e persa, e viddi questo, che sua Madre levandosi
„ amaramente in collera la minacciò con asprezza dicendo, che se non fosse
„ Monaca, aveva da privarla del tutto, e non aveva da far più caso di essa,
„ & in questo contrasto si passò più d'un ora, e mezza, o due ore, e professò già di notte;. E dichiara, che nell'atto della professione già nel Coro di abbasso così vidde, & osservò mormorio, e ribellione, e intende,
„ che era per persuaderla, & osservò, che per dire le ultime parole fino
„ alla morte, e stette sorpresa un spazio di tempo fino che le disse, &
„ Sexto demum, che andando nel giorno seguente a quello della Professione alla grata la nuova Professante, e dandosele ad essa li nuovi allegramenti, rispose la Giustificante, che essa non era Monaca, ne lo fù mai,
„ ne mai lo aveva da essere, e le parole della Professione furono contro sua volontà, e così riclamava la Professione, che aveva fatta solo
„ per l'*Esteriore*.

Septem praeterea ejusdem Monasterii Sanctimoniales formali examini subjectae deposuerunt *Oratricem* „ pluries protestatam fuisse, che essa non voleva esser Monaca, ma che veniva per fare la volontà di sua Madre, e
„ perche l'altra Sorella diceva, che non aveva da esser Monaca, se la Giustificante non lo fosse „ nec non addidere, quod decurrente probationis

anno Oratris ., era stata molto inferma, disorteche andiede alli Bagni das
,, Alcassarias, e sa più per aver veduto, ehe in una di queste occasioni nel
,, ritornare a questo Convento, o all'uscire di esso ebbe la detta Giustifican-
,, te gran dubbio, e ripugnanza tornare a detto onvento perche non vole-
,, va esser Monaca, e fu necessario, che la sua Madre. e più Monache,
,, e la Madre Priora la pregassero molto persuadendola, che tal cosa non fa-
,, cesse di non voler esser Monaca, & essa obbedì, e se ne ritornò al detto
,, Convento, quod in actu Professionis la Giustificante arrivò al punto, che
,, aveva da dire fino alla morte, fece una fermata, e sospensione, piangen-
,, do, e che doppo di questo disse le tali parole: Rursus, che la Giustifi-
,, cante mai ha avuta volontà d'esser Monaca, anzi contradiceva ad un tale
,, stato, e che sua Madre insisteva, e la intimoriva, che non aveva da esser
,, altro, e per la detta ragione si conosce, che la Giustificante venne a
,, prender l'abito con propria repugnanza per il timore, e rispetto di sua
,, Madre: Et demum, che dopo di professare la Giustificante la vedeva sem-
,, pre, e molte volte stare con disgusto, e dispiacere, dicendo, che non
,, era Monaca, e che la Sorella era la causa di essa essere Monaca, perche
,, la Madre diceva, ch'essendo la più vecchia, pure le altre lo avevano
,, da essere.

Postremo præter testimonium Josephi Ventura Notarii publici affirmantis, Oratricem sibi sub mensem Martii, vel Aprilis anni 1736., & sic nondum elapso quinquennio dixisse ,, che non aveva professato, perche ma-
,, tal'intenzione aveva avuta, e così voleva ricorrere a Roma per rappre-
,, sentarlo a Sua Santità, annullare la Professione, che contro sua volontà
,, aveva fatta ,, allata est depositio ipsius Claræ Mariæ de Abreu Matris, quæ summopere dolens de minis, verberibusque, quibus filiam invitam, & reluctantem ad Religionem amplectendam inducere fategit, nedum confirmavit ea, quæ memorati Testes deposuere, sed hæc insuper recensuit ,, Che allevando essa sua figlia per dargli lo Stato di esser Monaca,
,, e dicendogli così molte volte, essa gli rispondeva, che nò, ed arrivan-
,, dosi più al tempo di pigliare il detto stato trovò sempre nella Giustificante
,, la propria repugnanza in termini tali, che scandalizzava, ed esso Testi-
,, monio gli diede alcune volte colle mani, ed una di esse gli diede una ba-
,, stonata, colla quale senza volerlo fare gli aveva cavato un occhio, affine
,, che in questa occasione avesse fatto ciò che esso Testimonio volesse, d'al-
,, lora trattato di dare ordine a mettersi essa con brevità nel Convento, ed
,, in questo mezzo tempo avanti d'entrare, gli dicevano alcune Persone,
,, che parlando di questo con essa, la trovavano con la medesima ripugnan-
,, za, ma con effetto prese l'abito: Che nel giorno della Professione, entrò
,, esso Testimonio nel Convento con licenza del Provinciale, e vedendola
,, malinconica, e piangendo, nelle quali lagrime perseverò fino alle ore 11.
,, della notte, dissero alcune Monache ad esso Testimonio, che la capaci-
,, tasse, e persuadesse, perche temevano, che essa gli mancasse, ed intan-
,, to stava esortando, e dicendogli, che se mancasse in professare, non la
,, teneva più come figlia, se non come schiava, e che otteneva un Decreto
,, dal Re per racchiuderla in un Convento stretto, dove non vedesse ne So-
,, le, ne Luna ,,. Et tandem ,, che avanti di esser passato il Quinquennio
,, della Professione scrisse la Giustificante ad esso Testimonio alla Bahia,
,, dicendogli, che ricorreva a Roma, e riclamava la Professione, e che Essa
,, g'assistesse col denaro, e avanti di andare esa Testimonio alla Bahia
,, avendo notizia, che la Giustificante voleva intendere la detta riclama-
,, zione, aveva detto ad alcune Persone, che se la Giustificante gli par-
,, lasse per il detto particolare, la distogliessero, e quando esa Testimonio
arri-

„ arrivò alla Bahia a questo Regno, averà tre anni, gli disse la detta sua
„ figlia, già aveva trattato questa riclamazione, per il quale effetto a po-
„ chi mesi diede il denaro „.

Vicarius Capitularis; cui demandatum fuerat, ut, receptis probationibus per Oratricem deducendis, Processum compilaret audita Superiorissa Monasterii, in Relatione, qua Processum ipsum sociavit, hæc habet: *Processum citata Priorissa confeci; quæ licet copiam actorum a me postulaverit intendens judicialiter impugnare, & contestari probationem ab Oratrice faciendam; hujusmodi instantiam dictæ Præsulis renui, ne super eadem re duæ lites agitarentur: Est enim jure, & praxi receptum, similia negotia semel in judicio contradictorio controverti post gratiam concessam restitutionis contra lapsum quinquennii. De hoc processum compilatum una cum precibus transmitto, & ex probationibus affluenter ab Oratrice factis colligo, eam invitam in tyrocinium introiisse, invitamque emisisse Professionem, invitamque in Cœnobio Monialis habitum retinere, cujus erroris causa extitit inordinata, atque pervicax Matris ejus voluntas, ne dicam, contumacia comitantibus minis, ac terroribus meo sensu gravibus ad Professionem extorquendam. Et quamtumvis Priorissa, responso mihi in scriptis præstito contrarium asseveret, & Oratrici assertioni contradicat, ejus contradictioni non assentior; imo potius mendacem judico, si forte illam rei septem abhinc annis actæ oblivio non excusat, cum tot fide digni, nobilesque Testes de Oratricis renitentia, & repugnantia quasi unanimiter deponant.*

Verumtamen quia methodus hæc a Vicario Capitulari servata impediendi probationes, quas Antistita Monasterii ad excludendam nullitatem Professionis ab Oratrice propositam meditabatur adducere, non cohæret praxi ab hoc Supremo Senatu jamdiu constabilitæ, juxta quam, sicuti in judicio restitutionis in integrum, plene agitur de ipsa Professionis nullitate, quæ ferme declarata censetur, si pro petita in integrum restitutione responsum prodierit, adeout absolutum quodam modo, ac pene cæremoniale tantum reputetur judicium postea super dicta nullitate instaurandum, uti post *Card. de Luc. de Regul. disc.* 41. *num.* 12., & 13. late dixit *Rota in Januen. Professionis coram Molines inter ejus impress. dec.* 798. *a num.* 4. & *seq. tom.* 3. *par.* 2., ac pluries etiam servavit Sacer iste Consessus, & signanter novissime in *Toletana Nullitatis Professionis* die 27. Septembris 1738., ita quoque statutum est, omnia jura, quæ in eodem judicio restitutionis in integrum sive Superiores Religionis, aut Monasterii, qui in ejusmodi Causis sunt legitimi Contradictores, sive alii quicumque, quorum intersit ex licita, honestaque causa Professionis validitatem tueri, proferre velint, rejici non debere; Ponderandum idcirco erit ab Eminentissimis PP., num ex iis tantum, quæ produxit Oratrix, cuique plurimum favet dictus Vicarius Capitularis, præstet hodie decidere.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & Ordinarius recipiat ser. ser. prohibitiones deducendas a Superiorissa Monasterii, & transmittat.

Re-

Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii

Selectæ

Ex iis, quæ in Causis ab Anno 1700. ad 1718. propositis prodierunt.

Sess. 25. c. 11. de reg.

MANTUANA JURISDICTIONIS. Regularis enim olim, & Abbatialis Ecclesia Divi Andreæ Monachorum S. Benedicti Civitatis Mantuæ a cl. mem. Card. Gonzaga illius Commendatario vigore specialis Bullæ san. mem. Sixti IV. secularizata fuit, prævia suppressione Dignitatis Abbatialis in dicto Monasterio; illiusque membris, Prioratibus, atque Beneficiis quibuscumque ad dispositionem Abbatialis in dicto Monasterio, illiusque membris, Prioratibus, atque beneficiis quibuscumque ad dispositionem Abbatis, & Conventus pertinentibus, & erecta in Ecclesiam Collegiatam una cum omnibus, & singulis juribus, ac privilegiis, retentione Fontis Baptismalis, ac facultate exercendæ curæ Animarum. Ibi autem inter cetera Beneficia Ecclesiastica Sacerdotalia, & Clericalia octo instituti fuerunt Canonicatus, & Præbendæ, unaque principalis Dignitas primiceriatus, authoritate quacumque in literis Apostolicis expressa, & signanter gestandi Mitram, & Baculum Pastoralem delicta Canonicorum, Presbiterorum, & aliorum inferiorum corrigendi, ac quoties vacatio contingeret eadem Beneficia, quæ ad Abbatis, & Conventus dispositionem spectare consueverunt, conferendi. Cum igitur iis fretus, modernus Primicerius dictæ Ecclesiæ prætendat ad se spectare collationem duarum Ecclesiarum Parochialium S. Ambrosii, & Sancti Urbani de Formigosa ejusdem Diœcesis Mantuanæ uti de juribus, & pertinentinentiis dicti Monasterii S. Benedicti, earumque Parochos cogere per literas missivas virtute Sanctæ Obedientiæ authorabiles, & comminatorias ad personaliter interessendum tribus Pontificialibus Cappellis infra annum celebrari consuetis, ita ut novissime renuente Parocho S. Ambrosii hujusmodi parere mandatis, armatam familiam immiserit ad domum Parochialem, & super bonis Parochi executionem fieri curaverit, irrequisito Episcopo, cujus jurisdictioni subest tam Primicerius, quam ipsa Ecclesia Collegiata: Hinc triplex exorta dubitandi occasio triplici pariter responsione EE. EE. de more subjicitur dirimenda.

I. An Primicerio Ecclesiæ Collegiatæ S. Andreæ competat collatio duorum Beneficiorum Parochialium S. Urbani de Formigosa, & S. Ambrosii in Civitate Diœcesi Mantuana existen.

II. An eidem Primicerio competat jurisdictio vocandi ad certas solemnitatis, quæ fiunt in eadem Ecclesia S. Andreæ Parochos S. Ambrosii de Pormigosa sub certis pænis, & multis eosque in casu contraventionis puniendi, & mulctandi.

III. An illi pariter competat jurisdictio immittendi familiam armatam ad exequendas dictas pænas contra personas, & bona dictorum Parochorum tam in Civitate, quam in Diœcesi Mantuana irrequisito Episcopo in casu &c.

Sac.

Sac. Congregatio die 3. Aprilis 1700. distulit propositionem die vero 24. ejusdem mensis, respondit: *Ad I. Affirmative. Ad II. Primicerio non competere jurisdictionem, sed Parochos ab eodem vocatos teneri accedere vel per se, vel per alios. Ad III. negative, ut in lib.* 50. *Decr. pag.* 147. & 184. *ter.*

SARDINIÆ JURISDICTIONIS. Episcopi, & Metropolitani Regni Sardiniæ supplicem porrexerunt libellum infrascripta Dubia continentes Sanctissimo D.N. adversus Iudicem Delegatum tanquam excedentem limites propriæ jurisdictionis, & occupantem ea, quæ ad ipsos de jure spectant, eoque autem ad Sacram hanc Congregationem remisso, EE. VV. respondere non dedignabuntur.

I. An quando Ordinarii ad evitanda scandala procedunt, non citata parte, nec adhibita Causæ cognitione in Causis Visitationis, aut Correctionis morum possit Judex delegatus Apostolicus appellationem simpliciter admittere. *Sess. 13. c. 1. & sess. 24. cap. 10. de ref.*

II. An ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam definitivam, valeat appellationem admittere.

III. An quando appellatur a gravamine, quod per definitivam valeat appellationem admittere reparari nequit, ut Carcerationis, torturæ, aut excommunicationis possit appellationem admittere, aut inhibitionem, vel aliam provisionem concedere, non visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine.

IV. An Censuras Ecclesiasticas in appellantem prolatas valeat relaxare, aut nullas declarare, non auditis partibus, nec cognita causa. *Sess. 25. c. 3. de ref.*

V. An valeat absolutiones ad cautelam concedere non citata Parte, nec visis actis, nec præstita cautione ab appellante de stando Juri, & parendo mandatis Ecclesiæ.

VI. An ab executione Decretorum Sacri Concilii Tridentini valeat appellationem admittere. *Sess. 13. c. 3. Sess. 22. c. 7. de Ref.*

VII. An valeat Causas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum Iudicum inferiorum pendentes a se avocare, vel illarum cursum impedire sub quolibet prætextu, præterquam per viam legitimæ appellationis fuerint ad ipsius Tribunal delatæ.

VIII. An valeat appellationem recipere nisi per publica documenta, (quæ realiter exhibeantur) prius constiterit appellationem a sententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut a gravamine, quod per definitivam sententiam reparare non possit in casibus a jure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam.

IX. An valeat inhibitionem concedere post receptam appellationem absque insertione tenoris sententiæ, aut Decreti definitivi, aut definitivi vim habentis, etiamsi Appellans asserat culpa Iudicis, a quo, vel actuarii exemplum habere non posse non justificato impedimento, & an in casu possint inhibitiones impune sperni.

X. An valeat appellationes in secunda instantia recipere a Decretis, seu sententiis Suffraganeorum, omisso medio Curiæ Metropolitanæ.

XI. An in Causis de sui natura appellabilibus, in quibus dictus Iudex pro-

processit, valeat appellationem quoad effectum suspensivum denegare.

XII. An, & quæ taxa servanda sit a dicto Iudice Delegato tam in Causis Civilibus, quam criminalibus pro sportulis, seu propinis.

Sess. 24. c. 20. de Ref.

Sac. Congregatio die 3. Aprilis 1700. distulit propositionem; die vero 24. ejusdem mensis jussit, proponi Causam in prima etiam unica, & per Delegatum exhibendas esse literas suæ delegationis; & demum die 15. Maji dicti anni respondit: *Ad I. negative quoad effectum suspensivum. Ad II. negative. Ad III. negative, quoad cognitionem Causæ in gradu appellationis tantum, & affirmative quoad brevem superseſſoriam. Ad IV. negative. Ad V. itidem negative prætérquam in casu absolutionis ad breve tempus, & tunc cum obligatione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ. Ad VI. VII. VIII. IX. X. & XI. negative. Ad XII. exhibendas esse Taxas tam Ordinariorum, quam Delegati: ut in lib.50. Decr. pag.145, 185., & 1224.*

Sess. 22. c. 4. de Ref.

TUSCULANA BENEFICII, SEU CAPPELLANIÆ. In suo ultimo, sub quo decessit elogio Canonicus Ioannes de Comitibus, institutis hæredibus usufructuariis Maria Gratia germana Sorore, Francisco Fabrino Conjugibus, & Innocentio eorum communi filio, ita eisdem demandavit „ Quali Eredi usufruttuarii siano tenuti, ed „ obligati di farmi celebrare all'Altare del Santissimo Crocifisso del- „ la Chiesa di S. Pietro di questa Città di Frascati una Messa bassa „ la settimana, ed una Messa parata da celebrarsi il giorno della mia „ morte ogn'anno, e queste Messe siano tenuti di far celebrare, fin- „ chè detto Innocenzo loro figliolo si farà Sacerdote, e facendosi „ Sacerdote, le debba celebrar lui, conforme dispongo in questo „ mio testamento. Item ordino, e comando, che venendo il caso, „ che detti miei Eredi usufruttuarj morissero, e detto Innocenzo mio „ Nipote non si fosse fatto Sacerdote, e non si volesse fare, „ in tal caso la detta mia Erede debba far costituire un Benefiziato „ nella Chiesa Cattedrale di S.Pietro di Frascati, il quale sia tenuto, „ ed obbligato di andare ad offiziare al Coro, conforme sono tenuti, „ ed obligati li altri Benefiziati con esser puntato, e la puntatura si „ debba applicare alla Sacristia di detta Chiesa Catedrale, il quale „ però debba aver la settimana di vacanza, e sia tenuto, ed obligato „ di celebrare una Messa bassa mortoria in ciascheduna settimana, ed „ anche una Messa parata da farsi celebrare in detta Chiesa il giorno „ della mia morte ogn'anno in perpetuo da applicarsi per salute dell' „ anima sua, e de' miei Defonti.

Vita functo dicto Innocentio ad nominationem Elenæ Fabrinæ hæredis proprietariæ dicti Canonici Ioannis fuit ab Ordinario institutus ad beneficium (de cujus erectione non decet) Clericus Ioseph Guerrerius, qui cum Ordines Sacros infra annum non susceperit juxta Constitutiones Ecclesiæ Cathedralis, quibus se expresse reddidit obnoxium, imo nec intra successivum quatriennium, ac modo ob aliqua delicta per ipsum perpetrata fuerit exilii pœna multatus, authumans præfata hæres dictam nominationem nullatenus sustineri EE. VV. enixe exorat decernere.

I. An

I. An Beneficium, seu Cappellania de jurepatronatus de Comitibus sit Sacerdotalis actu, vel habitu.

II. An præsentatio facta per hæredem in personam Clerici IosephiGuerrini sustineatur in casu &c.

Sac. Congregatio die 26. Iunii 1700. distulit propositionem, die vero 4. Septembris ejusdem anni respondit: *Ad* I. *Cappellaniam, seu Beneficium esse Sacerdotale habitu, & non actu de tempore præsentationis, ita tamen ut infra annum debeat promoveri in casu, de quo agitur. Ad* II. *præsentationem sustineri, ut in lib.* 50. *Decret. pag.*479.

BONONIEN., SEU PARMEN. SPONSALIUM. Exoptante Marchione Petro Georgio Lampugnano Matrimonium contrahere cum Comitissa Anna Maria Rosa de Pepulis de anno 1694.conclusum extitit inter Comitem Giatiam de Pepulis illius Germanum Fratrem, ac dictum Marchionem Petrum de collocanda eidem in Matrimonium præfata Anna Maria, quæ cum ad ejus notitiam pervenerit se desponsari debere cum extero, illico cæpit non modice contristari, ac signa ipsius dissensus præbere mediantibus protestationibus, animi merore, suspiris, & lacrymis, ut deponunt Testes ad ejus instantiam examinati. *Cap.1. & 9. sess.24.de ref. matr.*

Verum, quia incalescente tractatu deveniendum erat ad confectionem, & subscriptionem Capitulorum matrimonialium non obstante aversione Sponsæ dictus Com. Giara pluries animum suum Sorori propalavit, quod opus erat, ut matrimonium effectuaretur, & juxta depositiones: *che averebbe bisognato, che lo pigliasse, perchè aveva dato la parola*, quocirca convocatis ex improviso Notario, & Testibus, necnon accersitis, & astantibus nonnullis Puellæ Consanguineis, & Sponso, fuit e suis Mensionibus evocata dicta Comitissa, & a fratre invitata ad subscribendum, & jurandum Capitula matrimonialia, & insimul interessendum stipulationi instrumenti Dotalis, prout in effectu ad subscriptionem dictorum Capitulorum devenit per hæc verba: *Io Anna Maria Rosa Pepoli aderisco, e mi rassegno a quanto ha disposto di me il Signor mio Fratello conforme qui sopra*: & usque ad actus perfectionem semper præsentiam præstitit, tristis tamen, & mæsta, itaut ad ejus appartamentum restituta, cum pluribus suos sensus exposuerit: *di aver toccato bensì la carta, ma non so quello mi abbia fatto*: quodque nullatenus has nuptias contrahere intendebat, sed potius coram Parocho negativum præbere responsum, seu Monasterium ingredi; prout de facto non multum temporis intercessit, quod, derelictis propriis Laribus, ad Monasterium Cappuccinarum se contulit.

Prætendente autem dicto Marchione Petro, quod dicta Comitissa Anna sponte, & libenter contraxerit cum eo sponsalia, juxta testes ad ejus instantiam examinatos, eaque pluries ratificaverit, eidem exarando Epistolas tam ante, quam post Capitulorum perfectionem etiam se Sponsam subscribendo, ac insuper mittendo, & recipiendo munera; E contra vero asserente dicta Comitissa, ea omnia peregisse ob vim, & metum Fratris, & de illius mandato, ut medio juramento fassa fuit in positionibus, & in omnem casum non agi de Matrimonio in

faciem Ecclesiæ contracto, sed simpliciter de sponsalibus, proindeque quamcumque levem, dummodo rationabilem causam pro recessu sufficere, causamque recedendi fore, quod superventa Pragmatica Serenissimi Parmæ Ducis abrogante, seu resecante luxus muliebres, signanter occasione Sponsalium, adimpleri amplius nequeat promissio a Sponso peracta, tradendi vestes, & gemmas ad instar Nobilium Bononiensium, & quod inter partes justum odium emerserit, attenta hac lite, & obdurato proposito ipsius Comitissæ nunquam cum dicto Marchione Matrimonium contrahendi, sed potius aspernandi quascumque pœnas censurarum fortasse ad hunc effectum comminandas, prout per actum publicum protestationem emisit; Quamobrem ex juribus hinc inde circumferendis EE. VV. erit declarare.

An constet de Sponsalibus, quæ veniant effectuanda in casu &c.

Die 25. Septembris 1700. Sac. Congregatio Concilii respondit: *Negative, ut in lib.50. Decr. pag.*

Sess. 6. c. 4. & c. 3. sess. 24. de ref.

PORTUCALLEN. VISITATIONIS. Cupiens Episcopus Portucallen. Consiliare Decretum quoad Visitationem Diœcesis juxta suum Pastorale munus exequi, nec infirmitate detentus valens personaliter Ecclesias visitare deputavit in visitatione Ecclesiarum Parochialium Civitatis Portucallen. suum in Spiritualibus, & temporalibus Vicarium Generalem Sacerdotem Carolum de Rocca Pereira Doctorem, & Canonicum Cathedralis, qui cum ad valvas dictæ Ecclesiæ solita affigi mandaverit edicta ad præfatum effectum visitandi, Capitulum, & Canonici dictæ deputationi quoad visitationem Cathedralis in spiritualibus sese opposuerunt, contendentes illam privative ab Episcopo fieri debere; Hinc adita pro parte ejusdem Episcopi hac Sac. Congregatione, obtentisque literis Nuncio Apostolico Ulyssiponen. directis pro informatione, & voto, & jam, auditis partibus, pervento, ut ex illius relatione per manus EE. VV. circumferre resolvendum proponitur.

I. An Episcopo, concorrente legitimo impedimento, liceat per ejus delegatum visitare propriam Cathedralem, & totum Corpus Capituli, nedum in temporalibus, verum etiam in Spiritualibus, *& quatenus affirmative.*

II. An circa impedimentum standum sit solæ assertioni Episcopi, an vero teneatur assignare causam legitimi impedimenti.

III. An impedimentum debeat esse continuum, videlicet toto durante tempore a Sac. Concilio præscripto pro visitatione facienda, vel potius sufficiat, quod sit temporale.

Sac Congregatio die 15. Januarii 1701. distulit propositionem die vero 29. d. mensis respondit. *Ad I. Affirmative. Ad II. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad III. negative quoad primam partem, & quoad secundam remisis conscientiæ Episcopi, ut in lib.51. Decr. pag.1. ter. & 63.*

Sess. 6. c. 4. & sess. 22. c. 3. de ref.

MILETEN. Michael Ligorus Vicarius deputatus a Capitulo Sacrosanctæ Basilicæ S. Joannis in Laterano de Urbe pro Ecclesiis sitis in solo Lateranensi Diœcesis Mileten. authumans in eadem quasi

Epis-

Episcopalem exercere posse jurisdictionem, inter cætera nedum Ecclesias ipsas, ac Confraternitates in eis erectas visitare voluit, verum etiam pro revisione computorum pecunias exigere; rursus publicari mandavit Edictum, quo præcepit visitationes dictarum Ecclesiarum ab Episcopo factas sibi apportari deberi ad effectum eas revidendi, ac executioni demandandi, necnon prohibuit, ne ulla fieret locatio, seu alia alienatio bonorum eorumdem Ecclesiarum absque sui ipsius licentia, & demum vacante Ecclesia Parochiali S. Mariæ Gratiarum de Radicinæ Terra, publicum pro ea indixit concursum, quibus omnibus perventis ad notitiam Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis Mileten., citata parte, concordata, ac subscripta fuere infrascripta Dubia ab hac Sac. Congregatione decidenda, videlicet.

I. An Episcopus Mileten., tanquam Delegatus Apostolicus possit subdelegare suum Vicarium Generalem, vel aliam Dignitatem Ecclesiasticam sibi benevisam in visitatione Diæcesis, & præcipue Ecclesiarum, quæ prætenduntur sitæ in solo Lateranensi.

II. An Vicarius destinatus in dicta Diœcesi Mileten. a Reverendissimo Capitulo Sacrosanctæ Basilicæ Lateranen. possit revidere visitationes factas ab Episcopo, sive ejus Delegato visitatore in dd. Ecclesiis.

III. An prædictus Vicarius Lateranen. in d. Diæcesi Mileten. possit revidere computa, & visitare libros Administrationis redituum societatum laicarum erectarum in eisdem Ecclesiis, & an pro dicta Computorum revisione possit recipere a dictis Societatibus aliquod emolumentum, seu mercedem.

IV. An Vicarius destinatus in dicta Diæcesi Mileten. a d. Reverendissimo Capitulo possit indicere concursum in occasione vacantium Ecclesiarum Parochialium, quæ prætenduntur in dicto solo Lateranensi.

V. An Episcopus Mileten. in præfatis Ecclesiis existentibus inter fines suæ Diœcesis possit exercere jurisdictionem ordinariam quoad provisionem Parochialium, aliorumque concernentium curam animarum, & administrationem Sacramentorum.

VI. An in alienationibus rerum earumdem Ecclesiarum solemnitates requisitæ etiam in vim *Can. Terrulas* 12. *q*.2. adhiberi debeant per Episcopum, vel per dictum Vicarium destinatum a Capitulo dictæ Sacrosanctæ Basilicæ.

VII. An in casu, quo prædictus Vicarius destinatus a dicto Capitulo se ingereret in jurisdictionalibus, & Causis spectantibus ad Episcopum Mileten. possit ab eodem Episcopo coerceri, & puniri canonicis censuris, & pœnis.

Sacra Congregatio die 19. Februarii 1701. distulit propositionem, & die 23. Aprilis dicti anni respondit: *Ad I. posse visitare per se, vel per alium etiam Ecclesias sitas in solo Lateranensi ad formam S. Concilii. Ad secundum negative. Ad tertium negative ad utrumque. Ad quartum negative. Ad quintum dilata. Ad sextum spectare ad Episcopum privative. Ad septimum affirmative: ut in lib.*51. *Decr. pag.*97. *&* 208.

RIPA-

Cap. 1. & 9. Sess. 24. de ref. matr.

RIPANA SPONSALIUM. Initis Sponsalibus de futuro inter Felicianam de Martinis, & Joannem Dominicum Tognanum, factisque solitis proclamationibus ad formam Sacri Concilii, ad retardandam Matrimoni celebrationem per Joachim Tognanum germanum fratrem ejusdem Joannis Dominici, & natu majorem oppositum fuit coram Parocho impedimentum publicæ honestatis ratione sponsalium, quæ asserebantur inter eandem Felicianam, & ipsum Joachim præcedenter contracta; quapropter examinatis formiter Testibus coram Vicario Ripano super veritate priorum Sponsalium, pronuntiatum fuit per illius sententiam præfatum Matrimonium fore retardandum, a qua tamen interposita per Joannem Dominicum appellatione post delatum Processum ad Urbem, & remissionem causæ ex rescripto Sanctissimi ad hanc Sac. Congregationem: disputata fuerunt die 2. Martii 1690. infrascripta dubia.

I. An constet de asserto impedimento publicæ honestatis, vel potius procedendum sit ad ulteriora in celebratione Matrimonii cum Joanne Dominico Tognano; *Et quatenus affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam*.

II. An vigore priorum sponsalium cogi possit Feliciana ad celebrationem Matrimoni cum Joachim Tognano.

Et Sacra Congregatio respondit *Coadjuvandas esse probationes in Curia Metropolitana præfixo termino trium mensium*: Cumque eo elapso nihil ibidem deductum fuisset, reproposita fuit Causa sub die 17. Augusti ejusdem anni, & rescriptum emanavit: *Curiam Metropolitanam procedere debere ad coadjuvationem probationum ex officio juxta instructionem*.

Ad formam transmissæ instructionis compilatus exstitit Processus coram Vicario Generali cum examine plurium Testium ad coadjuvandas probationes præcedentium sponsalium cum præfato Ioachim, eoque ad Urbem delato in tertia causa propositione sub die 7. Junii 1698. ea remissa fuit *ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem*, sed iterum, ac quarto nempe sub die 20. Septembris ejusdem anni, eadem causa revocata ad examen sub præmissis dubiis, placuit tandem EE.PP. respondere: *In casu, do quo agitur, ad primum affirmative quoad primam partem; ad secundum negative*. Prætendente autem in præsenti Feliciana sibi licere a prædictis sponsalibus cum Ioachim contractis resilire, ac libere cum alio viro legitime copulari, ex quo vigore præfatæ resolutionis ipsa cogi non valet ad celebrationem Matrimonii cum dicto Ioachim devenire: proinde enixe supplicat ab EE.VV. decerni.

An Felicianæ liceat recedere a sponsalibus cum Joachim contractis in casu &c. & ad effectum &c.

Die 23. Aprilis 1701- Sacra Congregatio distulit propositionem, die vero 7. Maii ejusdem anni censuit, *licere recedere a sponsalibus, non tamen esse sublatum impedimentum publicæ honestatis: ut in lib.* 51. *Decr. pag.* 210., & 236.

CAU-

CAURIEN. DISTRIBUTIONUM. Adsunt in Ecclesia Caurien. aliquæ Dignitates, quæ habent fructus distinctos a Mensa Capitulari; quorum certa pars assignata fuit in distributionibus quotidianis juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini *in cap.3. Sess.22. de ref.* unde propositum fuit in hac Sacra Congregatione Dubium: *An hujusmodi distributiones, quæ amittuntur ab iis, qui competens servitium non præstiterint, necessario Fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, an vero sit in facultate Epsscopi, stante etiam indigentia dictæ Ecclesiæ, illas alteri pio loco pro ejus arbitrio applicare*: & sub die 7. Novembris 1621. S. Congregatio respondit: *has distributiones esse primo applicandas Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ, quatenus indigeat, ac nisi indigeat, tunc demum esse in facultate Episcopi illas alteri pio loco suo arbitrio applicare*, ut in *lib.12. Decr. fol.81. ter.* Sess. 22. c. 3. de ref.

Cum autem distributiones quotidianæ, quæ amittuntur etiam a Canonicis, & Præbendatis ejusdem Ecclesiæ non residentibus, neque interessentibus non accrescant ceteris residentibus, sed subsint dispositioni Sacri Concilii Tridentini in d. *cap.3. sess.22. de ref.*, prætendente moderno Episcopo illas ad sui libitum applicare locis piis, & pauperibus Diæcesis, Capitulum dictæ Cathedralis, attenta Fabricæ necessitate, de qua deponunt duo Testes formiter examinati, enixe supplicat declarari.

An distributiones quotidianæ, quæ amittuntur a non interessentibus, seu residentibus debeant vigore dicti Cap.3. Sess.22. applicari Fabricæ Cathedralis, vel alteri pio loco arbitrio Episcopi in casu &c.

Sacra Congregatio die 23. Aprilis 1701. distulit propositionem, die vero 4. Iunii dicti anni respondit: *Applicationem in casu proposito esse faciendam Fabricæ Ecclesiæ, & quod assertam superfluitatem expensarum injungendum Episcopo, ut provideat etiam cum facultate Sacræ Congregationis: ut in lib.51. Decr. pag.209. & 304.*

TROIANA FUNERUM. Exortis nonnullis controversiis usque de anno 1648. inter Canonicos S. Mariæ Civitatis Foggiæ ex una, & Regulares Iesus Mariæ ejusdem Civitatis ex altera partibus super modo ducendi Defunctorum cadavera ad tumulandum, ac explendi super illis Exequias, sedatæ postea fuerunt per publicam transactionem, qua de re communi consensu declaratum extitit, supradicta Cadavera recto tramite deferre deberi ad ipsorum Regularium Ecclesiam, si inibi Exequiæ expleri contingerent; At cum modo inter Canonicos, & Regulares supradictos, iisdem etiam renovatis controversiis, plurimæ aliæ exortæ sint contentiones pariter circa Defunctorum funera, porrectus fuit huic Sac. Congregationi per præfatos Regulares supplex libellus pro resolutione infrascriptorum Dubiorum, quo de more ad Ordinarium pro informatione remisso, iste, Partibus hinc inde auditis, omnibusque earum probationibus receptis, Processum ad Sacram Congregationem transmisit; Unde ex juribus circumferendis EE.VV. non dedignabuntur decernere. Sess. 5. c. 13. de ref.

I. An licitum sit Canonicis, Capitulo, & aliis Parochis dictæ Civitatis ducere funus per publicas Plateas, quæ non est recta via ducens

ad Ecclesia m funeris, & præsertim Regularium, *Et quatenus affirmative*.

II. An eisdem Capitulo, Canonicis, & Curato propter hoc aliquod stipendium accipere, seu exigere liceat.

III. An sit licitum dd. Capitulo, & Canonicis ducere Cadaver alicujus de regimine Civitatis prius in Ecclesia Collegiata ad officiandum, & deinde ab illa transferre ad Ecclesiam funeris.

IV. An licitum sit Canonicis, & Parochis aliquid exigere ratione transitus per Parochiam, quando funus ducitur ab una Parochia ad Ecclesiam funeris sitam in alia Parochia.

V. An candela gestanda per Canonicos in associatione funeris debeat esse ponderis ad minus quatuor librarum, vel arbitrio hæredum, & an Canonici ultra dictam candelam prætendere possint unum ducatum Regni pro quolibet Canonico.

VI. An de dictis candelis debeatur aliqua portioEcclesiæ funeris, prout etiam de candelis, quæ in similibus casibus gestantur a Regularibus.

VII. An Capitulum, Canonici, & Parochi prætendere, & accipere possint majorem portionem funeralis, quando Cadaver sepelitur in Ecclesiis extra Civitatem Regularium, ac extra Parochiam, quamvis sitam intra Civitatem, quam acciperent, si Cadaver sepeliretur in illorum Ecclesia.

VII. An interveniente in funere ducendo ad Ecclesiam Regularium Cruce Capituli cum unico illius Abbate, seu Sacerdote, Capitulum exigere possit emolumentum eo modo, quo interveniret totum Capitulum.

IX. An licitum sit Canonicis pro decimis non solutis in vita per defunctum devenire ad impedimentum sepulturæ Cadaveris Defuncti in casu &c.

Sacra Congregatio die 7. Maii 1701. distulit propositionem, die vero 21. ejusdem respondit: *Ad primum affirmative. Ad secundum negative. Ad tertium negative, nisi aliter disposuerit Defunctus, nec ejus hæredes. Ad quartum negative. Ad quintum negative quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum, quo vero ad secundam partem negative. Ad sextum, septimum, octavum, & nonum pariter negative: ut in lib.*51. *Decr. pag.*237. *terg.* &278. *terg.*

Sess. 6. *c.* 8. & *sess.* 21. *de Ref.* & *c.* 8. & 9. *sess.* 22. *de ref.*

CALAGURITANA VISITATIONIS. Abbas Ven. Monasterii B. M. de Naxera Ordinis S. Benedicti Congregationis Hispaniarum habet in Civitate Naxera jurisdictionem Ordinariam, & jus visitandi Ecclesiam Parochialem S. Crucis, & Ecclesiam S. Michaelis, earumque Clericos, & Cappellanos privative quoad Episcopum Calaguritanum; in reliquis vero habet jurisdictionem ordinariam cumulative cum eodem Episcopo, ut constat ex antiqua sententia lata usque, & ab anno 1412. per Sedem Apostolicam confirmata, necnon ex mandato de manutenendo cbtento de anno 1616. a S. Rota coram R. P. D. Ottembergo.

Volens autem supradictus Abbas de anno proxime præterito visitare dictam Parochialem Ecclesiam S. Crucis plenarie, & subjective suo Mo-

Monasterio unitam, & cujus ipse est verus Parochus administrans animarum curam per Vicarios a se deputatos, & Divina Officia per Clericos, & Cappellanos ibidem existentes, ut plenissime firmatum fuit *in decis.57. 67. 77. coram Vbald. tomo 3., & in nullius, seu in Calaguritana Quartæ Funeralis de Naxera 11. Januarii 1692. & 13. Februarii 1693. cor.bon.mem. Emerix.* requisivit ad hunc effectum etiam sub pœna Censurarum in casu recusationis exhibitionem librorum Anniversariorum, Cappellaniarum, & Operum piorum, illorumque computa, & instrumenta fundationum a præfatis Clericis, & Cappellanis, qui requisitos libros exhibere recusantes habuerunt recursum ad Regium Tribunal, & cujus Rescripto coactus fuit dictus Abbas ab ulteriori progressu in visitatione desistere; aditaque successive per eosdem Clericos, & Cappellanos Signatura justitiæ pro commissione appellationis, sub die 4. Martii 1700. prodiit Rescriptum: *Nihil*. Cum vero postmodum ex Decreto R. P. D. Auditoris Sanctissimi hujusmodi Causa remissa fuerit ad hanc Sacram Congregationem, ideo proponuntur infrascripta dubia ab EE. VV. de more resolvenda.

I. An Cappellani Ecclesiæ S. Crucis teneantur in actu visitationis exhibere libros antiquos, & recentes continentes legata, & Bona relicta eidem Ecclesiæ.

II. An teneantur exhibere libros continentes Anniversaria, aliaque onera, & opera pia in dicta Ecclesia fundata.

III. An teneantur exhibere libros continentes fundationes Beneficiorum, & Cappellaniarum, earumdemque fundationum instrumenta.

IV. An teneantur exhibere libros continentes computa redituum, & exituum Ecclesiæ, eorumque solidationes.

V. An exhibere teneantur notulam eorum, qui possident Cappellanias, & alia Beneficia in dicta Ecclesia, & illorum, qui debent Anniversaria, aliaque opera pia adimplere.

VI. An teneantur exhibere notulam Bonorum alienatorum Ecclesiæ, & respective noviter acquisitorum, atque instrumentorum, & scripturarum easdem alienationes, & acquisitiones respicientium.

VII. Quatenus affirmative. An Censuræ relaxatæ per Abbatem de Naxera contra dd. Cappellanos in actu visitationis pro præmissorum exhibitione sustineantur in casu &c.

VIII. An Abbas teneatur restituere libros Baptismatis, & Matrimoniorum in casu &c.

Sacra Congregatio die 4. Junii 1701. distulit propositionem, die vero 18. ejusdem mensis respondit: *Ad primum usque ad sextum affirmative. Ad septimum Abbatem posse uti Remedio Censurarum. Ad octavum negative præterquam quoad libros currentes: ut in lib.51. Decr. pag.306. & 338.*

TROJANA SERVITII. Cum Vicarius Generalis Curiæ Episcopalis Trojanæ obligare voluerit sub pœnis, & Censuris simplices Presbyteros non participantes, nullumque Beneficium habentes in Ecclesia Cathedrali, ad servitium ejusdem Ecclesiæ in diebus festivis, ac ad assistendum recitationi, ut dicitur *della Coronella*, nec non ad interveniendum tam Processionibus, & Concionibus cum superpel- *Sess.24.c.12. de ref.*

liceo, quam Congregationi casuum, & lectioni Theologiæ Moralis, supradicti Presbyteri ad se eximendos a dd. oneribus recursum habuerunt ad A. C., a quo reportarunt Monitorium super observatione Decretorum hujus Sacræ Congregationis alias editorum in *Sarnen. Servitii* 17. *Junii* 1690. *lib.*40. *Decret. fol.*396., *& in Vigilien.* 25. *Septembris* 1700. *lib*,50. *Decret. pag.*541. in quibus declaratum extitit, censuras, & præcepta hujusmodi non sustineri. Verum remissa causa ad hanc Sacram Congregationem a R. P. D. Auditore Sanctissimi ad instantiam Promotoris Fiscalis dictæ Curiæ Episcopalis isto pluries monito, iidem Presbyteri enixe EE. VV. supplicant pro resolutione.

I. An simplices Clerici in Sacris constituti nullum habentes Beneficium in Cathedrali Ecclesia Trojana, nullumque ex ipsa retrahentes emolumentum teneantur assistere servitio prædictæ Ecclesiæ in singulis diebus festis præcepto, & assistere recitationi, ut dicitur *della Coronella*, & Novena, necnon intervenire Processionibus, & Concionationibus cum superpelliceo in casu &c.

II. An dd. simplices Sacerdotes non Parochi, neque Confessores teneantur intervenire Congregationi casuum, & Lectioni Theologiæ moralis in casu &c.

Sacra Congregatio die 14. Ianuarii 1702. distulit propositionem, die vero 18. Februarii dicti anni respondit. *Ad primum, coadjuvandas esse probationes super consuetudine, & Testes firmiter examinandos esse. Ad secundum, esse hortandos dumtaxat, non autem cogendos: ut in lib.*52. *Decret. pag.*65.

*Sess.*24. *c.*12. *de Ref.*

SYPONTINA DISTRIBUTIONUM. Prætendente Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Sypontinæ fructus Archipresbyteratus consistere in solis distributionibus quotidianis, & propterea denegare Ianuario Paschali Archipresbytero ejusdem Ecclesiæ fructus sibi debitos ab anno 1698. usque ad præsens eo quia addictus fuit servitio Archiepiscopi Sypontini, cui adhuc actualiter inservit, prædictus Archipresbyter preces porrexit huic Sacræ Congregationi, ut dignaretur declarare sibi deberi fructus supradictos etiam in distributionibus quotidianis consistentes, amissa dumtaxat tertia parte earumdem, quibus ad eundem Archiepiscopum pra informatione remissis, iste, citato Capitulo ad deducendum jura sua, eoque non comparente, suam transmisit relationem, in qua ait dictum Oratorem 20. ab hinc annis, & ultra esse suum familiarem, a biennio Archipresbyterum Cathedralis, qui est Secunda Dignitas, nec non Magistrum Cæremoniarum, ac per annos tresdecim jam Canonicum, semperque lucratum fuisse integram portionem sui Canonicatus, dum penes eum moratus fuit ab anno scilicet 1680. usque ad 1698. ad formam dispositionis Sacri Concilii Tridentini, & Decretorum hujus Sacræ Congregationis, idemque observatum fuisse tempore suorum Prædecessorum, quibus duo Canonici Cathedralis inserviebant; Quo vero ad reditus Ecclesiæ inquit, ipsosmet Canonicos ignorare, an consistant in massa com muni, vel in distributionibus quotidianis, licet dd. Canonici existiment, illos in distributionibus consistere, & demum superaddit,

quod

quod quidquid sit de hoc, pluries ab hac Sacra Congregatione declaratum fuit, Canonicos familiares Archiepiscopi, vel Episcopi lucrari omnes fructus, quando sunt de massa communi, quando vero sunt de distributionibus quotidianis, eas pariter lucrari, dempta tertia parte earumdem; Quapropter præfixo per eundem Archiepiscopum termino 20 dierum præfato Capitulo ad ducendum jura sua juxta mandata hujus Sacræ Congregationis, eoque nihil adhuc deducente, sequens Dubium EE. VV. proponitur resolvendum.

An, & quæ distributiones quotidianæ, sive fructus debeantur Oratori in casu &c.

Sacra Congregatio die 29. Aprilis 1702. respondit: *Danda esse Decreta, & signanter in Fesulana 4. Junii 1633. Aversana 2. Martii 1635. & Dubium participationis 23. Septembris 1669., ut in lib.52. Decret. pag.160. terg.*

NULLIUS ATINÆ DISTRIBUTIONUM. Suppressa Cathedra Episcopali in Ecclesia Collegiata Attinensi ob sequutam diminutionem redituum ejusdem, ipsius regimen concessum fuit Præposito mitrato, qui ultra Præbendam Præposituralem participabat quoque de distributionibus quotidianis compositis ex certis reditibus Prædiorum, Anniversariorum, & signanter ejusdem Molendini, qui reditus quolibet quadrimestri dividi solent inter Canonicos Choro inservientes, deficientium vero portiones accrescunt interessentibus juxta antiquam consuetudinem; Defuncto autem postremo ejusdem Ecclesiæ Præposito concessa fuit dicta Præpositura in commendam moderno Episcopo Aquinaten, cui ob non residentiam in Civitate Atinensi denegatæ fuerunt dd. distributiones, super quibus precibus idem Episcopus auditus ait, adeo tenues effectos esse reditus Præpositurae, ut nec pro ipsius Vicarii Generalis ibidem residentis congrua sustentatione sufficiant, & insuper inquit, ipsum esse in quasi possessione perceptionis fructuum dictorum Prædiorum, ac Molendini; Contendentibus autem e contra Canonicis dictum Episcopum nullum jus, seu quasi possessionem habere exigendi præfatos fructus, seu distributiones ex juribus hinc inde deducendis EE. VV. sequens Dubium resolvendum proponitur. *Seff.24. c.12. de Ref.*

An Episcopo Aquinatensi Præposito Commendatario Ecclesiæ Atinensis in eadem Ecclesia, nec Divinis interessenti, nec residenti debeantur distributiones quotidianæ in casu &c.

Sacra Congregatio die 27. Maii 1702. distulit resolutionem, & die 17. Junii dicti anni respondit: *negative: ut in lib.52. Decr. pag.211. terg. & 236.*

TEATINA, SEU NULLIUS ATISSÆ JURISDICTIONIS. In Congregatione habita sub die 11. Martii proxime elapsi proposito dubio ad instantiam Presbyterorum, & Parochorum Terræ Atissæ: An scilicet eis esset concedendus Judex appellationis, sive secundæ instantiæ in Causis expeditis per Præpositum ejusdem Terræ: prodiit resolutio negativa, & injunctum, ut servaretur Decretum emanatum de anno 1613. ad favorem Archiepiscopi Theatini, in quo dictum *Seff.22. c.10. de Ref.*

fuerat : Decretum Concilii *cap.20. vers. ad hæc sess.24.* omnino sustulisse quadragenariam cum titulo, seu privilegio, ac proinde causas Matrimoniales, atque Criminales ab Archiepiscopo Theatino dumtaxat, non autem a Præposito de Atissa esse cognoscendas.

Non acquiescente autem huic resolutioni Præposito supradicto, obtentaque per eum nova Audientia, ex informationibus tam in facto, quam in jure noviter hinc inde circumferen. EE. PP. sapientissime decernent.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

S. Congregratio die 26. Jul. 1702. distulit propositionem, die vero 19. Augusti 1702. stetit in Decisis sub die 11. Martii præteriti, in reliquis causam remisit ad Rotam, & mandavit, quod Præpositus abstineat a concedendis Dimissoriis, licentiis concionandi, & approbandi Confessarios: ut in *lib.52. Decr. pag.296. terg.* & 321, *tergo*.

Sess. 24. c.12. de ref.

CAVALLICEN. RESIDENTIÆ, ET DISTRIBUTIONUM.

Olim prætendentibus Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Cavallicensis ipsos non teneri ad servitium dictæ Ecclesiæ singulis horis, & diebus, sed dumtaxat assistere matutinis, & ut vocant, Magnæ Missæ, ac Vesperis diebus festivis, aliis vero solum Magnæ Missæ, ac Vesperis, Episcopus tunc temporis ad normam conciliaris dispositionis, *Sess.21. cap.3. de ref.* de mandato Pontificis, & hujus Sacræ Congregationis decrevit, Dignitates, Canonicos, & Beneficiatos Ecclesiæprædictæ omnibus horis canonicis interesse debere, ac insuper tertiam partem fructuum Præbendarum in distributiones quotidianas converti, illasque inter Canonicos, ceterisque divinis interessentes distribuendas mandavit. Provocarunt Canonici ab hujusmodi Decreto, commissaque causa in Rota, duæ emanarunt resolutiones una tantum parte informante de anno 1615. altera videlicet super remissoria petita a Canonicis ad probandum distributiones sufficientes adesse in Ecclesia prædicta; altera vero super subsistentia dicti Decreti confirmati quoad demandatam interessentiam singulis horis, & diebus, ac infirmati quoad assignationem distributionum, prout videre est in *decis.*435. & 458. *cor. Pamphilio*. Siluit Causa usque ad annum 1651. quo tempore illa reassumpta ab hac Sacra Congregatione sub die 28. Novembris ejusdem anni emanavit Decretum declarans servitium, & distributiones quotidianas fieri, & respective dividi debere ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini servata quoad distributiones proportione singulorum dierum, & horarum, ac majoris quantitatis assignandæ diebus festivis, præsertim solemnioribus. Intimatum fuit præfatum Decretum Canonicis de anno 1654., sed nullam habuit executionem, imo vocatis Canonicis a Beneficiatis coram Ordinario Cavallicen. pro assignatione distributionum singulis horis, & diebus, Canonici ad eludendum prædictum Decretum de anno 1666. transegerunt cum Beneficiatis in eaque transactione recessum fuit a Decretis tam Episcopi, quam S. hujus Cong., & assignatæ tenuissimæ distributiones pro Matutino Laudibus, & aliis parvulis horis, pingues autem pro magna Missa, & Vesperis diei feriati, ut plene colligitur ex lectura ejus-

ejusdem, quæ datur impressa in *Summario Beneficiatorum num.* 2. Hæc inæqualis assignatio distributionum causam præbuit Canonicis fere nunquam interessendi Matutino, Laudibus, aliisque parvulis horis quod agnoscentes Beneficiati adversarii dispositioni Concilii Tridentini, & Decreto hujus Sacræ Congregationis, atque tendere in detrimentum servitii Ecclesiæ, quod negligitur ob dictam tenuitatem distributionum, supplices ab EE. VV. resolutionem expectant.

I. An transactio inita inter Canonicos, & Beneficiatos Ecclesiæ Cathedralis Cavallicen. adversetur Decretis Sacræ Congregationis, ita ut sit rescindenda, vel potius observanda in casu.

II. An expensæ factæ, & faciendæ per Canonicos pro sustinendis litibus coram Sacra Congregatione, & aliis Tribunalibus adversus Beneficiatos sint extrahendæ ex Massa communi in casu &c,

Sacra Congregatio die 9. Septembris 1702. distulit resolutionem, die vero 30. ejusdem Mensis respondit: *Affirmative quoad primam partem scilicet transactionem adversari Decretis Sacri Concilii, & propterea non esse servandam, ac injungendum censuit Episcopo, ut provideat ad formam ejusdem S. Congregationi. Ad secundum negative: ut in lib.* 52. *Decr. pag* 346. 371.

ÆSINA JURIS NOMINANDI CONCIONATOREM. Vigore antiquissimæ, & immemorabilis consuetudinis communitas Civitatis Æsinæ reperitur in possessione nominandi Concionatorem Quadragesimalem, cui de proprio persolvit pro consueta eleemosyna scuta 40. Cum vero modernus Episcopus de anno proxime elapso prætendere cæperit ad se spectare dictum jus eligendi Concionatorem, prædicta communitas recursum habuit ad sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, a qua favorabile Rescriptum reportavit, quod scilicet, *servetur solitum*, prout de facto ipsamet communitas pro Quadragesima præterita nominavit in Concionatorem P. Dionysium Simeonem Albicium Ordinis Prædicatorum, soluta pariter eidem eleemosyna supradicta. Non acquiescente autem dicto Episcopo resolutioni S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, & ab ista ad EE. VV. remissa ejusmodi controversiæ decisione, ad supplicationem prædictæ Communitatis sequens dubium decidendum proponitur. *Sess.* 5. *c.* 2. *de ref.*

An, & ad quem spectet jus nominandi Concionatorem Quadragesimalem in casu &c.

Die 30. Septembris 1702. S.C.C. censuit *electionem spectare ad Episcopum, soluta tamen per eum eleemosyna, ut lib.* 52. *Decr. pag.* 373.

AMALPHITANA JURISDICTIONIS. Parochialem Ecclesiam S. Mariæ ad Mare Oppidi Majoris in Collegiatam erexit san. mem. Julius II. per suas literas Apostolicas de anno 1505. expeditas cum omnibus insigniis, & privilegiis collegialibus, & cum erectione unius Præpositurae, octo Canonicatuum, & quatuor perpetuorum Beneficiorum Diaconalium, cujus Præposito indulsit quoque, ut certis anni festivitatibus baculo, mitra, aliisque Pontificalibus uti, ac solemnem benedictionem populo impertiri valeret; ulterius omnes prædictos *Cap.* 5. *sess.* 6. *cap.* 4. *& cap.* 3. *sess.* 25. *de Ref.*

ctos Canonicos, Beneficiatos, & Presbyteros ab Ordinaria jurisdictione Archiepiscopi Amalphitani exemit, illosque Sedi Apostolicæ immediate subjecit; & demum eidem Præposito concessit facultatem exercendi omnem Episcopalem jurisdictionem in supradictas personas Capitulares.

Post expeditionem dd. literarum idem Pontifex ad supplicationem Archiepiscopi Amalphitani illas suspensas declaravit cum clausula: dummodo suum effectum sortitæ non fuissent, & postmodum illius Successor Leo X. easdem omnino revocavit, quapropter inter Archiepiscopum, & Presbyterum tunc temporis de anno 1514. deventum fuit ad quamdam transactionem ab eodem Leone X. confirmatam; quæ postea de anno 1516. per dictum Pontificem fuit rescissa, & annullata; Demum ad redimendas omnes lites, & controversias, sequenti anno 1517. ad novam concordiam devenit Archiepiscopus cum dicto Præposito, & Canocicis, qua cautum fuit; primo, quod dicta Ecclesia S. M. remaneret Collegiata cum suis Canonicis, & Præposito, qui certis anni temporibus uti posset insigniis Pontificalibus in absentia tumen Archiepiscopi; secundo, quod Canonicatus, & Beneficia Diaconalia essent liberæ collationis ejusdem Archiepiscopi; & tertio, quod dictus Archiepiscopus haberet omnimodam, ac plenariam jurisd ctionem tam super Ecclesiis, & Beneficiis, quam super Ecclesiasticis quibuscumque in omnibus, & per omnia, prout habebat ante Bullam Julii II., quæ quidem concordia, ut asseritur, usque ad præsens semper extitit observata; imo de anno 1680. cum Præpositus tunc temporis exercere voluerit usum Pontificalium Sacra Congregatio die 23. Novembris ejusdem anni mandavit eidem, ut se a prædictorum gestatione,& aliis abstineret, & commisit Archiepiscopo Amalphitano, ut illum cogeret ad abstinendum *lib.21, Decr. fol.283.*

Verum quia defuncto novissime Archiepscopo, Præpositus modernus germanus frater illius prætendere cæpit exemptionem a jurisdictione Archiepiscopali, ac exercitium jurisdictionis active in personas dicti Oppidi, & ultimo loco rejecit Concionatorem a Vicario Capitulari deputatum, iste pro defensione Jurium Archiepiscopalium nonnullos ex dictis Canonicis excommunicatos declaravit, qui tamen, ut supponitur, adhuc non abstinuerunt a celebrando, & quamvis postea reportaverint ab hac Sacra Congregatione absolutionem per mensem, nihilominus eo jam elapso nec curantes de ulteriori prorogatione d. absolutionis pariter continuant in exercitio suorum munerum, unde dictus Vicarius canonicus, citato Procuratore eorumdem canonicorum ab EE.VV. oraculo declaratione expectat.

I. An Præpositus, Canonici, aliæque personæ Ecclesiasticæ tam Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Majoris, quam ejusdem Oppidi sint subjectæ jurisdictioni Archiepiscopi Amalphitani in casu &c.

II. An Præpositus d. Ecclesiæ uti possit Pontificalibus in casu &c.

II. An censuræ latæ per Vicarium capitularem sustineantur, & an ob earum spretum Canonici inciderint in irregularitatem in casu &c.

Sacra Congregatio die 30. Septembris 1702. respondit. *Ad primum affirmative. Ad secundum negative; ut in lib.52. Decr. pag.*372. & die 2. Decembris dicti anni stetit *in Decisis: ut in d. lib.52. Decr. pag.*427. *ter.*

PAM-

PAMPILONEN. MISSARUM. Parochi, & Beneficiati Loci de Ecahlar Missam, quam popularem vocant, & quam celebrare, & applicare tenentur quotidie pro populo, celebrant, & applicant, accepto stipendio, pro Defunctis, aliisque satisfaciendis oneribus. Hanc duplicem unius Missæ applicationem, & stipendii receptionem illicitam credens Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Pampilonen. eosdem Parochum, & Beneficiatos ad judicium vocavit coram Officiali Episcopali, qui per sententiam declaravit, Missam popularem applicandam esse quotidie pro populo, illamque non posse confundi cum Missis funerum, exequiarum, Anniversariorum, & similium, sed singulas fore seorsim, & separatim celebrandas; provocarunt ab hujusmodi sententia Parochus, & Beneficiati ad Rotam; verum remissa causa ab Auditore Sanctissimi ad Sacram Congregationem, audito Episcopo omnia comprobante, exquiritur ab EE. VV.

Sess. 22. Dec. de obser. & evit. in celebr Miss. & &c. 1. sess. 22. de ref.

An Parochus, & Beneficiati loci de Echalar possint pro Missa populari recipere stipendium, illamque applicare pro Defunctis, aliisque satisfaciendis oneribus.

Sacra Congregatio die 18. Novembris 1702. respondit: *Negative, & censuit danda esse decreta: ut in lib. 52. Decr. pag. 406.*

AUXIMANA CAPPELLANIARUM. In supremo, sub quo decessit elogio HyacinthusGentilonus hæredes universales instituit Philippum Caballinum, Franciscum Simonettum, ac Bartholomæum Puccettum cum hac lege, & conditione ,, quod ex tota, & integra ,, ejusdem Testatoris hæreditate ipsi hæredes teneantur, & debeant ,, constituere, & erigere tres mere laicales Cappellanias in illa Ecclesia, seu Ecclesiis, ubi eis videbitur, & placebit, & jus nominandi Cappellanos pro dictis Cappellaniis in perpetuum spectet, ,, & pertineat ad dictos hæredes, & suos hæredes, & successores, in ,, infinitum, cum onere tamen, quod Cappellani dictarum Cappellaniarum teneantur, & debeant quolibet die celebrare, seu celebrari facere Missam unam pro qualibet Cappellania, & die, ut supra, in illa Ecclesia, seu Ecclesiis ubi dictæ Cappellaniæ erectæ ,, extiterint, sit tamen in arbitrio dd. hæredum variandi ad eorum arbitrium semper, & quandocumque tam circa nominationem Cappellanorum, quam Ecclesiarum &c. & cum hac conditione, pacto, ,, & lege, quod in dictis Cappellaniis, ut supra erigendis ullo unquam tempore Superiores Ecclesiastici non possint manus immittere ,, sub quovis prætextu, & quæsito colore, & in eventum, in quem ,, manus immittere vellent, dd. Cappellaniæ habeantur non factæ, ,, sed revertantur ad utilitatem, & commodum dd. hæredum, & ,, suorum &c. ,, sunt verba præcisa Testamenti: Modo autem dubitantes hæredes supradicti, an hujusmodi Cappellaniæ sint Beneficia Ecclesiastica, seu potius Cappellaniæ mere laicales, preces porrexerunt huic Sacræ Congregationi pro tali declaratione, super quibus audito Episcopo existimante dictas Cappellanias mere laicales, adeout retineri possint per infantes, & mulieres, ac ad illas nominari tanquam ad pium legatum, EE. VV. erit decernere.

Sess. 14. c. 12. de Ref.

I. An

I. An dictæ Cappellaniæ reputari debeant ad instar hæreditatis mere prophanæ, sint atque ita laicales, ut ad illas nominari possint etiam laici, mulieres, & Pueri.

II. An successores dictorum hæredum, & habentes facultatem nominandi Cappellanos possint nominare se ipsos.

III. An nominatio Cappellani fieri possit cum facultate celebrandi Missas in qualibet Ecclesia sibi bene visa.

Sacra Congregatio die 2. Decembris 1702. distulit propositionem, die vero 16. dicti respondit: *Ad primum affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Ad secundum affirmative. Ad tertium negative: ut in lib.52. Decr. pag.429. ter.449.*

Sess.24. c.1. de ref.

MUTINEN. MATRIMONII. Maria Cavana, & Hieronymus Borg hi ambo de loco Spezzani Mutinen. Diœcesis habitantes tamen iu loco Maranelli, & exoptantes Matrimonii vinculo sese copulare, curarunt ad hunc effectum ab Ordinario dispensationem super tribus denunciationibus, probato de more eorum statu libero in Curia Episcopali mediante duorum Testium depositione, illamque reportarunt cum facultate assistendi matrimonio directa Parocho Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ dicti loci de Maranello, quod tamen verbum *Maranello* fuit ex opera Scriptoris abrasum, & loco illius positum verbum *Spezzano* diverso charactere, itaut dicta facultas data appareret Parocho loci de Spezzano; Cum igitur Sponsi supradicti cum hujusmodi licentia se contulerint ad proprium Parochum eorum habitationis loci de Maranello, viso per istum, quod illa non erat sibi directa, eam remisit ad Parochum loci de *Spezzano*, coram quo Matrimonium per verba de præsenti, ac servata forma S. C. T., sub die 13. Novembris 1689. contraxerunt.

Post hæc, sequuta inter ipsos longa coabitatione cum duorum filiorum procreatione ob nonnullas dissentiones deinde exortas, vir ab uxore divertit, Ferrariæ se recipiendo, & dicta Maria Cavana post paucos annos dicto ejus viro adhuc superstite cum Vincentio de Vincentiis secundum matrimonium contraxit die 19. Julii anni præteriti coram Æconomo Ecclesiæ Parochialis S. Cataldi in Suburbiis Mutinæ, utrisque scientibus superviventiam prædicti primi viri, omissis pariter denunciationibus, ac prævia depositione duorum testium falsum deponentium de statu libero eorundem; habita autem de hoc notitia ab Inquisitore Mutinen., iste devenit ad carcerationem tam ipsorum, quam etiam testium, qui falsum deposuerunt, compilatoque desuper processu, ac ad Sac Inquisitionem Urbis transmisso, placuit EE. PP. illius Supremi Tribunalis ad hanc Sac. Congregationem remittere cognitionem validitatis dicti primi matrimonii non celebrati coram Parocho propriæ habitationis, ut responso accepto exinde procedi valeat in eodem Sacro Tribunali ad causæ expeditionem: Quapropter a doctissimo EE. VV. oraculo pendet decisio.

An matrimonium contractum inter Maria Cavanam, & Hieronymum Borghi sit validum in casu &c.

Die 18. Novembris 1702. Sacra Congregatio respondit *Negative: ut in lib. Decr.52. pag.403.*

RO-

ROMANA JUBILATIONIS. Post quadragenarium servitium continuo, ac laudabiliter præstitum per Simeonem de Magnanimis Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin in munere Canonici, ac benigne per eundem reportatum ab hac Sacra Congregatione Jubilationis indultum cum perceptione fructuum, & distributionum juxta solitum, orta fuit desuper controversia inter ipsumet Oratorem, & Canonicos ejusdem Ecclesiæ super emolumentis Processionum, quæ fieri solent in diebus Rogationum, Divi Marci, & Sanctissimi Corporis Christi, an scilicet dicta emolumenta, licet non expressa in eodem indulto, debeantur dicto Oratori non interessenti. Quamobrem idem Canonicus preces EE. VV porrexit pro hujusmodi declaratione, super quibus audito R. P. Organo Primicerio Ecclesiæ supradictæ, iste auditis Archipresbytero, & Canonicis, refert hos neque assentiri, neque dissentiri petitioni Oratoris, & proinde attenta consuetudine aliarum Ecclesiarum Urbis, nempe *Basilicæ* Lateranensis, Collegiatæ S. Mariæ in Via lata, & S. Marci, prout ex attestationibus exhibitis, existimant annuendum esse instantiæ ejusdem Octuagenarii, qui nedum Ecclesiæ, verum etiam Sedi Apostolicæ inter Minutantes Secretariæ Status summa cum laude inservivit. Cap. 12. Sess. 24. de Ref.

Relatis autem hujusmodi precibus per Summarium in Congregatione habita sub die 17. Augusti proxime præteriti rescriptum extitit *lectum*, cui tamen non acquiescens prædictus Orator, iterum supplex instat pro favorabili resolutione ad tenorem alterius Cappellaniæ in una Romana Distributionum 5. Martii 1678. sub sequenti Dubio.

An eidem Oratori Jubilato debeantur emolumenta Processionum, etiamsi illis non interfuerit in casu &c.

Sacra Congregatio die 3. Martii 1703. distulit propositionem, sub diem vero 24. ejusdem mensis rescripsit: *Affirmative, ut in lib. 53. Decr. pag. 74. & 113.*

GIENNEN. VACATIONUM. Vetustissima statuta Ecclesiæ Cathedralis Giennen. tribuentia Canonicis vacationes centum dierum pro quolibet anno, & plures alias horas cum participatione distributionum ex causa assistendi nonnullis functionibus Ecclesiasticis pro tonsione barbæ, & aliis specialibus operationibus revocata fuerunt ex Decreto hujus Sacræ Congregationis sub die 16. Januarii 1700., in qua propositis duobus Dubiis. I. *scilicet An statuta Cathedralis Ecclesiæ Giennen. circa vacationes sint observanda, & quatenus affirmative*. II. *An durante tempore ad vacationum liceat Capitularibus abesse a loco residentiæ etiam sine licentia Episcopi*, rescriptum fuit: *Ad* I. *negative, & servetur dispositio Sacri Concilii Tridentini. Ad* II. *affirmative cum solitis clausulis*. Cum autem modo Canonici prætendant, illam jam fuisse redactam ad terminos dispositionis Conciliaris mediante alio Statuto condito de anno 1587. ab Episcopo Sarmiento, & inviolabiliter, ut prætenditur, observato, firmis remanentibus vacationibus horarum concessis pro supradictis specialibus functionibus cum participatione distributionum, quæ grossæ nuncupantur, non autem minutarum; iidem Canonici reclamantes a Decretis per Episcopum editis in executionem præfatæ resolutionis hujus Sacræ Congregationis, Parte utraque monita, & informante, infrascriptorum Dubiorum decisionem ab EE. VV. supplices expostcunt. Sess. 24. c. 12. Ref.

I. An, & quomodo sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 16. Jan. 1700.

II. An Decreta facta per Episcopum sustineantur in casu &c.

Sac. Congregatio die 26. Jan. 1704. respondit: *Ad* I. *in Decisis, & amplius*. *Ad* II. *ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem*, ut in *lib.* 54. *Decret. pag.* 24.

Sess. 24. cap. 12. de Ref. GIENNEN. DISTRIBUTIONUM. Quotidianarum distributionum tenuitas, quæ assignatæ reperiuntur pro quolibet Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis Giennen. ansam præbuit Canonicis, eas plerumque negligendo, debitam residentiam prætermittere; qua de re volens modernus Antistes Giennen. huic malo occurrere, peragendo divisionem Fructuum cujuscumque Præbendæ, tertiamque partem eorumdem in quotidianas distributiones convertendo ad normam Conciliaris dispositionis, Canonicis supradd. reclamantibus, hujus Sac. Congregationis Oraculum expetiit sub duobus sequentibus Dubiis; videlicet: I. *An Statuta Cathedralis Ecclesiæ Giennen. circa distributiones quotidianas sint servanda, sive potius attendenda dispositio Concilii cap. 3. sess. 21. de ref., & quatenus negative quoad primam partem, & affirmative ad secundam*. *Ad* II. *Quomodo illarum divisio per Episcopum facienda sit per singulas horas*: Quibus sub die 24. Aprilis 1700. responsum prodiit: *Ad* I. *negative, & servandam esse dispositionem Concilii cap. 3. sess. 21. de ref. Ad* II. *per Episcopum ad formam Concilii*: In hujusmodi Rescripti executionem Decretum edidit Episcopus pro exhibitione omnium librorum, & documentorum ad effectum deveniendi ad dictam divisionem, verum prætendentibus modo præfatis Canonicis quamdam Constitutionem, seu Satutum antiquissimum conditum fuisse ab Episcopo Sarmiento quoad distributiones quotidianas, illudque nullatenus adversari Concil. Trid., & propterea esse servandum, absque eo quod deveniri debeat ad novam divisionem, seu distributionum assignationem, tria infrascripta Dubia inter Partes concordata EE. VV. decidenda proponuntur.

I An Constitutio, seu Statutum Episcopi Sarmienti quoad distributiones quotidianas adversetur distributioni Sac. Conc. Trid., itaut sit standum, vel recedendum a decisis sub die 24. Aprilis 1700.

II An, & de quibus fructibus sit facienda divisio per Episcopum.

III An sint exhibendi libri, ceteraque documenta ad formam Decreti Episcopi in casu &c.

Sac. Congregatio die 25. Jan. 1704., & 16. Februarii dicti anni respondit. *Ad* I. *&* II. *dilata, & firmetur status specificus tam redituum, quam onerum, & expensarum*. *Ad* III. *attento consensu Episcopi exhiben. esse libros penes tertiam Personam Partibus non suspectam lib.* 54. *Decret. pag.* 45.

Sess. 14. c. 4. de Ref. CADICEN. DISPENSATIONIS. Matrimonium contraxit anno 1693. Maria Josepha Babon ætatis annorum decem & septem cum Joanne Antonio de Olaya annorum decem & novem, traductaque sponsa ad domum viri post cohabitationem octo mensium experta est suum sponsum imparem fore ad explendum opus Conjugii; Unde ob illius reversionem ad lares paternos, dictus vir die 29. Martii 1694. institit coram Ordinario Cadicen. illam juris remediis compelli ad secum cohabitandum, & reddendum obsequia matrimonialia, at instructo illico per dictam Mariam judicio super nullitate Matrimonii ex capite impotentiæ viri eam prorsus denegantis, dictus Ordinarius decrevit illum inspici, & recognosci per duos Chirurgos, qui unanimiter retulerunt nullum prope signum impotentiæ extrinsecum, & visibile in eo apparere.

Siluit causa usque ad annum 1698., eo quia non antea præfatus sponsus ab Indiis,

Indiis, in quas secesserat, reversus est ad Patriam, quocirca reassumpto judicio per Mariam, dictus Ordinarius decrevit illam per Matronam, virum vero per Medicos utrimque nominandos inspici, & recognosci, & sane isti non secus ac Chrirurghi antecedenter deputati retulerunt, Matronæ verò declararunt Mariam Josepham adhuc virginem esse.

Hujusmodi Peritorum judicio, neque totaliter Ordinarius acquiescens, pro perfectiori viri recognitione, alium Medicum, & Chirurgum deputavit, qui in eorum relationibus affirmarunt nullum adesse in eo vitium visibile, ex quo resultaret impotentia absoluta, nihilominus ex aliquot mediis, quibus secundum artem usi fuere in actu recognitionis, satis eis innotuisse dictum virum aliquod vitium intrinsecum, & morbosum habere, ex quo oriebatur impotentia respectiva ad Virgnes; Hisque peractis pro subsistentia Matrimonii, ad causam admisso Promotore Fiscali, ac juribus utrimque late deductis, per dictum Ordinarium perpensis, sententiam protulit injungendo prædictis Conjugibus reditum ad mutuam cohabitationem per annum.

Provocavit ab hac sententia dicta Maria Josepha ad Nuntium apud Regem Catholicum, delegatoque Judice per Tribunal Nuntiaturæ, coram quo comparente Promotore Fiscali vice Joannis Antonii, qui iterum in Indias navigavit, dictus Judex per sententiam declaravit Mariam Josepham supplicare debere Sanctissimo pro dispensatione a Matrimonio rato, & non consumato, qua quidem dispensatione non petita, aut non obtenta sententiam Ordinarii proconfirmata habere voluit.

Præfatæ declarationi, seu Decreto adhæsit dicta Maria Josepha, præces ad hunc effectum porrigendo Sanctissimo, illisque huic Sacræ Congregationi pro voto remissis, & deinde pro informatione ad Nuntium Apostolicum, qui facti seriem ut supra réferens eximiæ EE VV. sapientiæ remittit, an sufficiens causa concurrat pro dicta dispensatione concedenda, quamobrem EE. PP. modo respondere non gravabuntur.

An petita dispensatio sit concedenda in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Maii 1704. distulit propositionem, & die 31. ejusdem Mensis respodit: *Negative*, ut in *lib.* 54. *Decret. pag.* 190. *&* 215.

NEAPOLITANA PRÆTENSORUM SPONSALIUM. Postquam Cajetanus de Pyro Pater, & Judith filia in magna Curia Vicariæ querelam porrexerant contra Nicolaum Cuccaro, qui eamdem Judith Virginem sub jurata promissione matrimonii deflorasse dicebatur, comparuerunt deinde in Curia Archiepiscopali Neapolis, ibique exponentes se se timere, ne idem Nicolaus matrimonium cum alia muliere clam, & secreto contraheret, institerunt, ut illi, ne id faceret, inhiberetur, eadem Curia Archiepiscopalis demandavit, ut informatio super expositis caperetur, & interim ad quatuor tantum dies Parochis, & Scribæ inhibuit, ut petebatur. *Sess. 24. c. 1. de Ref.*

Ter postmodum a dicta Curia monita præfata Judith ad docendum intra biduum de asserto sponsalium impedimento super articulis per eam exhibitis, & interrogatoriis respective a dicto Nicolao datis examinati fuerunt nonnulli Testes ad probandam matrimonii promissionem, & stuprum; Idemque etiam Nicolaus super articulis a se productis alios è contra induxit Testes, quibus inhonestam prædictæ Judith cum aliis viris conversationem, optimamque sui ipsius indolem, ac famam probare contendit.

Post has tamen probationes D Vicarius Generalis Neapolis de voto solitæ Congregationis coram ipso habitæ decrevit esse supersedendum in concedenda supradicto Nicolao licentia contrahendi matrimonium cum alia mu-

liere, donec aliter provideatur. Gravatum ab hujusmodi Decreto se dicens idem Nicolaus recursum habuit ad hanc Sacram Congregationem, illaque commisit eidem Vicario, ut Processum transmitteret, & interim terminum trium mensium ad deducendum jura sua Partibus assignaret, prout assignavit. Cum vero pro parte dictæ Judith nemo comparuisset, Sacra Congregatio die 31. Maii præteriti alium terminum duorum mensium ei præfigendum esse rescripsit, quem tamen cum usque sub die 19. Junii mox elapsi prædictus Vicarius dictæ Judith præfixerit, adhuc eo dudum elapso, nemo pro illa hactenus comparuit. Cupiens igitur præfatus Nicolaus libertatem eum alia muliere contrahendi quanto citius redimere, ab EE. VV. declarari postulat.

An constet desponsalibus, ita ut sit licitum nec ne Nicolao Cuccaro matrimonium contrahere cum muliere sibi benevisa in casu &c.

Sacra Congregatio die 20. Septembris 1704. respondit: *Negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem*, ut in *lib.* 54. *Decret. pag.* 381.

Sess. 24. *c.* 1. *de Ref.*

BURGI S. DONNINI JUBILATIONIS. Consuetum jubilationis Indultum obtinuit ab hac Sacra Congregationem Joannes Jacobus Razzinus Canonicus Cathedralis Ecclesiæ post quadragenarium servitium continuo, ac laudabiliter expletum, quod tamen Capitulum, & Canonici impugnant putantes, eidem Razzino suffragari non debere indistincte quoad omnes distributiones, sed dumtaxat quoad ordinarias, non autem extraordinarias, quas intelligunt eas esse, quæ per Decretum b. m. Episcopi Pallavicini de anno 1666. assignatæ reperiuntur pro qualibet hora Canonica, & interessentibus tantum debentur, ut ex copia dicti Decreti per manus circumferendi. Habito igitur ad hanc Sac. Congregationem recursu per Canonicum Razzinum supplicando declarari omnes indistincte distributiones sibi deberi, cum virtute præfati Indulti jubilationis in omnibus censeri debeat, ac si vere præsens esset, auditoque desuper Episcopo dictam copiam Decreti anni 1666. unice transmittente assignatus fuit competens terminus Capitulo prædicto ad deducendum sua jura, eoque jam elapso, & Procuratore ejusdem Capituli ad informandum monito, præfatus Canonicus Orator enixe supplicat ab EE. VV. declarari.

I. An indultum jubilationis concessum Razzino sub die 29. Aprilis 1702. suffragetur pro participatione omnium fructuum, & distributionum etiam extraordinariarum, & contentarum in Decreto bon. mem. Episcopi Pallavicini, *& quatenus affirmative*.

II. An dictæ distributiones veniant per Canonicos restituendæ a die intimati judicii in casu &c.

Sac. Congregatio 19. Aprilis 1704. respondit: *Affirmative ad utrumque*, ut in *lib.* 54. *Decret. pag.* 148.

Cap. 12. *sess.* 14. *de Ref.*

REATINA DISTRIBUTIONUM. Reportata ab hac Sacra Congregatione facultate per Capitulum, & Canonicos Cathedralis Reatis celebrandi Divina Officia sub tentorio, tempore quo notissimæ Terræ concussiones etiam in dicta Civitate sæviebant, attenta ruina, quam Ecclesia Cathedralis minabatur, nonnulli ex ipsis Canonicis, minorem tamen Capituli partem constituentes, renuerunt in dicto tentorio assistentiam Divinis Officiis præstare, unde ad instantiam cæterorum Canonicorum ibidem interessentium in vim supradictæ facultatis hujus Sacræ Congregationis, EE. PP. per plura, & reiterata Decreta, Sanctissimo etiam postremo loco approbante, demandarunt Vicario Apostolico, ut præfatos Ca-

Canonicos reluctantes omnino cogeret ad interveniendum una cum aliis in dicto Tentorio sub pœnis amissionis distributionum, aliisque a Sac. Conc. Trid., & Constitutionibus Capitularibus contra non interessentes præscriptis, prout tandem post demandatam quoque exequutionem dd. Decretorum a R. P. Auditore Sanctissimi, obtemperarunt; Cessato autem exinde timore præfatarum concussionum, factoque regressu per Canonicos ad officiandum in Ecclesia Cathedrali, exorta fuit controversia super participatione distributionum inter Canonicos, qui in Tentorio Divina Officia persolverunt, & alios, qui ibidem persolvere recusarunt, ejusdemque decisione ad hanc Sacram Congregationem remissa per eumdem R. P. Sanctissimi Auditorem, duo infrascripta Dubia EE. VV. proponuntur resolvenda videlicet.

I An Canonici, Beneficiati, & Clerici Cathedralis à die intermissi servitii in Ecclesia ex causa Terræmotus sint admittendi ad distributiones quotidianas, Anniversaria, & Nocturna usque ad dies completi Tentorii, seu potius illæ adauctæ aliis, qui in Ecclesia Divina Officia persolverunt in casu &c.

II. An Canonici, Beneficiati, & Clerici ejusdem Cathedralis, qui, completo Tentorio, sub eadem Ecclesia Divina Officia continuarunt, sint admittendi ad distributiones quotidianas, Nocturna, & Anniversaria, seu potius ista adaugenda sint aliis, qui sub Tentorio Divina Officia persolverunt in casu &c.

Sacra Congregatio die 19. Aprilis 1704. respondit: *Ad I. affirmative quoad primam partem, quo vero ad secundam negative. II. affirmative ex gratia*, ut in *lib.* 54. *Decret. pag.* 149.

ARIANEN. ASSISTENTIÆ. Quamvis ab antiqua consuetudine, ut prætenditur, Canonici Cathedralis Arianen. nunquam adstricti fuerint ad præstandam assistentiam Antistiti privatim celebranti usque ad annum 1689. ab eo vero tempore b. m. Episcopus Bonavilla ob ejus infirmitates, ut asseritur, consuevit Missam privatam in sui Palatii Sacello celebrare cum assistentia duorum Canonicorum; Renuentibus autem modo Canonicis d. assistentiam moderno Episcopo privatim celebrare volenti in Cathedrali præstare; idem Episcopus desuper auditus retulit, præfatum ejus Prædecessorem ab anno 1689. semper fuisse in quasi possessione exigendi à Canonicis servitium assistentiæ in Missis privatis nedum in Cathedrali, verum etiam in privato Sacello, & ipsummet quoque, in Cathedrali tamen celebrantem per cursum quatuor annorum, & ultra continuasse in eadem quasi possessione, nemine reluctante, qua attenta consuetudine petit ab EE. VV. illius observantiam demandari pro manutentione ejus possessionis; è contra vero Canonici asserentes d. assistentiam gratis præstitam fuisse a duobus dumtaxat præfati Episcopi Bonavilla Familiaribus, & tempore, quo Divina Officia non celebrantur, idcirco enixe EE. VV. deprecantur pro declaratione. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

I. An Canonici etiam tempore Divinorum Officiorum teneantur assistentiam præstare Episcopo Missam privatam celebranti in Ecclesia Cathedrali.

II. An Canonici assistere volentes Episcopo in dicta Missæ celebratione tempore, quo divina Officia celebrantur sint punctandi.

Sacra Congregatio die 19. Aprilis, & 17. Maii 1704. respondit: *Ad I. Negative. Ad II. Affirmative*, ut in *lib.* 53. *Decret. pag.* 150. *&* 187.

AQUI-

Sess. 24. c. 12. de Ref.

AQUINATEN. PARTICIPATIONIS. Et Mensa Archipresbyteralis Ecclesiæ Parochialis S. Antonii Castri Pici anno 1652. erecta extitit auctoritate Episcopi Ecclesia receptitia pro omnibus naturalibus Civibus ejusdem Castri, Ordinibus Sacris insignitis, Archipresbytero, aliisque Præbendariis onere injuncto conveniendi in Ecclesia, necnon assistendi Choro, aliisque Divinis Officiis in hujusmodi Ecclesiis receptitiis fieri solitis, ut latius ex particula Capitulationum, quæ circumfertur.

Verum quia deinde Præbendarii absque residentia, & interessentia fructus ejusdem Ecclesiæ superlucrari prætendebant, idem Episcopus huic inconvenienti occurrendo opportune decrevit, *fructus absentibus minime acquiri, eosque assistentibus accrescere*, quod usque nunc debitam executionem obtinuit.

Ast Capitulationibus præfatis, & Episcopi decreto non obstantibus, volens Antonius Carnevale Præbendarius dictæ Ecclesiæ, & Alumnus Seminarii Pontis Curvi, licet absens de dd. fructibus participare, sub die 1. Martii 1703. indultum causa studii de more concedi solitum ab hac Sacra Congregatione reportavit, prævia favorabili Episcopi informatione pariter circumferenda, vice vero versa Archipresbytero, aliisque Præbendariis Monitorium petentibus ab A. C. super observatione Capitulationum ad instantiam Oratoris per R. P. Auditorem Sanctissimi præfatæ controversiæ resolutio remissa extitit EE. VV., a quibus modo responsum expectatur.

An Indultum, de quo agitur, sit exequendum.

Sacra Congregatio die 14 Junii 1704. respondit: *Affirmative*, ut in *lib.* 54. *Decret. pag.* 250. *terg.*

Sess. 24. c. 13. de Ref.

CASERTANA SERVITII CHORI. Exemplo ceterorum Canonicorum Cathedralis Casertanæ, qui facultate se invicem substituendi in Chori servitio potiuntur, Canonici Coadjutores, quibus dicta facultas controvertitur, preces huic Sac. Congregationi porrexerunt pro ea reportanda, super quibus Episcopus de more auditus censet, quod cum ex causa intemperiei aëris Canonici, ut plurimum in Villis inhabitare soleant, utique permitti potest Coadjutoribus, ut ipsi quoque impediti alios Canonicos substituere queant diebus, quibus substituti non sunt servitio Ecclesiæ adstricti, & è contra, ex quo Divini cultus augmentum potius, quam detrimentum resultare testatur, asserens ulterius ab ipso in Constitutionibus Synodalibus satis consultum remansisse, ne Canonici sæpe sæpius substituendo prædicta facultate abutantur, ejusdem usu restringendo ad duos dumtaxat dies per hebdomadas, dummodo tamen non obstet Decretum ab hac Sacra Congregatione editum circa Coadjutorem Archidiaconi hujusmet Cathedralis sub die 2. Februarii 1650., prout sequitur videlicet: *Capitulum Cathedralis Casertanæ exponens in dicta Ecclesia extare* 18. *Canonicos, qui legitime impediti de consuetudine invicem se substituunt diebus, quibus substituti non sunt servitio adstricti; cumque Archidiaconus ejusdem obtinuerit a S. Sede Coadjutorem, qui prætendit posse uti eodem privilegio substituendi, ideo supplicat pro declaratione Sacra &c. respondit, dictum Coadjutorem uti non posse privilegio alium substituendi lib.* 19. *Decr. fol.* 28. *terg.* His itaque attentis, Procuratore dd. Coadjutorum dumtaxat informante, EE. VV. respondere non dedignabuntur.

An Oratorum instantiæ sit annuendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 27. Junii 1704. respondit: *Negative, & amplius*, ut in *lib.* 54. *Decret. pag.* 265. *terg.*

CA-

CAVALLICEN. RESIDENTIÆ, JESU DISTRIBUTIONUM. Cum S. M. Clementi VI. in Civitate Avenionen. sedenti innotuerit inobservantia Statutorum Ecclesiæ Cathedralis Cavallicen anno 1352. vigore Brevis impertitus fuit facultatem clar. mem. Card. Bertrado tunc Episcopo Sabinen., ut per se, vel per alium antiqua statuta dictæ Ecclesiæ servari mandaret, quatenus utiliter edita reperiisset, sin minus ea in melius reformaret, corrigeret, & de novo faceret, sicuti pro utilitate illius spiritualiter, & temporaliter expedire agnovisset. *Cap. 12. Sess. 24. de Ref.*

Ad tenorem hujus Brevis præfatus Cardinalis habitis super hac reformatione pluribus colloquiis cum Episcopo, & Canonicis, inter cetera decrevit, quod illi in diebus ferialibus perciperent pro distributionibus 12. panes, & vini quantitatem, quatenus interessent divinis Officiis saltem magnæ Missæ, & Vesperarum, in diebus vero solemnibus perciperent ultra dictos panes duos turonenses argenti, dummodo interessent etiam matutinis, alias autem amitterent tertiam partem distributionis in panibus consistentis.

Demandavit etiam, quod Canonici recipere deberent infrascriptum numerum Servitorum nempe sex Cappellanos ad nutum amovibiles, & duos Clericulos, eisque conventum solvere salarium, juncta tamen obligatione interessendi omnibus, & singulis horis Canonicis.

Hujusmodi statuto recta, ac gubernata fuit Ecclesia præfata a dicto anno 1352 usque ad annum 1501., qua Præpositus, & Canonici agnoscentes, quod Cappellani Servitores debitum servitium non præstabant, imo scandalose se gerebant, de communi consensu, ac authorizante Episcopo, loco dictorum Cappellanorum fundarunt decem Beneficiatos perpetuos medios præbendatos nuncupatos, & quatuor Clericulos, eosque de bonis Capituli dotarunt; eodem ipsis onere adiecto interessendi quotidie singulis horis Canonicis, nihilque innovato quoad interessentiam Præpositi, & Canonicorum.

Post Sæculum, & ultra nempe anno 1614., prædicti Beneficiati prætendentes etiam Præpositum, & Canonicos interesse debere singulis horis, obtinuerunt a tunc Episcopo decretum instantiæ conforme, a quo per appellationem Causa ad Sac. Rotam devoluta, duæ emanarunt decisiones, altera nempe super remissoria concessa Canonicis ad effectum probandi sufficientiam distributionum, ut videre est in *decis.* 435. *coram Pamphilio*, & altera super demandata interessentia singulis horis, & diebus, ut in alia *dec.* 458. *coram eodem*.

Declinato postmodum de communi consensu Tribunali Sac. Rotæ, Partes adierunt hanc Sac. Congregationem, quæ non obstante resolutione Rotali benigne indulsit Episcopo Mancino, ut auditis Partibus pro suo arbitrio, & prudentia hujusmodi controversiam componeret, unde dictus Episcopus die 10. Decembris 1617. definitive decrevit, Canonicos teneri interesse omnibus diebus singulis Officiis Divinis, & horis Canonicis per turnum, quod decretum eodem anno approbavit Sac. hæc Congregatio, & postea anno 1653. Episcopus Sfortia servari mandavit.

Non acquieverunt huic Decreto Beneficiati cum fundamento, quod obtinuerint ab hac Sac. Congreg. die 25. Novembris 1651. aliud decretum contra Canonicos super continua interessentia, ut habetur ex illius intimatione eisdem facta de ordine præfati Episcopi, quod tamen decretum non reperitur in Regestris Sac. Congregationis cum dicto die non fuerit habita Congregatio.

Et quamvis antea nempe die 14. Januarii 1651. iidem Beneficiati obtinuerint ab

ab hac Sac. Congregatione epistolam Episcopo directam, ut Canonicos adstringeret ad residentiam ad formam Concilii, attamen propria successivè causa in prima Congregatione per tres vices anno 1654., & 55., & nunquam resoluta, devenerunt una cum Canonicis anno 1666. ad amicabilem transactionem, quæ die 30. Decembris proxime præteriti revocata fuit sequenti decreto: Nempe transactionem adversari decretis S. Concilii, & propterea non esse servandam, & Episcopus procedat ad formam Concilii: Quamobrem reassumpta per Canonicos antiqua disputatione super validitate statuti, seu exequutione decreti Episcopi Mancini. mediante nova Audientia ab EE. VV. concessa, infrascripta dubia modo proponuntur resolvenda.

I. An Statuta Ecclesiæ Cathedralis Cavallicen. super interessentia, & distributionibus sint observanda, & quatenus negativè.

II. An decretum Episcopi Mancini Judicis Delegati a Sac. Congregatione factum de anno 1617. de inserviendo per turnum sit exequendum in casu &c.

Die 3. Martii 1703. S. C. C. distulit propositionem, & reproposita causa sub diem 24. dicti ejusdem anni, S. C. respondit. *Ad I. Negativè. Ad II. pariter negativè, & ad formam Concilii, ut in lib. D. 53. pag. 73. ter., & 113.*

NOVARIEN. FUNERUM, ET JURISDICTIONIS.

Cap. 14. sess. 7. cap. 3. & cap. 13. sess. 25. de Ref.

I. An Cadavera impuberum Oppidi Varalli debeant ex aliqua speciali consuetudine sepeliri in sepultura destinata existente in Ecclesia Parochiali; vel potius licitum sit Parentibus tam ante, quam post mortem illorum ea tumulare facere in proprio sepulcro Majorum in Ecclesia Reformatorum existente; & quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. An dicta Cadavera deferri possint ad dictum Sepulchrum Majorum absque associatione Parochorum, & Cleri Secularis post eorum monitionem ad interveniendum funeri, & recusantium.

III. An Parochis intervenientibus sive associatis, sive non ab aliis Canonicis ejusdem Parochiæ distribui debeat candela major illa, quæ datur Superiori Regularium associato ab aliis Fratribus.

IV. An dicta Cadavera deferri valeant ad Ecclesiam quacumque hora diei, & an de nocte absque expressa licentia Ordinarii.

V. An Parochi sub aliqua, & quacumque prætensione possint differre, vel impedire, ne tempore debito Cadavera ad sepeliendum deferantur, & quatenus negative.

VI. An Parochis impedientibus licitum sit hæredi post expectatum triduum a morte defuncti ducere funus etiam de nocte ad Ecclesiam, in qua Cadaver est sepeliendum.

VII. An Parochi cogere possint hæredes ad peragendum in Ecclesia Parochiali omnes functiones Missæ solemnis, accensis luminibus in singulis Altaribus, & Anniversariorum, quæ fiunt in Ecclesia Reformatorum occasione funerum.

VIII. An dicti Parochi possint cogere hæredes, ut celebrare faciant Missas pro Defuncto singulis Sacerdotibus Secularibus funus associantibus.

IX. An in prætensa associatione Cadaverum sint per hæredem Defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes Seculares, quot convocantur Fratres Reformati.

X. An in casu, de quo agitur, Episcopus Novarien. habuerit jurisdictionem in supradictos Fratres Reformatos prætensos delinquentes extra Claustra, seu turbantes jura Parochorum.

XI. An

XI. An interdictum, de quo agitur, sustineatur in casu &c.

Sac. Congregatio die 15. Martii 1704. respondit: *Ad I. negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. Ad II. affirmative. Ad III. negative. Ad IV. affirmative ante tamen solis ortum, & de nocte negative nisi de consensu Episcopi. Ad V. negative. Ad VI. Affirmative preterquam ante solis ortum, & de nocte, Ad VII. VIII. IX. X., & XI. negative*, ut in *lib.* 54. *Decr. pag.* 93.

CATHACEN. JURIS NOMINANDI CONCIONATOREM. In duobus Pagis munificentia Principum Trioli de Familia Cicada in Diœcesi Cathacen. constructis, altero nimirum, ex ipsius familiæ nomine, vulgo nuncupat Cicala, altero autem in memoriam Caroli Fundatoris denominati Corlopoli unius tantum usque ad annum 1703. consuevit destinari Concionator, qui a Sindico primodicti Pagi Cicala nominabatur, & alternatim una hebdomada in uno, & alia in alio ex prædictis Pagis concionari tenebatur. *Cap. 4. sess. 24 cap. 1. & 2. Sess. 25. de ref.*

Cum verò Populus in utroque adeo exercuisset, ut unus explicando utrobique verbum Dei sufficere non videretur, ideo incolæ alterius Pagi *Carlopoli* in publica Platea, ubi congregari solent prout de more convocati, & in sufficienti numero ad sonum Campanæ congregati, inito consilio, specialem Concionatorem, qui in eodem loco dumtaxat concionaretur, assumendum esse statuerunt.

Postea nomine dicti Sindici, & Regiminis ejusdem Casalis die 10. Januarii dicti anni 1703. porrectus fuit Episcopo Cathacen supplex libellus, in quo ipse rogabatur, ut Concionatorem eligeret, qui toto quadragesimali tempore in Ecclesia Parochiali dicti loci Carlopoli concionem haberet, oblata competenti eleemosyna ex publica Universitatis pecunia persolvenda; inde autem idem Episcopus prætendere cœpit, quod ex consensu, & confessione totius Populi sibi competeret jus imposterum semper eligendi ibidem Concionatorem, dicta vero Universitas eleemosynam subministrare teneretur; Cumque Sindicus præfatæ Universitatis *Carlopoli* ad hanc Sac. Congregationem pro rei definitione recursum habuerit, idcirco petita prius, atque accepta consueta ipsius Episcopi super præmissis instructione, in qua dictam Universitatis resolutionem, & dictum Sindici supplicem libellum inferendo; ad illum sese remittit, composita fuerunt infrascripta dubia, quæ nunc illo jam monito EE. VV. resolvenda subjiciantur.

I. An jus nominandi Concionatorem tempore quadragesimæ in Parochiali Ecclesia Cicalæ, & *Carlopoli* spectet ad Communitatem, vel Episcopum, & quatenus ad Episcopum.

II. An, & ad quem spectet onus solvendi debitam eleemosynam eidem Concionatori in casu &c.

Sac. Congregatio die 24. Januarii 1705. rescripsit. *Ad I. spectare ad Episcopum, Ad II. spectare ad Communitatem*, ut in *lib.* 55. *Decr. pag.* 24.

POTENTINA PROCURATIONIS. In Terra Aviliani in qua unica tantum existit Parochialis Ecclesia sub titulo S. Leonardi, ubi ab omnibus dictæ Terræ Presbyteris servitium quotidie impenditur, & alia novem Oratoria, intra, & extra ambitum ejusdem Terræ sita; Reverendissimus Episcopus singulis annis visitationem peragere solet magno comitante, tum Convisitatorum, tum Officialium, cæterorumque Familiarium numero, ultra quamplures evectiones, quas secum adducit, sicut ipsemet in sua relatione recenset *Sess. 24. c. 3. de ref.*

mque pro hujusmodi annua Visitatione ducatos 93. a Clero titulo Procu-

tionis exigat, idem Clerus taxam hanc nimis gravem, atque immoderatam esse conqueritur. Præfatus autem Reverendissimus Episcopus similem taxam a Clero sponte electam fuisse affirmat, quia longe mitior ea est illa Procuratione, quæ antiquitus partim in victualibus, partim vero in pecunia usqe ad quantitatem ducatorum 120. solvebatur, ut per quinque Testes Sacerdotes formiter receptos asseritur.

Spectata namque summa, quæ tum pro vecturis, tum pro vectualibus a Clero annuatim expendi consueverat, cum illa pertingere dignosceretur ad ducatos 70., hinc redacta de consensu dicitur ad ducatos 65. dumtaxat, quibus insuper addita fuit rata aliorum ducatorum decem pro pensione domus tempore visitationis pernecesse cònduci solitæ, & hanc non a Clero, sed ab Universitate, quatenus supponit; prædicti autem quinque Testes illam a Clero solvi testantur, prout addita etiam fuit alia rata ducatorum 18. quam Episcopus inter reditus suæ Mensæ adnumerari dicit, tametsi ex majori commoditate a proposito in Visitatione solvatur, ex quibus omnibus partitis insimul coacervatis integra dicta summa ducatorum 93. constituitur.

Hinc pro statuenda debitæ Procurationis mensura, atque evectionum, ac personarum numero in Visitatione permisso pro sua summa prudentia, ac justitia EE.VV. definient.

I. An sit in facultate Capituli, & Cleri Aviliani subministrare Episcopo in Visitatione procurationem in victualibus, seu pecunia, & quatenus affirmative.

II. An, si solvenda in pecunia, quæ summa debeatur.

III. An subministrando victualia, teneatur Universitas, quoties visitat Episcopus, solvere ultra illos ducatos decem, & Clerus ducatos decem & octo in casu &c.

IV. An attenta senectute Episcopi possit idem in actu Visitationis augere pro suo servitio numerum familiarium, & in qua quantitate.

Sac. Congregatio die 10. Januarii 1705. distulit resolutionem, die vero 24. dicti mensis ejusdem anni respondit: *Ad I. affirmative, & amplius. Ad II. in summa moderata ad formam Concilii. Ad III. neque titulo Procurationis. Ad IV. arbitrio, & conscientia Episcopi, & ad mentem*: ut in *lib.* 55. *Decr. pag.* 23.

Sess. 24. cap. 11. de ref.

LEYRIEN. Sublatis per decretum Episcopi, aliquibus Vacationibus, quibus Dignitates, Canonici, aliique Beneficiati pro tonsione Barbæ, & pro recreatione corporis alternis hebdomadis gaudebant præter alios octuaginta vacationum dies, quos R. P. D. Zambecarius de anno 1513. Nuncius Apostolicus extendendo dispositionem antiqui statuti 40. solum dies concedentis specialiter indulsit, statim simultates, & dissidia a Capitulo id ægreferente in ipsum Episcopum erumpere cæperunt.

Ad servandam igitur, fovendamque mutuam charitatem, & concordiam collato invicem consilio idem Episcopus, & Capitulum rem ita componi posse censuerunt, ut pro obtinendo indulto ad centum dies annuæ vacationis preces Sanctissimo porrigerentur, quibus deinde porrectis, & huic Sac. Congregationi remissis, illa sub die 20. Septembris superioris anni ita rescripsit: *Negative, & servetur dispositio Concilii*. sub die vero 15. Novembris subsequentis, in relationibus causarum extra folium consulta super intelligentia præfati rescripti respondit: *in decisis, & servetur extensio indulti emanati de anno* 1513. *a Nuncio Apostolico*.

Nunc itaque recedendo a prima petitione indulti vacationis centum dierum Episcopus, & Capitulum unitim supplicant, ut saltem vacationes ad tres menses hæc Sac. Congregatio concedere dignetur, ideoque ab EE. VV. declarandum erit.

An

An sit standum, seu recedendum à decisis sub die 15. *Novembris* 1704.
Sacra Congregatio die 25. Januarii 1705. *audita relatione Episcopi Leyrien. eidem benigne commisit, ut veris &c. & sublatis quibuscumque aliis vacationibus, Capitulo Canonicis gratis indulsit, ut ex gratia vacationem trium dumtaxat mensium quolibet anno frui, & gaudere possit, & valeat,* ut in *lib.* 55. *Decr. pag.* 23. *terg.*

PLACENTINA DUBIUM INDULGENTIARUM. Supplicante Josepho Maria Chiesa Archipresbytero Parochialis Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ loci Vigulzoni, S. D. Noster per suas literas in forma Brevis in die commemorationis omnium Defunctorum, & qualibet sexta feria ejusdem hebdomadæ Indulgentiam Plenariam ad septennium valituram pro defunctis elargiri dignatus, est quoties aliquis ejusdem Ecclesiæ Sacerdos ad certum ibi designatum Altare, certis pariter in dicto Brevi præscriptis diebus, Missam Defunctorum celebrat, sub expressa tamen conditione, *quod in ipsa Ecclesia quinque Missæ quotidie celebrentur.* *Decretum de Indulgen.*

Cum vero conditio prædicta singulis diebus adimpleri non valeant, nam aliquoties contingit, ut ex decem Sacerdotibus, qui in dicta Parochia existere dicuntur, occasione incidentium in anno Functionum ad alias vicinas Ecclesias nonnulli accedant, & tunc in dicta Ecclesia Parochiali duæ solum, vel tres, & aliquando licet rarissime nullæ Missæ celebrentur. Ordinarius idcirco admissa præfati Brevis executione ipsius Archipresbyteri conscientiam quoad numerum dd. quinque Missarum in vim præmissæ conditionis quotidie celebrandarum onerandam censuit.

Ille igitur Sacræ Congregationi exponens, quod ducto calculo Missarum, quæ in dicta Ecclesia annuatim celebrantur, earum numerus in dies singulos distributus statutum in dicto Brevi quinquenarium numerum dietim excedit, declarari petit, an per hujusmodi annualem celebrationem conditioni præfatæ satisfieri possit, & audito Episcopo, qui exposita confirmat, ab EE. VV. modo definiendum erit.

An sit locus executioni Brevis, & quomodo in casu &c.

Sacra Congregatio die 23 Januarii 1706. distulit propositionem, & sub die 6. Februarii ejusdem anni respondit: *Negative in casu de quo agitur,* ut in *lib.* 56. *Decr. pag.* 40.

MASSANEN. Michael Pacinus Plebanus Portus Ferrari Cadavera defunctorum, qui sepulturam sibi elegerunt in Ecclesia PP. Minorum S. Francisci de observantia non posse statim efferri, sed in Ecclesia sua Parochiali deponenda esse prætendens, cum vigore Monitorii A. C. super executione nonnullorum decretorum Sac. Congregationis Rituum inhibitus fuerit causam per R. P. D. Auditorem Sanctissimi ad hanc Sac. Congregationem remitti obtinuit, quæ pro consueta informatione Episcopo rescripsit. *Sess.* 24. *c.* 13 *de Ref.*

Ille autem refert, in ea Diœcesi decreto Synodali caveri, ne absque interventu, & licentia Parochi Cadavera domibus efferantur, aut Ecclesiasticæ sepulturæ tradantur, asserens præterea, quod licet per eosdem Regulares consuetudo exponendi cadavera in propria Ecclesia adducta fuerit, ex fidibus tamen coram se productis illa potius dicto Plebano assistere videatur, cum sub protestatione, ac expressa præservativa jurium Parochialium ipsum licentiam ad id ut plurimum concessisse cognoverit.

Idem idcirco Episcopus utrique Parti aliqualiter indulgeri posse censet, declarando nimirum, quod Cadavera, quæ statim domibus efferuntur, in Ecclesia Parochiali usque ad horam humationis deponantur, nisi morien-

tes in dicta Ecclesia PP. S. Francisci statim exponi se velle declaraverunt. Reliquum ergo est, ut EE. VV. modo statuere dignentur.

I. An Cadavera in Ecclesiis Regularium sepelienda, antequam ad eas deferantur asportari, debeant ad Parochialem, *Et quatenus affirmative*.

II. An, & pro quo tempore ibi retineri debeant in casu &c

Sacra Congregatio die 17. Aprilis 1706 respondit: *Ad I. negative. Ad II. provisum in primo, & amplius*, ut in *lib. 56. Decr. pag.* 121.

Sess. 25. c. 6. de Ref.

JUVENACEN., SEU NULLIUS TERLITII VISITATIONIS. Conquerente apud Sac. Congregationem Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Terlitii, quod Episcopus, qui jus visitandi cum Archipresbytero ejusdem Terræ comulativum habere dicitur, ad visitationem solus accedens moram ibidem per quadraginta continuos dies visitando traxerit, nec visitationem ipsam, dum discessit, adhuc explevisse declaraverit, quodque ad Capitulo dumtaxat Procurationem tanti temporis in magna quantitate ducator. 80. exegerit, tametsi alias plures Ecclesias, Confraternitates, Oratoria, Beneficiatos, & loca pia visitaverit; Sacra Congregatio super expositis, Episcopi informationem de more exquisivit.

Episcopus igitur refert, quod Prædecessoris exemplo innixus ad visitationem solus accessit, & in dicta Terra Terlitii quadraginta dies transegit, nec visitationem integre perfecit, nam ibi a multo tempore nulla visitatio expleta fuerat, & Capitulum ipsum ad reddendam nonnullorum Capitalium distractorum rationem coactum pro documentis in re satis antiqua perquirendis tempus rogavit, Procurationem vero a solo Capitulo recepisse, sed in cibariis dumtaxat, quia & Antecessori suo ab illo pariter præstita fuerant. Super infrascriptis itaque dubiis EE. VV. hodie statuendum superest.

I. An Visitatio durare debeat arbitrio Visitatoris, seu potius præscribendum sit certum, & determinatum tempus.

II. An constet de excessiva Procuratione, quæ veniet restituenda.

III. An Procuratio sit præstanda a sola Collegiata Terlitii, vel per contributum ab omnibus aliis Ecclesiis, & locis piis visitandis, & quatenus per contributum.

IV. An, & aquo sit facienda repartitio, seu exactio.

Sacra Congregatio die 23. Januarii 1706. respondit. *Ad I. Affirmative quoad primam partem ad formam Concilii, & negative quoad secundam. Ad II. negative. Ad III. negative quoad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad IV. faciendum esse a Capitulo, & in casu Controversiæ ab Episcopo visitatore, & amplius*, ut in *lib. 56. Decr. pag.* 25.

Sess. 24. c. 3. de ref. Matr.

SIGNINA SPONSALIUM. Sub die 25. Maii 1700. circa secundam noctis horam Fridericus Tomasius a Canonico Michaele Angelo Luciano ductus ad domum Elisabeth Lucianæ, tactu manuum, & annuli traditione intercedente, eam in Sponsam ducere promisisse asseritur tam a dicto Canonico Luciano utriusque partis, ut ipse ait, conjuncto, quam ab Agatha dictæ Elisabeth germana Sorore, aliisque duobus Testibus Religiosis, qui in examine coram Episcopo formiter recepto de dicta Sponsalium promissione, ac annuli traditione de auditu ab eodem Friderico deponunt.

Hac de causa dum præfatus Tomasius eadem asserta Sponsalia certo, & deliberato animo ob defunctum promissæ dotis numquam se celebrasse declarans, cum alia Muliere matrimonium contrahere volebat, dicta Elisabeth in Curia Episcopali de eorumdem impedimento opposuit, ne cum

alia

alia contrahere permitteretur; Cumque Tomasius hanc Sacram Congregationem adiens rogaret, ut Episcopo injungeretur, quatenus fidem sui status liberi sibi faceret, eadem Sacra Congregatio super Sponsalibus praedictis Processum construi, ac transmitti mandavit, sicut idem Episcopus explevit. Nunc igitur exhibitis ultra eumdem Processum nonnullis fidibus extrajudicialibus, quae tum dictum Sponsalitium contractum, tum qualitatem dictae personae Elisabeth respiciunt EE. VV. infrascripta dubia utraque parte informante resolvenda proponuntur.

I. An constet de Sponsalibus, & quatenus affirmative.

II. An Fridericus sit cogendus ad contrahendum matrimonium in casu &c.

Sac. Congregatio die 2. Maii 1705. distulit propositionem, & die 16. ejusdem mensis respondit: *Affirmative ad utrumque*, ut in *lib.* 55. *Decr. pag.* 143., & 175.

TARENTINA SPONSALIUM. Post contracta per verba de futuro Sponsalia inter Josephum Cataldum Restam, & Antoniam Alonzii Dotro adhuc impuberem, pro ea tamen Michaele Patre, Laura Barletta Matre, & Clerico Philippo fratre simul promittentibus, inita successive sub die 8. Maii 1704. inter eosdem quoque fuerunt Capitula matrimonialia, in quibus Genitores, & frater praefatae Sponsae non nulla Bona praedicto Josepho Cataldo futuro viro in dotem tradere promiserunt, de tempore tamen affidationis, seu (quod idem in Regno est) celebrationis matrimonii per verba da praesenti, expresse statuenda dictum tempus esse debere per totum mensem Februarii sequentis anni 1705., & deinde ad Contrahensium electionem. Hujus autem futuri matrimonii contemplatione Joseph Antonius Resta Ecclesiae Cathedralis Canonicus, & Sponsi Patruus pinguem eidem plurium bonorum suorum donationem constituit. *Sess. 24. c. 3. de ref. Matr.*

Cum vero dictus Joseph Cataldus Resta sponsus praedictam Antoniam uti natam die 28. Maii 1694., de dicto mense Februario 1705. pubertatem nondum attingere posse, & nuptiis de praesenti tunc celebrandis ineptam fore ex fide Baptismatis detexerit, pro ut etiam quod Antonia Paulina nominabatur, non Antonia simpliciter, quo nomine alia dicti Michaelis filia ante nata, & jam defuncta nuncupabatur, putans proinde se ab illius Genitoribus deceptum, matrimonium promissum cum ea contrahere nolle declaravit, & posthabitis minis Patrui, licet valde opulentum patrimonium possidentis, e Civitate Tarentina pedester Neapolim aufugit, & inde ad Urbem, ut & sponsalium praedictorum implemento absolvi obtineret, cum ex defectu legitimae aetatis dictae Antoniae Paulinae tempore praescripto illa impleri non possent; Unde praedictus Patruus donationem illi factam publico statim Instrumento revocavit.

Precibus itaque Sac. Congregationi porrectis, d. Joseph Cataldus Resta in ejus adventum legitimae aetatis ejusdem Antoniae Paulinae expectare nolle profitendo, declarari interim petiit, quod tempus & tempora non currerent, sed eadem Sac. Congregatio pro informatione tantum de more rescripsit Vicario Capitulari, qui praemissa omnia in sua relatione confirmat.

Repetitis deinde per dictum Josephum Cataldum etiam in actis protestationibus, quod legitimam dictae Antoniae Paulinae aetatem expectare, & matrimonium cum ea contrahere non intendit, monito, & informante ejusdem Defensore decerni modo ab EE. VV. supplicat.

An Sponsus teneatur ad implere promissa in casu &c.

Sac. Congregatio die 3. Octobris 1705. respondit: *Affirmative*, & *amplius*, ut in *lib.* 53. *Decr. pag.* 361.

FAR-

Sess.24. c.1. de Ref. Matr. FARFEN. MATRIMONII Conjectus in Carces Abbatialis Curiæ Farfen. Jo: Franciscus de Angelis de Castro Podii Mirteti nullius Farfen. Diœcesis prævia delatione sibi facta a Catherina Victoria Simogetta de Castro Cantalupi in Sabinis eo prætextu, quod ab eodem fuerit constuprata ex tribus sibi datis optionibus a Vicario Generali Farfen.: quod aut mulierem desponsaret, aut 400. scutorum dotem eidem constitueret, aut demum ad remum ipsum dari, quoad viveret, pateretur primam optionem delegit hinc e carceribus eductus de mense Junii 1706. conjugium iniit in Aula Palatii Abbatialis Farfæ coram Canonico Cretonio de Loco Faræ ejusdem Nullius Farfen. Diœcesis ad hunc effectum specialiter substituto ab Archipresbytero, & Parocho ejusdem Loci, necnon de permissione præfati Vicarii Generalis, ut liquet exhibita particula de libro Matrimoniorum extracta, prævia quoque ejusdem dispensatione a consuetis denunciationibus.

Post hæc vero novi sponsi incontinenti iter habuerunt versus Podium Myrtetum, sed priusquam ad constitutum pervenissent locum cum nullam alioquin post matrimonium constet inter eos intercessisse copulam, aut alios conjugales actus, Joannes Franciscus inopinato; dimissa sponsa, Urbis iter fuit aggressus ad hanc Sacram Congregationem humiliter recurrens pro declarationis nullitatis prædicti Matrimonii, hinc eadem Sac. Congregatio sub die 8. Augusti prælibati anni rescripsit Eminentissimo Abbati Farfen., ut desuper mandaret confici processum, qui sane constructus per Vicarium Abbatiæ S. Salvatoris Majoris ab E. S. specialiter deputatum, transmissus jamfuit ad eamdem S. C.

Nullitatis autem motiva ex eo potissimum Orator contendit deducere, quod ad enunciatum ineundum Connubium carcerum, triremiumque vi, & metu atque plena carens libertate fuerit adactus, nullo tamen documento usque modo adducto super justitia, vel injustitia carcerationis tum quod in illius celebratione proprius Contrahentium Parochus minime fuerit adhibitus, qualem non esse authumat Parochum Faræ, neque Canonicum ab eodem substitutum; quodque tandem Vicarius Generalis Eminentissimi Abbatis Farfen. alteri Presbytero Matricis interessendi facultatem facere non potuerit.

Super quibus & aliis ab utraque parte informante deducendis, non erit grave EE. VV. declarare.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Sac. Congregatio die 25. Januarii 1707. distulit propositionem.

Sess.24. c.1. de Ref. Matr. FARFEN. MATRIMONII. In qua EE. PP. rogant perpendere locum Farfe, ubi sponsus vinculis detinebatur, esse sub eadem Parochia Faræ, de cujus Parochi licentia Matrimonium fuit initum, ut ex attestatione Canonici substituti ab eodem Parocho liquet.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Sac. Congregatio die 29. Januarii 1707. distulit resolutionem: *lib.57. Decr. pag.23.*

Sess.24. c.1. de ref. Matr. FARFEN. MATRIMONII. Proposita hujusmodi causa sub die 15. Januarii proxime effluxi, dilata fuit ejus resolutio, contrahendo difficultatem præsertim super articulo prætensi metus. Exhibito autem processu criminali constructo in Curia Ecclesiastica Farfen. super stupro, & prægnantia Catharinæ Simonettæ constat ex depositionibus septem testium in eo examinatorum de publica fama post tamen excarcerationem

Joan-

Joannis Francisci de Angelis exorta ipsum Joannem Franciscum constupraſſe, ac prægnantem rediddiſſe dictam Catharinam, eumdemque alias frequens carceribus mancipatum extitiſſe causa inhonesti commercii cum mulieribus habiti: dictamque Catherinam, quo tempore famulam agebat domi ejusdem Joaunis Francisci communiter existimatam fuiſſe vita, & moribus probam, licet unus eorum dumtaxat ex dicto cujusdam Pientini referat mulieris inhonestatem: eamdemque tormento sibillorum cruciatam per spatium dimidiæ horæ, absente tamen Joanne Francisco tortiter perstitiſſe iu confessione sese ab eodem stuprum, & prægnantem ventrem cum filia tum pridem suscepta, reportaſſe: quæ tamen omnia dictum Joannem Franciscum in ejus constituto, pariter absente Catherina denegaſſe liquet,

Binæ præterea atteſtationes singulares tamen, & extrajudicialiter conditæ nuper fuerunt exhibitæ pro parte Joannis Francisci, altera nempe Josephi Quatrini referentis, imo & cum ipso referente exercitam: altera vero Therefiæ Boccaneræ famulæ Catharinæ Angelinæ aſſerentis in Loco Ponzani se se de sero semel vidiſſe præfatam Catharinam turpia perpetrantem cum Angelo Angelino.

Hinc iterum hodie proponitur EE. VV. ex his, & aliis utrinque deducendis resolvendum.

An constet du validitate Matrimonii in casu &c.

Sac. Congregatio die 26. Martii 1707. respondit: *Negative: ut in lib.57. Decr. pag 97. ter.*

MONTIS REALIS MATRIMONII. Inito Matrimonio in faciem Ecclesiæ inter Carolum Michaelem Govonum Civitatis Montis Regalis, & Annam Catharinam Ghibaudam a Cuneo sub die 25. Junii 1697. subindeque sub die 8 Julii ejusdem anni stipulato inter eosdem instrumento dotali, præviis solemnitatibus a jure requisitis, succeſſive cohabitavit eadem Anna per spatium septem mensium in Domo Viri eidem Matrimonialia obsequia pacifice præstando. *Seſs.24.c.1. de Ref.Matr.*

Cum autem postmodum præfata Anna se contulerit ad locum Cunei, indeque renuerit viri lares amplius repetere, recurrit vir ipse ad Ordinarium Montis Regalis, quo coram, instituto judicio, allegavit sponsæ matrimonii invaliditatem ex capite raptus, ac vis, & metus. Verum productis desuper articulis, obtentisque pluribus dilationibus ad effectum examinandi testes, legitimasque probationes faciendi, nunquam tamen illas facere curavit, quocirca a Vicario General Episcopi Montis Regalis pronunciata extitit sententia super matrimonii validitate.

Appellavit exinde prædicta Anna ad R. P. Sfortiam tum temporis Apostolicum Nuncium apud Sabaudiæ Ducem, quo tamen morte sublato, causa ad finem haud perduci potuit: eaque tandem Decreto R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi ad hanc Sacram Congregationem remiſſa concordatoque infrascripto Dubio, ac monita Parte dignentur EE. VV. decernere.

An constet de validitate Matrimonii, vel potius sit concedenda Remiſſoria in casu &c.

Sac Congregatio die 7. Maji 1707. distulit resolutionem ad primam Congregationem, etiam unica, & die 21. ejusdem Mensis distulit resolutionem ad secundam Congregationem, & 2. Julii d. anni respondit. *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam, & amplius: ut in lib.57. Decr. pag 127. 182., & 241. ter.*

SUR-

Sess.24. c.1. de Ref. Matr.

SURRENTINA MATRIMONII. A diuturna inhonestæ vitæ consuetudine cupientes Valerius Cota, & Lucia de Gregorio Civitatis Surrenti divelli, sponsalia de futuro inierunt coram Parocho, & Testibus, quin & dictus Valerius ad illorum observantiam in illa Curia Laicali fidejussionem juramento firmatam adhibuit.

Cum autem consuetæ denunciationes peragerent pro matrimonii celebratione, insurrexit Dominicus Antonius Cota frater germanus prædicti Valerii, objecitque sponsis in illa Curia Archiepiscopali affinitatis impedimentum proveniens ex aff. copula illicita habita inter ipsum, & dictam Luciam. Hinc de ordine Archiepiscopi, suspensis denunciationibus antedictis, præfixus fuit præfato Dominico Antonio competens terminus ad objecta probandum. Unde constructo processu, sex pro parte d Dominici Antonii inducti, & examinati fuere Testes, qui jurati deponunt dictam Luciam alias turpem duxisse vitam, præcipue commercio habito cum quodam Satellite, ex quo filiam adhuc viventem suscepit, necnon cum dicto Valerio publice, & scandalose vixisse: sed crebro sese vidisse testantur Dominieum Antonium Cotam dumtaxat alloquentem ipsam Luciam tum in ejusdem ædibus, tum extra, quæ omnia comprobat eadem Lucia uti principalis examinata, prout hæc, & alia perleguntur in dicto processu ad Urbem transmisso.

Plures quoque Testes per sępedictam Luciam inducti, ac jurati hæc omnia haud inficiantes, contestantur. dictum Dominicum Antonium olim fuisse usum opera ejusdem Luciæ ad esculenta quędam transmittenda Catharinæ Reali existenti in Templo pietatis dictæ Civitatis, cujus germanam sororem sibi despondere cupiebat, proptereaque illum cum Lucia frequentes sermones conferentem aspexisse referunt.

Quibus attentis, Vicarius Generalis Surrentinus sententiam protulit favore sponsorum pro ulteriori celebratione matrimonii. A qua tamen, interposita appellatione ad A C. per sæpedictum Dominicum Antonium, caussa, prævia avocatione, tandem de mandato R.P D Auditoris Sanctissimi remissa fuit ad hanc Sacram Congregationem. Quare concordato inter Partes infrascripto Dubio, ac Procuratore exadverso monito, sponsi Oratores ex his, & aliis deductis in summario humillime expetunt ab EE. VV decerni.

An constet de impedimento primi gradus affinitatis in casu &c.

Sac Congregatio die 23. Julii 1707. respondit: *Negative, ut in lib. 57. Decr. pag. 276.*

Sess.24. c.1. de Ref. Matr.

DUBIUM MATRIMONII. Jamdudum remissa hac Causa a Tribunali S. Inquisitionis ad hanc Sac Congregationem super crimine polygamiæ, quo supponebatur coinquinatus Antonius Augustinus Borghinus, militari nomine nuncupatus *Moncalieri* quod nempe vivente adhuc Margarita Emmanuella illius prima uxore, reiteraverit nuptias cum Julia, ac semel iterum, & tertio descripta in foliis Congregationum dierum nempe 7, & 21. Maii, atque 30. Julii anni 1701., discussoque articulo, in quo difficultatis cardo unice vertebatur: nimirum super facultatibus Sacerdotis Cappellani Militum Ordinis Minorum Observantium in Stationibus degentis, qui adstitit præfatis primis nuptiis in Oppido Demontii, quique asserebat, se licentiam obtinuisse a Parocho ejusdem Oppidi prævie defuncto, atque demandato examine Vicarii ejusdemmet loci, qui inibi jurisdictionem Archidiaconalem exercet, idem certe fassus fuit nunquam hujusmodi licentias Cappellanis Militum præbuisse, & Matrimonia celebrata coram eisdem, signanter coram dicto Cappella-

ne

no Regulari non fuiſſe adnotata in libris , quinimmo nomina , & Patriam Contrahentium latere , hinc Sac Congregatio ſub præmiſſa die 30. Julii ad Dubium tunc propoſitum : An Matrimonium contractum inter Auguſtinum Antonium, & Margaritam ſit validum? Cenſuit non conſtare de validitate Matrimonii ? Cujus Decreti vigore Auguſtinus ex tunc relicta Margarita , repetiit thorum Juliæ , in qua uſque modo cohabitavit.

Verum cum nuper idem Auguſtinus reſciverit , cauſam ejuſmodi reſolutionis fuiſſe defectum præſentiæ d. Cappellani ſine legitima facultate , quamquidem cauſam antea ignoraſſe profitetur, hinc denuo pro ſerenitate conſcientiæ recurrit ad antedictum Tribunal S. Inquiſitionis, exponens , præfatum Cappellanum adhuc defunctum nomine P. Joannem Baptiſtam ante nuptias celebratas cum Margarita obtinuiſſe licentiam, ipſomet Oratore præſente a Parocho Demontii pariter demortui, de qua quidem licentia informatos eſſe ſubjunxit Albertum de Balbis Ducem ſuæ legionis , & Joſephum Anime , unde exoravit ſibi deſuper provideri .

Quapropter de ordine ejuſdem Tribunalis , recepto examine dictorum duorum Teſtium a Vicario Generali S. Officii Taurini , & ad Urbem tranſmiſſo , fuit ſubinde Cauſa denuo remiſſa una cum Proceſſu ad hanc Sac. Congregationem . Quo ſane perluſtrato , hæc opportune a dictis Teſtibus comperiuntur .

Primo dictus de Balbis deponit : *Devo a queſto dire , che alcuni giorni avanti che foſſe contratto il detto Matrimonio del ſudetto Borghino con la ſuddetta Emanuella venne a trovarmi il ſudetto Borghino come ſuo Capitano , e mi diede parte ſiccome voleva ſpoſarſi con la ſudetta Emanuella, al che io difficultai alquanto, diſpiacendomi di aver ſoldati maritati : Di lì a qualche giorno venne da me il ſud. P. Gio. Battiſta Cappellano a dirmi, ſiccome il ſudetto Borghino voleva ſpoſare la ſud. Emanuella , allora io li diſſi , ſe la vuol ſpoſare , che la ſpoſi , ma ſe V. P. li deve ſpoſare, faccia le coſe con le debite maniere , cioè con la licenza del legitimo Paroco d'Edemonte , allora mi ſoggiunſe il ſud. P. Cappellano , già io ho la licenza del Paroco di Edemonte di far li Matrimonj de' noſtri ſoldati , ſenz'altro , e non lo faria , ſe non aveſſi la dovuta licenza del Paroco , e così ſeguì il ſud. matrimonio , qual P. Gio. Battiſta Cappellano al preſente è morto .*

Altera depoſitio eſt prænominati Joſephi Anime hæc præſeferens : *Dopo paſſato qualche tempo , vidi il ſudetto Moncalieri , come ho detto ſopra andar alla Chieſa per contrarre il ſudetto matrimonio, ed io eſſendo in compagnia di altri ſoldati , non ricordandomi , chi ſiano , li diſſi, e come Moncallieri può andare a ſpoſare la ſudetta Emanuella , ſe non ha avuto la licenza , ed i Soldati mi riſpoſero , che aveva ottenuta la licenza ſenza ſpiegarmi però da chi l'aveſſe avuta, e così io vidi a contrarre il ſudetto Matrimonio nel ſudetto e medeſimo tempo .*

Hæc itaque nova jura hodie reverenter proponuntur EE. VV. expendenda , num ex iis probata remaneat prætenſa licentia Parochi Demontii pro ſupradicto Cappellano Regulari in Stationibus degenti ſub conſueto Dubio .

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis ſub die 30. Julii 1701. in caſu &c.

Sac. Congregatio 3. Septembris 1707. stetit *in Decisis*: *ut in lib.*57. *Decr. pag.*332.

Cap.8. c.22. cap.6. Sess.17. Sess.25. de ref.

PAPIEN. JURIS DEFERENDI CRUCEM. Grave ferentes PP. Carthusiæ Papien., quod Eminentissimus Morigia Episcopus illius Civitatis, qui prætendit gaudere Indultis Pontificiis inveterata præscriptione munitis deferendi ante se Crucem elevatam sub die 12. Junii 1705. sese contulerit ad eamdem Carthusiam, Cruce jam erecta occasione revidendi rationes cujusdam legati eleemosynarum relicti a Joanne Galeatio Vicecomite olim Mediolanensinm Duce, præmissa ex tunc protestatione coram eodem Eminentissimo ad præservanda eorum Privilegia exemptiva, recursum habuerunt ad hanc Sac. Congregationem.

Quapropter audito eodem Eminentissimo Episcopo, idem sane refert, ejusmodi prærogativam Crucis præferendæ jamdiu competiisse Episcopis Papien. non modo ex Apostolicis Diplomatibus in summario exibendis, ac plerisque Historieis, præsertim ab Ughellio *Ital.Sacr. tom.*1. *pag.*1. *&* 11.commemoratis, verum etiam ex usu immemorabili nedum in subditas, sed & in Regularium, ceterasque exemptas, magisque privilegiatas Ecclesias, prout occasio se obtulit. E converso excipientibus PP., præallegata Diplomata ad certas dumtaxat functiones, certosque dies fuisse restricta, nunquam vero in locis exemptis in morem traducta.

Hinc ad sequens Dubium concordatum ex hinc inde deducendis EE.VV. respondere rogant.

An Eminentissimo Episcopo Papien. licuerit in suo accessu ad Carthusiam Papien. occasione revisionis Computorum eleemosynarum ingredi erecta Cruce Ecclesiam, & Monasterium ejusdem Carthusiæ in casu &c.

Sac. Congregatio 24. Septembris 1707, distulit propositionem, & die 17. Decembris ejusdem anni respondit: *Affirmative quoad Ecclesiam, & negative in casu, de quo agitur, quoad Monasterium*: *ut in lib.*57. *Decr. pag.*368., *&* 462.

Sess.22. c.6. de ref.

RIPANA DEPUTATIONIS CONCIONATORIS. Communitas Oppidi Cryptarum ad Mare, quæ jus habere prætendit nominandi in eodem Oppido Concionatorem temporibus adventus, & Quadragesimæ, jam pro Quadragesima mox elapsa nominavit quemdam P. Cappuccinum, illumque coram Episcopo cum literis patentibus nominationis præsentavit.

Qui sane Episcopus, retentis in ejus Cancellaria præfatis nominationis literis, alias quidem pro eodem Concionatore a Communitate nominato, deputationis literas expediri jussit cum verbis, Eligimus, & deputamus: prout antecedenti anno pariter egisse fertur.

Id autem ægreferens Communitas, quod nempe satius duceret licere Concionatori cum solis suæ nominationis literis patentibus, obtenta dumtaxat Episcopi benedictione, & licentia, verbum Dei annunciare, quo minus in concionem prodiret, præfatus P. Cappuccinum effecisse supponitur: quin & ulterius progressa, renuens solvere consuetam eleemosynam alteri Concionatori prope decursi Adventus, com-

compulsa ab Episcopo, appellationem interposuit ad Metropolitanum.

In hoc statu, delata causa ad hanc sacram Congregationem ex Decreto R. P. Auditoris Sanctissimi, fuerunt concordata infrascripta Dubia, quæ, hodie, istante Episcopo, ac monito Procuratore Communitatis EE. VV. resolvenda proponuntur.

I. An Episcopus valeat literas patentes tradendas Concionatori nominando a Communitate singulis Quadragesimæ, & Adventu retinere in Cancellaria Episcopali, & eidem alias gratis expedire, & apponere verba: eligimus, & deputamus.

II. An Communitas teneatur tradere consuetam eleemosynam Concionatori nominando, & respective eligendo, & deputando, ut supra ab Episcopo in casu &c.

Sac. Congregatio die 21. Maii 1707. respondit. *Ad primum affirmative, censuitque esse danda Decreta in Sutrina* 8. *Maii* 1688. *Ad secundum affirmative*, *ut in lib.*57. *Decr. pag.*183.

CONSTANTIEN. STATUTI. Animo repetentes Decanus, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis Constantien. periculosas factiones exoriri, ac præjudiciales collusiones emergere, si in eorum capitulo exiguo Canonicorum numero constante indiscriminatim admittantur plures Canonici sanguine propinquiores; quocirca ad removenda hæc, & similia absurda anno 1692. capitulariter coadunati, duobus tantum dissentientibus, statutum ejusmodi condiderunt, ut nempe, si contingat duobus primo, & secudo gradu attingentem Canonicatum obtinere, quod eidem tertio aditus ad capitulum nullatenus pateat, & Capitularis fieri nequeat, sed a voce activa, & passiva, item a dignitatibus Episcopatus, Decanatus, Custodiæ, Cantoriæ, & Archidiaconatus exclusus maneat, donec unus ex præfatis duobus sive per cessum, sive per decessum eidem locum fecerit, adeo ut uno, eodemque tempore non plures, quam duo consanguinei primi, & secundi gradus in Capitulo esse possint. *C.14. sess.24. c.5. sess. 25. de ref.*

Exoptantes tamen iidem capitulares hujusmodi Statuto perpetuum firmitatis robur adjicere, humillimas Sanctissimo D. N. preces porrexerunt pro benigna illius Apostolica confirmatione in forma: eo potissimum attento, quod licet capitularium numerus ex indulto Apostolico ad vigesimum usque, & non ultra ascendere possit, a centum tamen, pluribusque retro annis semel tantum ad decimum septimum excreverit, crebro vero in duodecim, prout nunc, vel paulo majori, subindeque minori numero consistere consueverit, ut ex transmisso Canonicorum Sylabo a Seculo, & ultra computo liquet: nihil attento duorum capitularium præmemorato dissensu, qui per libellum Episcopo oblatum declararunt dictum statutum eorum conscientiæ, & Ecclesiæ summopere esse novivum.

Remissis itaque precibus hujusmodi ad hanc Sacram Congregationem exquisita fuit Episcopi suffraganei Vicarii Generalis Constantien. desuper relatio, qui præfatum Statutum alacriter se approbasse testatur, idque ejus Ecclesiæ bono non minus proficuum, quam necessarium existimat. Eisdem præterea Canonicorum precibus, suas pariter eni-

xas adiicit Episcopus ipse Constantien. ex quibus quidem, & aliis in informatione adducendis dignabuntur EE. VV. declarare.

An statutum sit confirmandum in casu &c.

Sacra Congregatio 21. Maii 1707. respondit: *Affirmative quoad vocem activam tantum, ut in lib.* 57. *Decret. pag.* 183. *terg.*

Sess. 25. c. 6. Sess. 24. c. 30. de Ref.

COMEN. JURISDICTIONIS. Placuit EE. PP. in Congregatione habita sub die 20. Novembris 1706. protrahere infrascriptorum Dubiorum resolutionem ad secundam omnino etiam unica, ac etiam non concordatis Dubiis, pariterque demandare, ut exhibeantur prætensa indulta per D. Nuncium, utque interim idem Nuncius se abstineat quoad ea, quæ respiciunt confessiones, & accessum ad Moniales. Hodie itaque reassumpto benigniter Folio tunc distributo, nulla facta usque adhuc instantia, neque scripturis exhibitis per D. Nuncium, reverenter exquiritur ab EE. VV., ut decernatur.

I. An Reverendissimus Nuncius Apostolicus apud Helvetios possit concedere facultatem audiendi Confessiones personarum Secularium, vel etiam Regularium, imo, & Monialium in Diœcesi Comen. sine licentia, & approbatione Ordinarii Loci.

II. An idem Reverendissimus Nuncius Sacerdotibus non approbatis ab Ordinario ad audiendas confessiones concedere possit facultatem absolvendi in foro interno ab hæresi, Censuris &c.

III. An possit concedere facultatem generalem absolvendi a casibus Ordinario reservatis, *& quatenus affirmative*.

IV. An expediat adhiberi aliquod moderamen in hujusmodi facultatum communicatione tam circa numerum, quam circa qualitates personales eorum, quibus conferuntur.

V. An possit concedere suis Commissariis subditis Diœcesis Comen. facultatem eligendi sibi Confessarium etiam non approbatum ab Ordinario.

VI. An possit concedere licentiam retinendi, & legendi libros Hæreticorum, seu alios quomodolibet prohibitos.

VII. An Commissarii Nunciaturæ accedere possint ad Monasteria Monialium, easque alloqui etiam citra necessitatem Officii absque licentia Ordinarii.

VIII. An iidem Commissarii concedere possint aliis ad eos recurrentibus licentiam alloquendi Moniales sine licentia Ordinarii.

IX. An dicti Commissarii obligati ad residentiam ratione Canonicatus, vel alerius Beneficii possint ab illa abesse pro negociis Commissariatus, & nihilominus lucrari distributiones, aliaque omnia emolumenta, tamquam si essent præsentes.

X. An idem Reverendissimus Nuncius concedere possit dictis Commissariis licentiam retinendi famulas, quamvis non annosas cum derogatione quarumcumque ordinationum per Ordinarios Locorum quomodolibet factarum.

XI. An concedere possit facultatem exorcizandi independenter ab Ordinario.

XII. An iidemCommissarii concedere possint licentiam laborandi in diebus festis.

XIII. An iidem Commissarii punire possint etiam in prima instantia Festorum

ftorum violatores, blafphematores, aliofque contra Dei, & Sanctæ Matris Ecclefiæ præcepta temere agentes.

Sac. Congregatio die 26. Februarii 1707. refpondit *Ad primum negative. Ad fecundum negative. Ad tertium negative. Ad quartum fatis provifum in fuperiori. Ad Quintum negative. Ad fextum ad Sac. Congregationem S. Officii. Ad feptimum, octavum, nonum, decimum, undecimum, duodecimum, & decimumtertium negative, ut in lib.57. Decr. pag.69. & 70.*

VENETEN. DUBIUM ADMINISTRATIONIS SACRAMENTI PŒNITENTIÆ. Presbyter Cappellanus Navalis communitus facultate excipiendi Sacramentales Confeffiones intra Navigium tantum, accidit, ut naufragio jactatus ad quamdam Infulam ex Orientalibus Americæ oris appellere coactus fuerit, ubi deficientibus Miffionariis, nulloque exiftente Epifcopo, qui approbaret gubernium unius, ut plurium quafi Parochialium Ecclefiarum, uti ferunt, curam fufcepit, ac exercuit biennio, aut triennio, nedum tempore Pafchalis, verum etiam reliquis anni temporibus extra mortis periculum, Sacramentum Pœnitentiæ adminiftrando; quin & præfentibus Miffionarius ipfis, peragere continuavit. *Sef.23. c.15. de Ref.*

Cum autem Presbyter quidam Veneten. dubitans de facultatibus præfati Cappellani defuper habuerit recurfum ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, unde preces huic Sacræ Congregationi fuerunt remiffæ, hinc reverenter quæritur ab EE. VV. declarari.

I. An præfatus Cappellanus valide adminiftraverit Sacramentum pœnitentiæ abfentibus Miffionariis.

II. An pariter idem Sacramentum valide adminiftrare potuerit, & in futurum valeat, præfentibus Miffionariis in cafu &c.

Sacr. Congregatio die 21. Maii 1707. refpondit: *Ad primum affirmative. Ad fecundum negative, ut in lib.57. Decret. pag.182.*

ALIPHANA SERVITII CHORI. In Oppido Pedemontii Diœcefis Aliphanæ, quod numerat Animas 2397. inter alias Ecclefias præfulget Collegiata Sanctiffimæ Annunciationis Vallatæ nuncupata, cujus fervitio adfcripti funt fex numero Canonici ufum Almutiæ violacei coloris decorati, penes quos dd. Animarum cura refidet, pro cujus exercitio eorum bini per turnum quotannis deputantur. *Seff.22. c.3. Seff. 24. c.3. de Ref.*

Prætendentibus autem prefæfatis Canonicis ex afferta confuetudine immemorabili, fefe nequaquam teneri ad quotidianam Divini Officii recitationem in Choro, præterquam in hebdomada Majori, & in octava Sanctiffimi Corporis Chifti; in fingulis vero diebus feftivis, nec non in Deiparæ Virginis Feftivitatibus, ac quatuor Ecclefiæ Doctoribus Miffam unam cum Vefperis dumtaxat canere confueviffe; ea quippe ratione freti, quod in dicta Collegiata nulli fint deftinati fructus, aut præbendæ certæ pro officiatura, omnefque reditus valde exigui provenientes tantum ex legatis cum onere Miffarum, vel in dies, vel perpetuo celebrandarum; quodque difforme non minus, quam intollerabile foret penfum diuturnarum precum a tribus tantum perfolvi, aliis vero prælibatis duobus Canonicis curæ addictis, ac reliquo capituli negotiis diftento.

Iftiuf-

Istiusmodi nihilominus prætensione non attenta, Episcopus in visitatione peracta de anno 1704. eosdem Canonicos devinxit ad quotidianam officiaturam in Choro, & ad Missæ Conventualis celebrationem, indulgendo iisdem trimestrem vacationem in singulos annos a dicta recitatione. Quod sane ægreferentes Canonici recursum habuerunt ad hanc Sacram Congregationem, unde rescriptum extitit Episcopo pro informatione, & voto.

Episcopus itaque, qui cuncta hæc non inficiatur, fundasse asseverat suum Decretum in dispositione Sacri Concilii Trident. *cap.* 12. *sess.* 24. §. *præterea de ref. in authoritate Quarant. in Compend. Bullar. verb. Horæ Canonicæ in fin. & in resolutionibus hujus Sacræ Congregationis in Fundana* 15. *Octobris* 1618. *relata a Crispin. in Visit. Pastoral. part.* 2. §. 19. *num.* 15.

Dictamque Collegiatam subnectit tum ratione numeri Animarum, quibus præest, tum ratione loci, in quo est sita, esse inter alias decentiorem; ipsos vero Canonicos annuis perfrui reditibus ducatorum 50. cum onere annuas Missas simplices 1043. celebrandi, cantatas vero 49. ac alias Missas cantatas cum vesperis numero septem, & anniversaria quinque; nusquam autem comperiisse, an anteacto tempore dd. Canonici Horas Canonicas recitaverint, binis exceptis Decretis in visitatione editis, altero de anno 1631. tempore Episcopi Zambeccari quotidianam officiaturam demandante sub pœna punctaturæ, altero de anno 1696. tempore Episcopi Lazari præscribente servitium Chori statutis diebus sub pœna suspensionis; quod quidem per aliquot menses festis tantum diebus ab eisdem fuisse persolutum perhibet, quodque demum nil juvet Canonicos consuetudo immemorabilis, ut ex Decreto hujus S. Congregationis relata a *Fagnan. in cap. Cum omnes de Constit. n.* 33.

Successive sub eo supposito, quod Canonici negligerunt expeditionem causæ, Episcopus processit ad sequestrationem redituum Canonicalium, hinc recurrentibus Canonicis ad hanc Sacram Congregationem sub die 21, Augusti proxime præteriti prodiit Rescriptum: *Proponatur Causa in secunda omnino, & altera unica firmo remanente sequestro.* Qua tamen usque modo protelata, tandem hodie instantibus, & informantibus Canonicis prædictis, nulloque pro Episcopo comparente, reverenter proponitur EE. VV. discutiendum.

An Canonici Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciatæ Vallatæ teneantur ad quotidianam Officiaturam in Choro in Casu &c.

Sacra Congregatio die 29. Jan. 1707. distulit propositionem; die vero 12. Februarii ejusdem anni respondit: *Pro nunc negative, ut in lib.* 57. *Decr. pag.* 23., & 43.

C. 6. *sess.* 7. *c.* 13. *sess.* 24. *cap.* 9. *sess.* 25. *de Ref.*

AURIEN. UNIONIS. Extat in Civitate Aurien. Collegium Societatis Jesu æque necessariis ædificiis, ac reditibus destitutum, ut ne vix hi quidem expleant annuam summam ducatorum 300. auri de Camera ægre sufficientem septem alendis Presbyteris, quorum dumtaxat duo Grammaticis præceptionibus instituendæ Juventuti operam navanti, deficiente Theologiæ Moralis Institutore, prout & aliis Operariis Sacrarum Missionum, cum non levi detrimento cultioris disciplinæ.

Ad

Ad hujusmodi autem indigentiam depellendam exoptarent PP. dicti Collegii eidem uniri bina curata Beneficia sita in eadem Diœcesi, cum primum per cessum, vel decessum obtinentium vacare contigerit, alterum sub invocatione S. Christophori de Souto, quod detractis oneribus annuis potitur certis reditibus ducatorum 110. auri de Camera, ac 128. computatis incertis, quodque nunc obtinet Emanuel Barela, alterum vero S. Mariæ de Corvillon, & S. Andreæ de Larracos illi annexo, cui quidem certi sunt reditus ducatorum 172. sique incerti numerentur, constant ducatos 172. coæqualis monetæ, cui præsens Rector est Ferdinandus de Arauxo. Utrumque vero de jurepatronatus laicali Comitum de Maleda, & Tabada, eorumque Majoratibus perpetuo incorporatum.

Exercitium autem curæ animarum in utroque illorum distinctim præstandum ducerent PP. antedicti per duos sæculares Presbyteros Vicarios perpetuos, seu juxta assertum dd. Patronorum præscriptum ad nutum pro tempore existentis Rectoris dicti Collegii amovibiles cum congrua arbitrio Ordinarii designanda ad formam Constitutionis B. Pii V. hac de re editæ, necnon onere injuncto ipsi Collegio mittendi in singulos annos Missionarios alternatim ad loca dd. Comitum, illorumque Successorum in Majoratibus, eisdemque eos honores, & præeminentias exhibendi, quas ceteri Patroni ab hujusmodi Collegiis illorum Partium exigere solent.

His autem omnibus, quibus Ordinarius informare requisitus apprime suffragatur, relatis per summarium, instantibus PP. sæpedicti Collegii, atque eisdemmet Patronis, visum fuit Sacræ Congregationi semel, & iterum instantiam rejicere.

Sed mox Oratores ipsi obtinuerunt causam describi in Folio, quæ hodie proponitur, quo EE. PP. dignentur resolvere.

An Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.

Sacra Congregatio 12. Februarii 1707. distulit propositionem, die vero 26. didi Mensis respondit: *Negative, & amplius*, ut in *lib.* 57. *Decr. pag.* 44. *terg. & 67.*

MEXICANA VISITATIONIS SS. LIMINUM. In relatione Status Ecclesiæ anno 1704. Archiepiscopus exposuit, quod Provisores, & Vicarii Generales deputati a Capitulis, Sede vacante, prætextu quarumdam opinionum dispensationes impertiri non dubitant in gradibus prohibitis ad Matrimonia contrahenda, necnon super defectu natalium ad Sacros Ordines suscipiendos, ac Beneficia Curata assequenda; ac affirmare non verentur, quod Provincialis Ordinis prædicatorum vigore prætensi Privilegii a S. M. B. Pii V. concessi dispensare valeat super bigamia vera, & reali cum iis, qui habitum suæ Religionis, in eaque sacros Ordines suscipere intendunt, quod etiam ad praxim deduci consuevit, non obstante, quod prætensum Privilegium fuisset revocatum, ac a fel. rec. Gregorio XIII. in Constit., quæ omnium Regularium Privilegia redegit ad terminos juris, & communis, & Sac. Concilii Tridentini. *Sess. 25. c. 6. de Ref.*

Recitatis hujusmodi precibus in Congregatione habita die 30. Augusti præfati anni rescriptum extitit: *Archiepiscopus procedat, prout de jure; & scribatur Nuncio Apostolico, ut moneat Capitulum, ejusque Vicarius, ne tempore Sedis vacantis sese immisceant in ordinibus, & dispensationibus hujusmodi.*

Datis autem literis pro parte Archiepiscopi, instauratæ fuerunt eædem preces sub motivo, quod utræque præmemoratæ literæ evaserint frustraneæ; primæ quidem ad Apostolicum Nuncium directæ, quod ejus facultates ad Indiarum Oras non protendantur. Secundæ verò ad Archiepiscopum da-

tæ,

tæ, quod cum Capitula ad fundandas suas facultates, abducantur variis, & singularibus opinionibus supra insinuatis, nequeat Archiepiscopus suo Jure uti, nisi EE. PP. super præmissis positivum responsum edere dignentur, specifice declarandi defectum dictarum facultatum, signanter vero quod eadem Capitula neutiquam succedunt in iis facultatibus, quibus fruuntur Episcopi Indiarum dispensandi super gradibus prohibitis ex speciali Indulto. Apostolico, quod renovari solet pro singulis novis Episcopis, cum in comperto sit, quod in iis, quæ Episcopis competunt jure delegati, Capitula, Sede vacante, non succedunt, ut in terminis Matrimonii firmavit *Rot. dec. 16. n. 4. cor. Pamphil.* necnon, ut irrita declarentur Matrimonia hactenus inita, hisce defectuosis dispensationibus; sed ad submovendas perturbationes, exorantur EE. VV. pro facultate ea revalidandi ipsi Archiepiscopo directa uti Delegato Apostolico. Cum autem fuerit injunctum, ut Causa hæc poneretur in Folio, ea modo proponitur sub infrascriptis dubiis à sapientissimo judicio EE. VV. resolvendis.

I. An Provisores, & Vicarii Generales à Capitulis, Sede vacante, deputati valeant dispensare in gradibus prohibitis ad Matrimonia contrahenda? *Et quatenus negative.*

II. Quomodo consulendum in Matrimoniis jam contractis cum hujusmodi dispensationibus?

III. An dd. Provisores, & Vicarii Generales a Capitulis Sede vacante deputati valeant concedere dispensationem super defectu natalium ad Ordines suscipiendos.

IV. An iidem valeant dispensare irretitos eodem defectu natalium ad obtinenda Beneficia curata?

V. An Provinciales Ordinis Prædicatorum S. Dominici habeant facultatem dispensandi in vim suorum prætensorum Privilegiorum super impedimento Bigamiæ veræ, & realis favore illorum, qui ingrediuntur in dictam Religionem, inibique Sacros Ordines suscipiunt in casu &c.

Sacra Congregatio die 18. Decembris 1707. distulit propositionem, die verò 28. Januarii 1708. respondit. *Ad I. negative. Ad II. dilata ad primam Congregationem. Ad III. affirmative quoad Ordines Minores tantum. Ad IV. negative. Ad V. audiatur Procurator Generalis Ordinis Prædicatorum*, & subinde die 31. Martii ejusdem anni respondit: *ex hactenus deductis negative.*

Cum vero postmodum petita fuisset resolutio secundi dubii non resoluti, quomodo scilicet consulendum in Matrimoniis contractis cum dictis dispensationibus, Episcopus supplicavit, quod licet Matrimonia præterita declaranda forent nulla, nihilominus cum hoc parere posset perturbationes, & inconvenientia, proinde permittendum, ut Episcopus, prævia renovatione consensus Conjugum, eadem Matrimonia iniri curaret, & Sac. Congregatio die Februarii 1708. respondit *Affirmative* ad formam precum, ac die 31. Martii stetit in Decisis; censuitque, *non esse inquietandos eos, qui erant in bona fide.*

C. 4. sess. 24. de ref. NULLIUS GUASTALLÆ PRIVATIONIS MANSIONARIÆ. Abbas Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Guastallæ loci Ordinarius supplex narrat Andream Benassium antedictæ Ecclesiæ Mansionarium tribus ab hinc annis, & ultra abfuisse, & adhuc abesse a sua residentia; ut Divino cultui consuleret idem Abbas ad formam Concilii Tridentini *cap 12. sess. 24. de refor.* præscriptam, adversus prænarratum Andream Processum instituit modo asserens se post præviam Canonicam trinam monitionem, cætera etiam de ejusdem Concilii jure servanda servasse, ad privationem de-

deveniſſe intendit; ſed quia præfatus Andreas ad titulum dictæ Manſionariæ Sacris Ordinibus initiatus olim fuit, Ideo idem Abbas tantiſper ſubſtitit, interim ſupplex quærens ab Eminentiſſimis Patribus declarari.

An ſecundum ea, quæ narrantur, ſit locus Privationi adverſus prædictum Andream Manſionarium.

Sacra Congregatio die 31. Julii 1660. diſtulit reſolutionem.

NULLIUS GUASTALLÆ PRIVATIONIS MANSIONARIÆ. *Cap. 12. ſeſſ. 24. de ref.* Hic libellus recitatus fuit in Congregatione habita ſub die 31. Julii proxime præteriti, & præſuppoſita facti ſerie ſcripta in folio tunc per manus tranſmiſſo, quod in præſens dignabuntur Eminentiſſimi Patres reſumere, quærebatur.

An ſecundum ea, quæ narrantur, ſit locus Privationi adverſus prædictum Andream Manſionarium, & cum placuiſſet Reſolutionem Dubii differre ad primam, modo iterum quæritur ut ſupra.

Sacra Congregatio die 28. Auguſti 1660. cenſuit, *quatenus ſervati fuerint termini ad præſcriptum Sacri Concilii, eſſe locum privationi*, ut in *lib.* 22. *Decret. pag.* 234. *&* 256.

FIRMANA PRIVATIONIS CANONICATUS. Pro ſuo egregio paſtorali zelo literas infraſcripti tenoris ad hanc Sacram Congregationem dedit Eminentiſſimus Archiepiſcopus Firmanus. *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

Eminentiſſimi, e Reverendiſſimi Signori miei Oſſervandiſſimi. „ Da ſette, o più anni abbandonata la reſidenza della ſua inſigne Collegiata di „ Civita nuova Terra riguardevole di queſta Dioceſi fa dimora coſtì il Canonico Gio. Giorgio Salvantoni. Dentro i termini prefiſſi dal Sacro Concilio io l'ho privato de' frutti e doppo aver per due volte portato i miei „ offizj coſtà a Monſignor Vicegerente ad effetto ne ſeguiſſe il di lui ritorno, „ e queſto non mai ſeguito, havevo penſiero di procedere alla privazione „ dell'iſteſſo Canonicato, conforme per far ciò rappreſentai un certo mio „ dubbio all' EE.VV. nella mia Relazione portata loro nell'anno traſcorſo. „ Ma eſſendo ſtato ſorrogato il Canonicato al patrimonio, a titolo di cui „ fu ordinato, ho creduto non poter venire a d. privazione: Sicche per „ ultimo mio diſcarico novamente rapreſento all'EE.VV. la longa contumacia „ del d. Canonico Salvantoni, affinche ſi degnino farvi dare quel rimedio, „ che loro parerà più opportuno, ed all'EE. VV. bagio umilmente le mani: „ Fermo 20. Marzo 1665.

Quæritur *An ſecundum ea, quæ narrantur, ſit locus privationi dicti Canonicatus adverſus Canonicum Salvantonium.*

Die 30. Maii 1665. Sac. Congreg. cenſuit *ſervatis de jure ſervandis eſſe locum*, ut in *lib. Decr.* 24. *pag.* 495.

CATHACEN. CANONICATUS. Sub die 14. Decembris 1661. Jacobus Tavanus adeptus fuit poſſeſſionem Canonicatus in Cathedrali Cathacen., de quo proviſus fuerat a Sede Apoſtolica, ſed per Procuratorem cum ipſe per plures annos ante abeſſet, nunquam ad reſidendum acceſſit; Unde inſtante lapſu trium annorum, dum pro triennii complemento duodecim tantum dies deeſſent, Epiſcopus ſub die 14. Octobris 664. illum degentem Neapoli cum Exequatur Eminentiſsimi Archiepiſcopi præfigendum terminum 15. dierum perſonaliter monuit ad accedendum ad reſidentiam ſub pœna privationis: fuit tamen expectatus per dies 48. uſque ad diem ſecundum Decembris 1664., quo die Epiſcopus ſer. ſer. illum privavit Canonicatu, & providit de eo Antonium Serlalem. *Seſſ. 22. c. 24. de ref.*

Perseveravit, & perseverat usque modo in absentia, & Ecclesia per decennium servitio defraudata fuit. Unde devoluta Causa appellationis a dicta sententia privationis ad R. P. D. Mutum Juniorem, Iste per longum examen tulit suam sententiam, & declaravit privationem esse validam; sed quia Tavanus in limine expeditionis causæ ostendit se esse Prothonotarium Apostolicum, addidit neutri jus competere; Ideo Sersalis ab Ordinario provisus obtinuit a Sanctissimo revaliditatem gratiæ, cujus supplicationem studuit impedire Tavanus, quam tamen Eminentissimus Prodatarius auditis Partibus relaxari mandavit, & expediri.

Causa in hoc statu manente citato Procuratore Adversarii supplicatur per Tavanum ad infrascripta dubia a Sac. Congregatione responderi.

I. An in Causa privationis debeant servari dilationes trium Annorum indictæ a Sacro Concilio Tridentino *cap. 12. sess. 24. de ref.*

II. An servatio dictarum dilationum Sac. Concil. sit arbitraria Ordinario in Canonicatibus.

III. An ex eo quod Canonicatus Cathacen., quatenus etiam consisteret in solis distributionibus sine Præbenda, aut alia Massa grossa in illius privationem ob non residentiam dictorum temporum dilationes Sac. Concil. potuerint omitti, eo quia illius dispositio non applicatur, ex quo, fructibus non existen., non valeat procedi ad illorum sequestrationem, nec in parte, nec in totum in primo, nec in secundo anno, licet hodie e converso succedant loco fructuum, & Præbendæ dd. distributiones, vel earum quota ex dispositione ejusdem Sac. Concilii.

IV. An ex eo, quod idem Canonicus absens fuerit spatio duorum, & plus annorum, post quorum lapsum fuerit tantum monitus, currat eidem terminus trium annorum a Sac. Concilio indictus, vel sex mensium a die absentiæ, vel a die primæ monitionis.

V. An a privatione etiam ser. ser. facta ab Ordinario de Canonicatu ob non residentiam detur suspensiva appellatio, vel tantum devolutiva.

Die 14. Novembris 1671. S. C. C., auditis utriusque Partis Procuratoribus, reque mature examinata, respondit: *Ad I. affirmative. Ad II. negative. Ad III. in casu proposito posse omitti sequestrationes fructuum, non autem dilationes temporum. Ad IV. incipere triennium a die absentiæ. Ad V. non dari suspensivam.*

Præterea pro dilucidatione quarti dubii quæritur.

An adversus Canonicum non residentem procedi possit ad privationem juxta Sacrorum Canonum Constitutiones post lapsum trium Mensium, & ultra tertii anni, vel expectandum sit, quod transactus sit tertius annus integer.

Die 21. Maii 1672. eadem S. C. C. censuit, *expectandum esse triennium completum*, ut in *lib. 27. Decr. pag.* 400. 401. & 402.

Cap. 12. sess. 24. de ref. VICI ÆQUEN. ARCHIDIACONATUS. Instante Promotore Fiscali, Vicarius Generalis die 6. Februarii 1702. expediri mandavit citationem contra Franciscum Ferrignum Archidiaconum Ecclesiæ Cathedralis sub motivo absentiæ per tresdecim fere annos sub pœna privationis dimidiæ partis fructuum juxta dispositionem S. C. T. *cap. 12. sess. 24. de ref.*, ac præfato Ferrigno non reperto in domo solitæ habitationis, nec in Civitate ex diligentiis Cursoris, fuit executa citatio per Edictum, & affixionem ad Valvas Ecclesiæ Cathedralis, & deinde post lapsum termini 30. dierum lata sententia privationis dictæ dimidiæ partis fructuum, & successive prævijs aliis citationibus dicto modo executis, examinati respective fuerunt plures testes super absentia, ulterius testificantes dictum Archi-

chidiaconum fuisse mentis inopem, & in Civitate Neapolis permanentem olim Sacristam cujusdam Ecclesiæ, deventum fuit ad privationem omnium fructuum in contumaciam, & postremo Archidiaconatus, servatis debitis temporum intervallis. Hinc recurrente dicto Ferrigno ad hanc S. C., & audito Episcopo, qui acta transmisit, concordatum fuit infrascriptum dubium, ac monito Procuratore dicti Ferrigni, ex juribus hinc inde adducendis EE PP. dignentur declarare.

An constet de legitima privatione Archidiaconatus, de quo agitur in casu &c.

Sac. Congregatio die 17. Decembris 1707. *Distulit propositionem lib.* 57. *Decr. pag.* 463.

VICI ÆQUEN. ARCHIDIACONATUS, Constructo jam Processu in hac Curia Episcopali ad instantiam promotoris Fiscalis contra Franciscum Ferrignum Archidiaconum illius Ecclesiæ Cathedralis ex capite non residentiæ per fere tresdecim annos, servatisque terminis a Sac. Concilio præscriptis *in cap.* 12 *sess.* 24. *de ref.*, Vicarius Generalis sententiam privationis Archidiaconatus promulgavit adversus dictum Ferrignum: Sed eodem recurrente ad hanc Sac. Congregationem, propositoque Dubio: *An constet de legitima privatione Archidiaconatus de quo agitur?* Responsum fuit *Negative* sub die 14. Januarii 1708., ut ex folio dicto die distributo, benigne reassumendo. Verum adhuc perseverante Ferrigno in antiqua contumacia non residendi, Curia Episcopalis, ad instantiam sui Promotoris Fiscalis, novum Processum construxit super illius diuturna absentia, eumque personaliter citatum in Civitate Neapolis, ubi publicam Juris lecturam exercere dicitur, & non curantem comparere, neque ad residentiam redire per novam sententiam Archidiaconatu privavit, ad cujus majorem comprobationem recursum habuit prædictus Fiscalis ad hanc S. C., in qua bina infrascripta dubia Procuratori in Curia exadverso notificata, eoque monito, proponuntur hodie EE. VV. ex actis exhibitis, & in Summario dandis, aliisque deducendis sapienter definienda. *C.* 8. *sess.* 24. *de Ref.*

I. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 14. Januarii 1708. *Et quatenus in decisis.*

II. An constet de nova legitima privatione Archidiaconatus, de quo agitur, in casu &c.

Sacra Congregatio die 3. Augusti 1709. respondit. *Ad I. in Decisis. Ad II. affirmative*, ut in *lib.* 59. *Decr. pag.* 260. *tergo*, *&* 261.

ISERNIEN. CANONICATUS. Absente Martino de Marco Canonico hujus Cathedralis a residentia sui Canonicatus, Promotor Fiscalis illius Curiæ Episcopalis sub die 8. Januar. 1703. institit coram Episcopo, ut procederetur contra d. Canonicum non residentem ad formam Sacrorum Canonum, & Sac. Concilii Tridentini *cap.* 12. *sess.* 24. *de ref.*, unde pluribus desuper examinatis Testibus deponentibus de absentia dicti Canonici usque de mense Septembris 1702. eosque referre fatentibus, ubinam is tunc reperiretur, ac pariter asseverantibus Præbendas illorum Canonicatuum tenuissimi redditus esse, quin & illam Canonici de Marco vix attingere carolenos quatuor, reliquis omnibus redditibus consistentibus in quotidianis distributionibus, non nisi præsentibus acquiri solitis, Episcopus ad reiteratam instantiam ejusdem Promotoris Fiscalis decrevit citationem hujusmodi R. D. Martinum de Marco Canonicum Cathedralis d. Civitatis per trinas citationes ad valvas prædictæ Cathedralis monendum fore ad residendum, assignato eidem termino dierum quindecim in qualibet citatio- *Sess.* 24. *cap.* 12. *de Ref.*

 ne &c.

ne &c Ad tenorem hujus Decreti expeditæ fuerunt contra eundem literas Citatoriales, seu Monitoriales per diversas dilationes quindecim dierum pro qualibet cum termino peremptorio ad personaliter redeundum ad residentiam sui Canonicatus, alias termino prædicto elapso compareret ad videndum se Canonicatu prædicto, ejusque Præbenda ad formam Sac Concilii Tridentini privari attenta fructuum Præbendæ tenuitate; & ex quo obventiones omnes Canonicatus prædicti in distributionibus quotidianis consistentes, interessentibus accrescant &c. iisque Monitorialibus per Cursorem exequutis per affixionem ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, sub diebus nempè 18. Aprilis 7. & 28. Maii prælibati anni 1704. incusatisque in singulis earum terminis contumaciis adversus sæpedictum tantum non comparentem, antedictus Episcopus prævia monitione ad sententiam pro die crastina, executa etiam ad valvas Cathedralis diffinitive sententiavit sub diem 17. subsequentis mensis Decembris 1704. d. Canonicum de Marco fore privandum, prout privavit Canonicatu, & Præbenda, quam in ea Cathedrali obtinebat, ut fusius continetur in actis Processus desuper fabricati, cujus exemplar authenticum fuit exhibitum, & in Summario dabitur Cumque exinde dictus Canonicatus sic vacans fuerit primo provisus in personam Petri de Augustino, qui dicitur illum resignasse, ac postmodum in personam Josephi Græci, recurrit propterea tamquam gravatus dictus de Marco ad hanc Sac. Congregationem, tum quia in dicto Processu non fuit servata forma S. Concilii loco præallegato; tum pariter ex defectu citationis personalis, quocirca citato Promotore Fiscali illius Curiæ Episcopalis, necnon utroque proviso, fuerunt concordata infrascripta dubia, quæ hodie instante d. de Marco, & partibus exadverso pluries monitis, proponuntur EE. VV. hæc dubia ex deducendis signanter decidenda

I. An privatio Canonicatus possessi a R. Martino de Marco facta ab Episcopo sustineatur, *Et quatenus negative*.

II. Ad d. R Martinus sit ad illum reintegrandus, etiam quoad fructus præteritos in casu &c.

Die 2. Februarii 1710. Sacra Congregatio respondit: Ad I. *negative*, Ad II *affirmative*, *& quoad distributiones censuit, deberi a die motæ litis*, ut in *lib. Decr. 60. pag. 72. & terg.*

Cap. 2. sess. 22. c. 6. c. 17. sess. 25. de ref.

PAPIEN. JURIS DEFERENDI CRUCEM. Grave ferentes Patres Carthusiæ Papien., quod Eminentissimus Morigia Episcopus illius Civitatis, qui prætendit gaudere Indultis Pontificiis inveterata præscriptione munitis deferendi ante se Crucem elevatam sub die 12. Junii anni 1705. sese contulerit ad eandem Carthusiam Cruce jam erecta, occasione revidendi rationes cujusmodi legati eleemosinam relicti a Joanne Galeatio Vicecomite olim Mediolanensium Duce, præmissa ex tunc protestatione coram eodem Eminentissimo ad præservanda eorum privilegia exemptiva, recursum habuerunt ad Sacram hanc Congregationem.

Quapropter audito eodem Eminentissimo Episcopo, idem sane refert, ejusmodi prærogativam Crucis præferendæ jamdiu competiisse Episcopis Papien. non modo ex Apostolicis Diplomatibus in Summario exhibendis, ac plerisque Historicis præsertim ab Ughello *Ital. Sacr. Tom.* 1. *pag.* 1. *&* 14. commemoratis, verum etiam ex usu immemorabili nedum in subditas, sed & in Regularium, cæterasque exemptas, magisque privilegiatas Ecclesias, prout occasio se obtulit. E converso excipientibus Patribus præallegata Diplomata ad certas dumtaxat Functiones, certosque dies fuisse restricta, numquam verò in locis exemptis in morem traducta. Hinc

Hinc ad sequens dubium concordatum ex hinc inde deducendis EE. VV. respondere rogantur.

An Eminentissimo Episcopo Papien. licuerit in suo accessu ad Carthusiam Papien. occasione revisionis Computorum elemosinarum ingredi erecta Cruce Ecclesiam, & Monasterium ejusdem Carthusiæ in casu &c.

Sacra Congregatio die 24. Septembris 1707. distulit propositionem, die verò 17. Decembris ejusdem anni respondit, *Affirmative quoad Ecclesiam, & negative in casu, de quo agitur quoad Monasterium.*

POSNANIEN. DUBIUM AUDITIONIS CONFESSIONUM. Sæpe usu contingit in illis partibus, ut Parochi unius Diœcesis soleant Parochos, aut alios Sacerdotes seculares approbatos in aliena Diœcesi ad audiendas Confessiones in Diœcesi invitare, ubi non sunt approbati, eo quod hujusmodi approbatio facile haberi nequeat ob locorum distantiam, & contra urgeat necessitas dictos Presbyteros accersendi ratione magni concursus Populi. Hinc Episcopus Suffraganeus, & Administrator Ecclesiæ Posnanien. humiliter imploravit in præmissis Oraculum hujus Sacræ Congregationis. Ideo alias relata causa per summarium, demandatum fuit, ut poneretur in folio; hinc proponuntur sequentia dubia. *Sess. 23. c. 3. de Ref.*

I. An Curati unius Diœcesis vocati a Parochis alienæ Diœcesis possint in ista audire confessiones tam suorum Subditorum, quam alienorum absque licentia Episcopi loci.

II. An Sacerdotes approbati ad confessiones audiendas in una Diœcesi vocati a Parochis alterius Diœcesis possint in ista audire confessiones quorumlibet absque approbatione Episcopi loci? *Et quatenus negative ad utrumque.*

III. An, & quomodo in casibus prædictis sit consulendum, si agatur de magno concursu populi, & magna distantia adeundi pro approbatione ad Episcopum Diœcesanum in casu &c.

Sacra Congregatio die 19 Novembris 1707. distulit propositionem, die verò 3. Decembris ejusdem anni rescripsit, Ad I. *affirmative quoad subditos, negative quoad reliquos*. Ad II. *negative*. Ad III. *arbitrio, & prudentiæ Ordinarii.*

PRAGEN. JURISDICTIONIS. Proposita hac causa in Congregatione habita sub die 23. Julii prope decursi, juxta tenorem facti enarrati in folio tunc distributo, ac modo reassumendo, rescriptum fuit: *Dilata ad secundam omnino etiam unica*. Nihilominus protracta fuit usque modo ejus propositio ex eo, quod dubia in ejus contumaciam alias subscripta fuerunt in præsenti concordata cum M. Priore, & alia nonnulla addi, quæ modo proponuntur EE. VV., ut ex hinc inde deducendis dignentur declarare. *Cap. 12. sess. 24. de ref.*

I. An pro exemptione a jurisdictione ordinaria Archiepiscopi sufficiat sola nominatio, seu deputatio Presbyteris sæcularibus facta a Superiore D. Joannis Hierosolymitani in Ecclesiis dicti Ordinis pro cura animarum, quamvis ex causa non admitteretur ab Archiepiscopo, sive potius requiratur admissio, approbatio, & licentia Archiepiscopi, sive ejus Consistorii ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum.

II. An præfati nominati, seu deputati ad dicta Beneficia Curata teneantur examen subire, & professionem fidei emittere coram Archiepiscopo, vel ejus Consistorio, antequam Curam animarum exerceant.

III. An-

III. An teneantur præstare juramentum ad curam animarum debite obeundam coram Archiepiscopo, sive ejus Consistorio, & quomodo.

IV. An dictus Archiepiscopus, sive ejus Consistorium pro prædictis exigentibus procedere possit jure Ordinario, sive potius Delegato.

V. An dicti nominati, seu deputati in dictis Ecclesiis, postquam reportaverint ab Archiepiscopo licentiam pro exercenda cura animarum, teneantur se conformare Constitutionibus Synodalibus, & Ordinationibns Consistorialibus quoad omnia in ordine ad Sacramentorum administrationem, & curam animarum.

VI. An dictis Presbyteris sæcularibus, ut supra nominatis, seu deputatis in præfatis Ecclesiis, & ab Archiepiscopo examinatis teneatur idem Archiepiscopus concedere licentiam exercendi curam animarum. *Et quatenus affirmative.*

VII. An in hujusmodi licentiis Archiepiscopus valeat sibi reservare facultatem eam revocandi ad sui beneplacitum, seu potius debeat eam concedere pure, & simpliciter.

VIII. An Archiepiscopus debeat exprimere se procedere authoritate delegata, dum procedit contra dictos Presbyteros exercentes curam animarum, itaut hoc non expresso, non teneantur illi ei obedire, etiam in concernentibus curam animarum.

IX. An Archiepiscopus prædictos Presbyteros exercentes Curam Animarum in casu non paritionis ejus præceptis, possit plectere pœna revocationis licentiæ exercendi curam Animarum.

X. An præfati Presbyteri pro servitio dictarum Ecclesiarum valeant assumere Cappellanos pro celebratione Missarum in eisdem Ecclesiis sine licentia Episcopi.

Sacra Congregatio diebus 3. & 17. Decembris 1708. distulit propositionem, die vero 14. Januarii 1708. rescripsit. *Ad* I. *negative quoad primam affirmative quoad secundam partem dubii. Ad* II. *affirmative quoad examen, & quoad professionem fidei ad formam Concilii. Ad* III. *affirmative. Ad* IV. *Dilata. Ad* V. *affirmative. Ad* VI. *negative. Ad* VII. *negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem dubii. Ad* VIII. *affirmative. Ad* IX. *recurrat in casibus particularibus. Ad* X. *affirmative.*

MEXICANA VIS. SS. LL.

I. An Provisores, & Vicarii Generales à Capitulis Sede Vacante deputati, valeant dispensare in gradibus prohibitis ad Matrimonia contrahenda? *Et quatenus negative.*

II. Quomodo consulendum in Matrimoniis jam contractis cum hujusmodi dispensationibus.

III. An dicti Provisores, & Vicarii Generales à Capitulis Sede Vacante deputati valeant concedere dispensationem super defectu natalium ad Ordines suscipiendos?

IV. An iidem valeant dispensare irretitos eodem defectu natalium ad obtinenda Beneficia Curata.

V. An Provinciales Ordinis Prædicatorum S. Dominici habeant facultatem dispensandi in vim suorum prætensorum Privilegiorum super impedimento bigamiæ veræ, & realis favore illorum, qui ingrediuntur in dictam Religionem, inibique Sacros Ordines suscipiunt in casu &c.

Sacra Congregatio die 14. Januarii 1708. distulit propositionem, die vero 28. Ja-

28. Januarii ejusdem anni respondit. *Ad I. negative. Ad II. dilata ad primam. Ad III. Affirmative quoad Ordines minores. Ad IV. negative.*

GERUNTINEN. ET CARIATEN. SYNODI, ET GRAVAMINUM. Renuentes Canonici Cathedralis Geruntinen. accedere ad Diæcesanam Synodum indictam ab Episcopo in Cathedrali Cariaten. præfatæ alteri Cathedrali unita, fuerunt prævia citatione per Edictum suspensi ab Officiis, & Beneficiis; Sed recurrentes iidem ad hanc Sacram Congregationem alia nonnulla gravamina deferri curarunt, ut in foliis distributis sub diebus 11. Septembris, & 2. Octobris 1706. Hinc propositis sequentibus dubiis usque dum concordatis. I. An Synodus ab Episcopo celebrata in Cathedrali Cariaten. sustineatur, *& quatenus affirmative*. II. An liceat Diæcesim Geruntinam? III. An Censuræ ab Episcopo fulminatæ contra Canonicos Geruntinos sustineantur? IV. An, & quomodo Episcopus teneatur residere in Cathedrali Geruntina. V. An Episcopus teneatur deputare Vicarium Generalem pro Diæcesi Geruntina. VI. An in Cathedrali Geruntina erigenda sit Præbenda Pænitentiaria; vel saltem deputari debeat Canonicus cum facultatibus Pœnitentiarii. VII. An Episcopo prohibere possit primum accessum sponsi ad domum sponsæ sub pænis pecuniariis, ac impedimenti celebrationis matrimonii. VIII. An mulctæ ab Episcopo exactæ a Diœcesanis Geruntinis applicari debeant locis piis ejusdem Diæcesis. IX. An sustineatur taxa pecuniaria pro procuratione Episcopi visitantis Diœcesim Geruntinam, *& quatenus affirmative*. X. An eadem taxa servanda sit pro Vicario visitante in casu &c. Sacra Congregatio eadem die 2. Octobris rescripsit. *Ad primum affirmative. Ad secundum negative. Ad tertium negative. Ad quartum negative, & Episcopus curet residere etiam in Ecclesia Geruntinen, saltem in aliquibus diebus solemnioribus. Ad quintum in casu, de quo agitur, affirmative. Ad sextum affirmative ad formam Concilii. Ad septimum negative, assistentibus tamen consanguineis. Ad octavum affirmative. Ad nonum, & decimum dentur decreta.* Cap. 2. sess. 24. c. 2. c. 3. sess. 25. de ref.

At Episcopus hujusmodi resolutionibus minime acquiescens novam assecutus fuit audientiam, cumque protraheret causæ repropositionem, citato ejus Procuratore pro parte Capituli, humiliter institutum fuit causam definiri sub consueto dubio.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis sub; die 2. Octobris 1706. *in casu &c.*

Sacra congregatio die 28. Januarii 1708. distulit propositionem die vero 11. Februarii ejusdem anni respondit. *Ad I. in decisis. Ad II. prævio recessu a decisis affirmative. Ad III. usque ad ultimum in decisis.*

TURRITANA, SEU BOSSANEN. JURISDICTIONIS. Infrascriptis dubiis resolvendis adhæret, quoque Episcopus Algaren. etiam Suffraganeus. Cap. 3. c. 10. sess. 24. cap. .. sess. 23. de ref.

I. An in edictis emanatis ab Archiepiscopo Turritano, & affixis in Diœcesis Bossanen. potuerit se enunciare Patrem, & Pastorem.

II. An potuerit dictus Archiepiscopus dicta edicta affigere in d. Diæcesi Bosianen.

III. An

III. An potuerit dictus Archiepiscopus in dictis edictis comminari censuras sibi reservatas in Subditos Episcopatus Bojanen. tam Ecclesiasticos, quam laicos in casu amotionis illorum?

IV. An Curia Episcopalis Turritana rite processerit ad expeditionem literarum Citatorialium ad istantiam Alviræ Nater, & Sotguì adversus œconomum Capituli Bojannen?

V. An idem Archiepiscopus pro Causis ad Curiam Metropolitanam devolutis in gradu appellationis mittere possit executores suæ curiæ pro exequendis mandatis in Diœcesi Bojanen. pro juribus Curiæ Archiepiscopalis salario sententiarum advocati, & similibus? *& quatenus affirmative.*

VI. An Archiepiscopus teneatur interpellare Episcopum suffraganeum pro executione dictorum mandatorum, vel saltem dicti Executores teneantur ante executionem ostendere mandata Ordinario.

VII. An quatenus Archiepiscopus in casibus præfatis excesserit limites suæ facultatis in Diœcesim, & Diœcesanos Episcopi Bojanen. inciderit in censuras, & quales?

VIII. An Subditi Episcopi Bojanen. tam ratione Domicilii, quam originis, qui ratione studiorum moram traxerunt in Civitate Saxerensi potuerint adOrdines promoveri ab eodem Episcopo sine testimonialibus Archiepiscopi? *& quatenus negative.*

IX. An tam Episcopus Bojanen., quam ordinati inciderint in pœnas contentas in constitutione f. m. Innocentii XII. in casu &c.

Sacra Congregatio resolvit die 17. Martii 1708. *Ad primum, secundum, tertium, quartum, & quintum negative. Ad sextum affirmative quoad primam, & secundam partem provisum in prima. Ad septimum negative. Ad octavum affirmative. Ad nonum negative.*

Cap. 2. sess. 21. cap. 9. sess. 23. de ref.

ROMANA, SEU SUTRINA ORDINATIONIS. Vincentius Patricelli in Urbe natus ex Hieronymo, & Sancta Conjugibus in minoribus Ordinibus constitutus cupiens Sacris Ordinibus insigniri ad titulum Patrimonii, quod ejus Genitores possident in loco Bassani, humiliter supplicavit pro facultate.

Episcopus Sutrinus informare jussus refert præfatos conjuges ambos esse de antedicto loco Bassani, Sutrinæ Diæcesis, ubi diversa possident bona, ac Romam sese contulisse occasione officii Bromi, quod exercet dictus Hieronymus in Domo Ptincipis Justiniani, quo tempore, & occasione ex iisdem subdit, progenitum fuisse Vincentium Oratorem, hinc censet ejus præcibus indulgendum, & Ordinationem ad se spectare contendit; Nam etsi Orator natus sit in Urbe, id accidentaliter evenisse, inquit, propter supradictum officium genitoris, cum omnia bona possideat in supradicto loco, quo genitor rediret, si dictum Officium amitteret.

Sed requisita informatione Eminentissimi Urbis Vicarii, idem impugnando Episcopi Sutrini prætensionem, ait, ortum Oratoris in urbe non posse dici accidentale, eo quod Genitores Romam se contulerint, ibique per tot annos fixum domicilium habuerint, exindeque rationabilius Oratorem esse censet indicandum Subditum Romanum, in quo concurrere fatetur omnia requisita Sacri Concilii, ut promoveatur ad Titulum Patrimonii.

Re-

Relata causa per summarium sub die 3. Decembris 1707. rescriptum exstitit pro meliori informatione eidem Eminentissimo Vicario, a quo, & quibus literis dimissorialibus fuerit Orator ordinatus, a quanto tempore in urbe moratur ejus Pater, & in qua domo? quibus quidem satis faciens Eminentia sua refert, Oratorem fuisse promotum ad omnes Ordines minores a R.D. Vicesgerente libere, & absque literis dimissorialibus alicujus, ejusque patrem descriptum reperiri in libris Parochialibus Ecclesiæ S. Eustachii inter famulos Principis Justiniani ab anno 1658., usque ad annum 1662. & ab anno 1663. usque ad annum 1707. Hinc Orator ut sui voti fiat compos renovando preces humillime exorat EE. PP. pro resolutione dubii.

An, & ad quem spectet Oratoris Ordinatio in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Martii 1708. resolvit *spectare ad Eminentissimum Urbis Vicarium*.

ROMANA JURIUM PAROCHIALIUM. Reportato Indulto ex causa infirmitatis per Jo. Petrum Strada Canonicum SS. Celsi, & Juliani ab hac Sacra Congr. cum clausula consueta, ut interim omnes fructus, & distributiones quotidianas sui Canonicatus perciperet non secus, ac si Choro, & Divinis Officiis personaliter interesset, plures exortæ fuerunt controversiæ inter ipsum, & Capitulum resolutæ sub die 5. Maji 1703. & 27. Junii 1705. & inter alia dubia propositum fuit. *An Canonico Stadæ, cui ex causa infirmitatis fuit concessum indultum vacandi a Choro, aliisque Officiis Divinis, illud etiam suffragari valeat pro Laudemiis, Quindeniis, Capitulis, actibusque Capitularibus, Anniversariis, Festivitatibus &c. S. C. respondit affirmative etiam quoad Laudemia, exceptis Anniversariis, aliisque obventionibus non fixis, & in quibus diversimode non fuerit a Testatoribus dispositum*. Sed nuper prætendente Capitulo, non deberi antedicto Canonico ratam partem quorumdam Anniversariorum, quorum particulæ in Summario dabuntur, ex quibus ex Testatorum præscripto excludi prætenduntur etiam infirmi absentes; quocirca EE. PP. dignentur resolvere. Sess. 24. c. 12. de ref.

An debeantur Anniversaria Honuphrii Pontani, Antonii Landi, & Vincentii Langerii in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Martii 1708. resolvit *negative*.

VITERBIEN. Dubia Missæ Parochialis, & Conventualis. Cap. 1. c. 23. cap. 5. sess. 25. de Ref.

I. An Parochi Cathedralium, & Collegiatarum, qui sunt primæ Dignitates, vel membra earumdem, excusentur ab applicatione sacrificii diebus Dominicis, & Festis per Missam Conventualem, quæ in Choro quotidie canitur, aut ultra prædictam Conventualem Parochi supradicti teneantur celebrare, & applicare supradictis diebus pro Parochianis?

II. An quando per Turnum ad supradictos Parochos spectat Missam Conventualem canere diebus Dominicis, & Festis teneantur iidem celebrari facere pro Parochianis aliam Missam propriis sumptibus?

Sacra Congregatio die 31. Martii respondit *ad primum negative quoad*

primam, & affirmative quoad secundam partem. Ad secundam affirmative.

Sess. 23. c. 1. Sess. 25. c. 5. de Ref.

TUSCULANA MISSÆ CONVENTUALIS. Ad depellendam pravam corruptelam, quæ irrepserat in hac Cathedrali, quod Canonici omitterent Missam Conventualem canere opportunis diebus, imo, & sine applicatione Sacrificii Eminentissimus Ursinus zelantissimus Pastor inherens cuidam Decreto Visitatoris Apostolici lato de anno 1660. Edictum proferri jussit anno 1701., in quo sub pœna pecuniaria omnes ad Chorum obligatos devincit ad celebrandam cunctis diebus etiam ferialibus Missam Conventualem juxta tenorem ejusdem Decreti, quod in Summar. datur una cum edicto. Exinde tergemina contentio orta fuit inter illos Capitulares, quod nempe Archipresbyter licet alioquin edicto non contradicens, nihilominus prætendit sese, uti curæ animarum addictum, ad eam non teneri, vel si quando teneatur, ut ipsimet canenti præfatam Missam assistere debeant Diaconus, & Subdiaconus; Canonici vero id impugnantes contendunt certis dumtaxat festivis diebos, etiam ad hujusmodi pensum persolvendum teneri, cum in reliquis diebus ferialibus autument, illud onus ad Beneficiatos spectare vigore prætensarum Constitutionum particularium, quibus pariter innixi Beneficiati opinantur, ipsos uti ternarium numerum non excedentes, nonnisi ad præmemoratam Missam legendam, non vero canendam fore cogendos, habitoque desuper recursu ad hanc Sacram Congregationem, requisita fuit informatio generalis Vicarii, qui usque de anno 1702. præmissa comprobando retulit nusquam se advenisse supradictas ordinationes, quas Canonici sibi faventes supponunt, quin imo eas in ipsos retorqueri subdit, comprobata eorum quotidiana obligatione ex Decreto hujus S. Concilii in simili Tusculana 16. Novembris 1652. ibi: Sac. Congregatio &c. censuit Canonicos Ecclesiæ Cathedralis teneri ad celebrationem Missæ Conventualis singulis diebus, non obstante consuetudine contraria, ideoque servandum Decretum desuper editum ab Ordinario Tusculano, pœnas vero contra contravenientes esse moderandas pro arbitrio Eminentissimi Cardinalis Sacchetti moderni Episcopi D. E. C. L. 19. pag. 210. pergit ulterius asseverare informans novem Canonicorum numerum ultra Archipresbyterum, triumque Beneficiatorum, necnon, & redditus longe majores, quam antiquitus in præsentiarum esse, cum unusquisque Canonicus 75. scutis, nonnullis vero ad 100. annuatim gaudeant. Ex Beneficiatis vero quilibet singulis annis scut. 38. perfruatur; Archipresbyter tandem scuta 350. lucretur. Partibus itaque informantibus hinc inde placeat EE.PP. etiam ex aliis deducendis resolvere infrascripta dubia concordata.

I. An singulis diebus sit celebranda Missa Conventualis? *& quatenus affirmative.*

II. An dicta Missa diebus feriatis sit celebranda per Turnum per Canonicos tantum, vel per solos Beneficiatos, vel per utrosque?

III. An dictis diebus feriatis sit celebranda Missa cum cantu, vel sine?

IV. An Archipresbyter teneatur celebrare Missam Conventualem juxta Turnum,

Turnum, vel potius sit exemptus, & quatenus teneatur?

V. An dictus Archipresbyter possit cogere Canonicos, & Beneficiatos, ad sibi assistendum pro Diacono, & Subdiacono?

VI. An itidem Canonici possint dictis diebus feriatis cogere reliquos Canonicos, & Beneficiatos ad sibi assistendum pro Diacono, & Subdiacono, sicut potest cogere Archipresbyter?

VII. An, & a quibus dicta Missa Conventualis sit applicanda pro Benefactoribus in casu &c.

Sacra Congregatio diei 31. Martii 1708. distulit propositionem, die vero 21. Aprilis ejusdem anni respondit. *Ad primum affirmative. Ad secundum per utrosque. Ad tertium affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam partem. Ad quartum dilata. Ad quintum affirmative. Ad sextum servetur Decretum Visitationis Apostolicæ. Ad septimum affirmative, & ab omnibus celebrantibus.*

AQUEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Ægre ferens Jo. Franciscus Stranius modernus Præpositus, & Parochus loci Incisæ quosdam prætensos abusus fuisse invectos a Patribus Carmelitis ejusdem loci in præjudicium suorum Jurium Parochialium ad hanc S. C. recursum habuit, a qua de more requisita informatione Episcopi Vicarius Generalis relationem Parocho usquequaque favorabilem in Summar. exhibendam transmisit. Quocirca dubiis pluribus jam concordatis, & Partibus hinc inde scribentibus infrascripta dumtaxat Dubia in præsenti proponuntur, rejectis reliquis ad sequentes Congregationes, unde exquiritur hodie ab EE. VV. sapientissima decisio.

I. An PP. in Rogationibus possint ad processionem accedere sine cappis albis?

II. An in solo numero duorum Religiosorum Cruce præcedente?

III. An teneatur Præpositus, qui est etiam Parochus, in publicis generalibus Processionibus fieri consuetis monitos facere dictos PP. ut ad Processionem accedant, & quomodo?

IV. An iidem PP. possint libere quæstuare in diebus Hebdomadæ sibi benevisis absque restrictione alicujus diei?

V. An possint eandem quæstuationem facere pro Confraternitatibus in eorum Ecclesia erectis?

VI. An possint in dicta Ecclesia pro dictis Confraternitatibus exponere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum occasione Novenæ Sanctissimi Natalis, & Quadraginta Horarum in diebus sibi benevisis sine licentia Ordinarii.

VII. An easdem expositiones facere possint pro eorumdem Regularium devotione.

VIII. An possint benedicere Sponsos cum licentia Parochi, vel sine in casu &c.

Sacra Congregatio die 5. Martii 1708. distulit propositionem, die vero 19. ejusdem mensis, & anni respondit. *Ad primum, & secundum negative. Ad tertium affirmative sive per Nuncium, sive per schedulam. Ad quartum affirmative. Ad quintum, sextum, & septimum ne-*

negative. Ad octavum, posse cum licentia tamen Parochi, & amplius.

PRAGEN. JURISDICTIONIS. Super jurisdictionali controversia vertente inter Magnum Priorem Bolentiæ Hierosolymitanæ Religionis ex una, & Archiepiscopum Pragen ex altera partibus, plura inter dubia proposita, & resoluta sub die 14. Januarii proxime defluxi, extiterunt infrascripta. I. An pro exemptione a Jurisdictione Ordinaria Archiepiscopi sufficiat sola nominatio, seu deputatio presbyteris Sæcularibus facta a Superiore D. Joannis Hierosolymitani in Ecclesiis dicti Ordinis pro cura animarum, quamvis ex causa non admitteretur ab Archiepiscopo, sive potius requiratur admissio, approbatio, & licentia Archiepiscopi, sive ejus Consistorii ad Curam Animarum, & Administrationem Sacramentorum. II. An præfati nominati, seu deputati ad dicta Beneficia Curata teneantur examen subire, ac professionem fidei emittere coram Archiepiscopo, vel ejus Consistorio, antequam curam animarum exerceant. III. An itidem teneantur præstare juramentum ad curam animarum debite obeundam coram Archiepiscopo, sive ejus Consistorio, & quomodo? IV. An dictus Archiepiscopus, sive ejus Consistorium pro prædictis exigendis procedere possit jure Ordinario, sive potius delegato. V. An dicti nominati, seu deputati in dictis Ecclesiis, postquam reportaverint ab Archiepiscopo licentiam pro exercenda cura animarum, teneantur se conformare Constitutionibus Synodalibus, ac Ordinationibus Consistorialibus quoad omnia in ordine ad Sacramentorum administrationem, & curam animarum? VIII. An Archiepiscopus debeat exprimere se procedere authoritate delegata, dum procedit contra dictos Presbyteros Animarum Curam exercentes, ita ut hoc non expresso non teneantur illi ei obedire etiam in concernentibus Curam animarum. Sacra Congregatio eadem die rescripsit. *Ad primum negative quoad primam, affirmative quoad secundam partem dubii. Ad se. affirmative quoad examen, & quoad Professionem fidei ad formam Concilii. Ad tertium affirmative. Ad quartum Dilata. Ad quintum affirmative. Ad octavum affirmative.*

Sed obtenta hinc inde a Partibus super prædictis resolutionibns respectiva nova audientia hodie revocantur eadem decisa ad novum examen una cum propositione IV. dubii, cujus resolutio fuit dilata, quodque proponitur infra consuetum dubium, ut ex noviter deducendis prodeat EE. VV. Sapientissima definitio.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad I. II. III. IV., & VIII. Dubium.

II. An dictus Archiepiscopus, sive ejus Consistorium pro prædictis exgendis procedere possit jure ordinario, sive potius delegato in casu &c.

Sac Congregatio die 9. Junii 1708. rescripsit. *Ad primum, secundum, & tertium in decisis. Ad quartum jure delegato. Ad quintum, & octavum in decisis.*

MAR-

MARSICANA DISPENSATIONIS. Possidet Familia de Berardis in Ecclesia receptitia Sanctæ Mariæ Novæ Terræ Giojæ tria Jurapatronatus laicalia Missarum oneribus obnoxia, duo nempe dispositione de Berardis de annis 1651., & 1689. respective, tertium vero ex fundatione Nicolai germani fratris dicti Vespariani de anno 1656. cum institutione Episcopi.

Cum autem de anno 1669, Joseph de Berardis homicidium commisisset in personam Sulpicii Massitelli unius ex Sacerdotibus Capitulum constituentibus in antedicta Ecclesia receptitia, fuit exinde declaratus excommunicatus, subindeque pace obtenta a Consanguineis occisi, absolutis vigore Brevis Sacræ Pænitentiariæ de anno 1672. hac tamen conditione specialiter adjecta, quod nequaquam absolutio prosit, quominus si ipse aliquod Feudum, seu Juspatronatus ab Ecclesia, in qua dictus Sacerdos forsan intitulatus erat, obtinet ipse, ejusque hæredes perpetuo illis sint privati, & ne minus vindictæ, quam excessus memoria prorogetur, ipse, ejusque liberi propter hoc inhabiles censeantur ad Beneficia Ecclesiastica in futurum obtinenda, nisi cum illis fuerit super misericorditer dispensatum. Porro occasione vacationis per obitum Sacerdotis Dominici nuper secutæ unius ex memoratis Cappellanis in Altare Sanctissimi Rosarii humillimas fuderunt preces SS. D. N. ad hanc S. C. remissas Egidius, ejusque Fratres minores, Filii Nicolai Junioris nati ex Josepho Occisore, & Margarita Mascitelli Nepte ex Fratre Sulpicii Occisi Conjugibus pro gratia dispensationis, seu rehabilitationis, tum active, tum passive ad omnia præmissa tria Jurapatronatus non solum ipsorum favore, sed etiam suorum successurum in infinitum, cujusmodi præsentatus de anno 1695. ad eandem Cappellaniam modo vacantem reabilitatus fuit a S. M. Innocentio XII. prævio voto hujus Sacræ Congregationis præfatus Sacerdos Dominicus filius ejusdem Iosephi Occisoris; & quidem Oratores gratiam non desperant, nedum sub motivo Pacis, & conjunctionis hinc inde inter Hæredes occisoris, qui & occisi jamdiu secutæ, verum etiam maximæ inopiæ pro ascensu ad Sacros Ordines nullum patrimonium possident, præter memoratum Juspatronatus. Episcopus desuper informans prænarrata comprobando censet pauperum Oratorum precibus indulgendum etiam quoad Cappellanias imposterum vacaturas, sine præjudicio eas obtinentium, & respective Compatronorum.

Relata hujusmodi instantia per Summarium sub die 7. Maii 1707. rescriptum extitit: recurrant in casibus particularibus; quocirca Oratores ipsi preces renovantes pro admissione ad præmemoratam Cappellaniam vacantem, aliasque vacaturas, illud pariter exorant perpendi, quod ipsi fuerint inhabilitati ad institutionem dumtaxat passivam, non autem ad præsentationem activam, exindeque infrascriptum dubium efformarunt sapientissime EE. VV. solvendum,

An, & quomodo petitis sit annuendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 9. Iunii 1708. respondit: *Pro gratia quoad obtinendam Cappellaniam vacantem tantum.*

ARI-

Cap.35. c.19. Sess.23. de reg. & mon.

ARIMINEN. SUBSIDII DOTALIS. In ultimo elogio, sub quo decessit Adamans Risatta, hæredem instituit Monasterium Monialium Sanctæ Euphemiæ hujus Civitatis, onere perpetuo injuncto, ut tot puellæ inibi ad professionem sine dote reciperentur, quot ex fructibus hæreditariis sustentari possent, mobilibus dumtaxat exceptis, quæ pro peculiari usu cujusque earum opus essent. Certas autem qualitates requisivit Testatrix in iisdem puellis recipiendis, præceteris vero ibi: Nate, ed allevate nella Città di Rimini, e che non siano
,, fatte Monache per poter meglio, o più commodamente maritare
,, al Mondo altre sorelle, ed accrescere facoltà a Fratelli, ma siano
,, povere vergognose, poiche simili sorte di zitelle non intendo, nè
,, voglio che mai siano nominate, non che ammesse, intendo sempre
,, agiutare povere vergognose, e per liberarsi da' pericoli, che a
,, simili povere zitelle soprastano.

Cum autem Lucretia Olympia Marrazzani sub eo præsupposito, quod haberet qualitates a Testatrice præscriptas, fuerit admissa ad Novitiatum peragendum in præfato Monasterio, subindeque per vota Monialium ad professionem emittendam habilitata accedit, *ut in tractatu renunciationis faciendæ ad favorem Patris*, subortum fuerit dubium, an ipsa puella attenta circumstantia paupertatis a testatrice requisita, talibus polleat facultatibus, ut incapax reddatur recensitæ dispositionis Testamentariæ, hinc habito per eandem recursu ad hanc Sacram Congregationem pro favorabili resolutione ipsius capacitatis, requisitoque Archiepiscopo pro informatione, idem enarratorum veritatem comprobando refert, Patrimonium *Patris consistere in annuis scutis* 250. *a quibus detrahi debent annua scuta* 50. *pro vectigalibus, necnon interusuria capitalis scut.*500. *æris alieni contracti, occasione monachandi aliam filiam; residuum vero deservire debere pro alimonia ejus nobilis familiæ consistentis in ipso Genitore, uxore, tribus filiis masculis, & altera filia nubili, portionem matris defunctæ ad Oratricem spectante importare, subdit informans, scut.*600. *Patris renuncianda, quæ tamen consistunt in bonis usuralibus, tenere tamen eundem Patrem ei subministrare scut.*200. *pro complemento dotis, ac insuper mobilia, & expensas pro monacatione, ac tandem vitalitium saltem scut. annuorum sex.*

Relata causa per Summarium sub die 21. Aprilis proxime præteriti, rejecta fuit Oratricis instantia, quam hodie Oratrix ipsa renovat luculentioribus adductis rationibus circumferendis, sub consueto dubio ab EE. benigniter resolvendo.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 21. *Aprilis proxime præteriti, in casu &c.*

Sacra Congregatio die 23. Iunii 1708. respondit: *In decisis, & amplius.*

Sess. 24. c.3. de ref.

SABINEN. PROCURATIONIS. Promota controversia in hac Sacra Congregatione per Petrum, & Paulum Scarincium Rectorem Simplicis beneficii S. Augustini super taxa procurationis ejusdem beneficii facta Ecclesiæ Collis Veteris, juxta seriem facti expositam in folio

folio distributo sub die 26. Martii 1707., modoque reassumendo, ad dubium propositum; *An taxa procurationis facta a Canonicis Collis Veteris pro rata veteris Beneficii S. Augustini sit delenda, & revocanda*, Sacra eadem Congregatio rescripsit; *Affirmative, & amplius*, repropositaque causa sub die 4. Iulii prælibati anni ad instantiam Canonicorum, qui novam obtinuerunt audientiam ab EE. VV. sub dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis*. Rescriptum prodiit: *in decisis*. Sed adhuc non acquiescentes ipsi Canonici, pro secunda vice audiri promeruerunt ex benignitate EE. PP. quibus hodie novis cumulatis juribus proponitur idem dubium definiendum.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 26. Martii, & 4. Junii 1707. in casu &c.

Sacra Congregatio die 23. Iunii 1708. rescripsit; *in decisis sine præjudicio Jurium partium quoad pertinentiam Territorii & amplius*.

ROMANA DISTRIBUTIONUM. Durantes de Durantibus Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin Caudatarius Eminentissimi Bichi sub die 22. Aprilis anni 1701. obtinuit ab hac S.C. consuetum indultum sub hac forma conceptum: *Ut pro illis dumtaxat diebus, & horis, quibus in functionibus Cardinalitiis, quæ tamen a Cursoribus in habitu, & forma Cursorum intimantur in Urbe, Orator ipse inserviet Eminentiss. Card. D. Carolo Bichio in munere Caudatarii omnes fructus, & distributiones sui Canonicatus percipere valeat, non secus ac si Choro, & Officiis Divinis tunc temporis personaliter interesset*. Cum autem a Canonicis dictæ Collegiatæ denegatæ fuerint Oratori distributiones, quæ dari solent intervenientibus in Capitulis faciendis post absoluta Divina in diebus Dominicis Quadragesimæ, & Adventus, ac aliis Festivitatibus, in quibus Orator dicto servitio addictus interesse non valet, recurrit ad eamdem Sac. Congregationem pro declaratione favorabili, unde sub die 26. Martii proxime præteriti rescriptum fuit; *audiatur Capitulum*. Proposita itaque Oratoris instantia in Capitulo coadunato sub die 3. Aprilis ejusdem anni resolutum fuit, opponendum non esse, sed expectandum, & exequendam mentem Sac. Congregationis prout ex actu capitulari, qui exhibetur, quibus attentis humillime rogat Orator ipse EE. VV. pro resolutione dubii. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

An distributiones debeantur in casu &c.

Sacra Congregatio sub die 28. Iunii 1708. respondit *Affirmative*.

ASCULANA DISTRIBUTIONUM. Inter plura proposita, & resoluta dubia in Congregatione diei 23. Augusti defluxi super controversia excitata per Canonicum Mignuccium adversus Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Ophydæ, deserviendi scilicet per substitutum, in statu contumaciali, in quo reperiebatur, & lucrandi fructus Præbendæ, ac distributiones quotidianas, juxta seriem facti recensitam in folio usque tunc distributo, extitit quartum ejusmodi; *An Missæ a Visitatore Apostolico Maranta in suis Constitutionibus ordinatæ festis diebus, aliæque si adsint, subjaceant oneri applicationis* *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

motis sacrificii, aut solummodo applicari debeat Missa Conventualis, quæ celebratur in Collegiata ratione Canonicatus? Cui quidem Sacra Congregatio respondit. *Negative quoad Missas ordinatas a Visitatore Marante, & affirmative quoad Missas Conventuales.* Non acquiescentes Canonici ejusmodi resolutioni noviter audire obtinuerunt eisdem subinde recedentibus a causæ prosecutione, mox insurrexit Petrus Paolus Valoranus pariter Canonicus supradictæ Collegiatæ, qui erga benefactores gratitudinis impulsu novis adductis Juribus deprecatur EE. VV. pro resolutione consueti dubii.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 13. *Augusti* 1707. *in casu &c.*

Sacra Congregatio die 23. Junii 1707. respondit, *in decisis, & amplius.*

C. 2. sess. 14. c. 9. sess. 25. de ref.

ROMANA CAPPELLANIÆ. Delata controversia in hac Sacra Congregatione inter PP. S. Andreæ de Valle ex una, & hæredes Caroli de Baldis, ex altera partibus super legato Missarum a præfato de Baldis relicto, & tunc inde prætenso, propositis infrascriptis dubiis sub die 5. Maii mox præteriti, nempe. I. *An legatum locorum viginti quatuor Montium Cameralium relictum Ecclesiæ Sancti Andreæ de Valle per Carolum de Baldis cum onere unius Missæ quotidianæ spectet ad PP. dictæ Ecclesiæ, sed potius erigi debeat in beneficium collativum authoritate Ordinarii*: Et quatenus affirmative ad secundam partem. II. *Ad quorum favorem spectabit nominatio Cappellani ad dictum Beneficium collativum.* Sac. Congregatio eadem die respondit. *Ad I. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam.* Non acquiescentes supradicti hæredes hujusmodi resolutioni novam impetraverunt audientiam, hinc hodie causa reproponitur examinanda ab EE. VV. sub consueto dubio.

An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 5. Maji proxime præteriti in casu &c.

Sacra Congregatio die 23. Junii 1708. rescripsit. *In decisis.*

C. 3. sess. 24. c. 12. sess. 21. cap. de ref.

OSTUNEN. PROCURATIONIS, ET RESIDENTIÆ. Cum modernus Antistes ad Syndacatum accersiri jusserit Iosephum Marinum Sandalarium Thesaurarium Cathedralis Ecclesiæ tam Vicarium Capitularem in ea Diœcesi, injuncto eidem præcepto de non discedendo a Diœcesi, nec non illum cogendo ad residentiam, habitus fuit recursus per dictum Thesaurarium ad hanc Sac. Congregationem, unde concordatis dubiis ex juribus hincinde circumferendis Promotor Fiscalis humiliter exortat pro eorum resolutione.

I. An, & quomodo Thesaurarius Cathedralis Ostunen. cogi possit ad residentiam.

II. An emolumenta jurisdictionis Sede vacante spectent ad Episcopum Capitularem, seu potius sint reservanda pro Episcopo successore.

III. An, & in qua summa dicto Vicario Capitulari debeatur salarium.

IV. An, & quando Vicarius Capitularis possit visitare. *Et quatenus affirmative.*

V. An

V. An Procurationes spectent ad Vicarium Capitularem.
VI. An Vicarius Capitularis in visitatione ultra procurationes recipere possit cibaria, & equitatus, & alia donaria.
VII. Et quatenus fuerunt percepta, an sint restituenda, & quibus.
VIII. An Ioseph Marinus Sandalarius possit molestari ex causa Syndicatus, itaut præceptum ab Episcopo factum de non discedendo sustineatur in casu &c.

Sacra Congregatio die 7. Iulii 1708. distulit propositionem, die vero 28. ejusdem mensis, & anni rescriptum. *Ad primum affirmative ad formam Concilii Seß.24. cap.12. de ref. Ad secundum negative. Ad tertium deberi juxta solitum. Ad quartum affirmative post lapsum anni. Ad quintum affirmative pro medietate. Ad sextum negative. Ad septimum affirmative, & quibus de jure. Ad octavum negative, & Episcopus procedat ad formam Concilii pro redditione rationis tantum.*

RUBEN. HABITUS TALARIS. Prolato Edicto per Episcopum in visitatione peracta de anno proxime præterito demandante omnibus Ecclesiasticis habitus talaris delationem tam in ingressu, quam in egressu ab Ecclesia, ac in exercitio propriorum Ordinum, aliisque functionibus Ecclesiasticis pæna injuncta suspensionis ipso facto a divinis ipsimet reservata adversus Sacerdotes, cæterosque in Sacris Ordinibus constitutos, quo vero ad reliquos inferioribus dumtaxat Ordinibus insignitos, sub pæna denegationis collationis Ordinum superiorum, necnon assecutionis beneficio etiam de jurepatronatus laicali, aliisque arbitrariis, Canonici illius Cathedralis sub prætextu, quod loci qualitas, & Ecclesiasticorum inopia neutiquam ferre sinant ejusdem edicti observationem, recursum habuerunt ad hanc Sac. Congregationem pro moderatione. *C.6. sess.14. c.12. sess.24. de Ref.*

Desuper Episcopus informans transmisit præfati edicti exemplar, quod in Summario dabitur, ejusdem observationem comprobare nititur, nedum ut asserit accomodam amenitati loci, verum etiam Ecclesiasticorum facultatibus. Quocirca dignentur EE. VV. monito Procuratore Capituli, resolvere infrascriptum dubium inter Partes concordatum.

An edictum super delatione habitus talaris in Ecclesiis, illarumque ingressu, & egressu sustineatur in casu &c.

Sacra Congregatio die 28. Iulii 1708. distulit propositionem: die vero 18. Augusti ejusdem anni respondit: *Sustineri, moderatis pænis arbitrio Eminentissimi Præfecti.*

PAPIEN. IURIS DEFERENDI CRUCEM. In proxime præterita Congregatione visum fuit EE. PP. ad instantiam PP. Carthusianorum petentium hujus causæ propositionem differri, rescribere: *dilata ad primam etiam unica*; Quemadmodum hodie parendo mandatis eadem causa proponitur resumpto folio alias distributo sub dubio doctissime ab EE. VV. resolvendo. *Cap. 8. Sess. 22. Cap. 6. cap.7. sess.25. de ref.*

An, & quomodo sit standum, vel recedendum a decisis sub die 17. *Decembris* 1707. *in casu &c.*

Sacra Congregatio 22. Septembris 1708. rescripsit: *In decisis quoad Ecclesiam, quo vero ad Monasterium prævio recessu a decisis licere Reverendissimo Episcopo ingredi cum Cruce in casu, de quo agitur etiam in Monasterium absque tamen ullo exercitio jurisdictionis.*

Cap. 3. Sess. 24. de Ref. Matr.

BRUGNATEN. SPONSALIUM. Per literas speciales huic Sacræ Congregationi transmissas refert Episcopus Brugnaten. quod Vincentinus Scivoli filius Matthæi, & Magdalena filia quondam Ioannis Baptistæ Scivoli ambo de Parochia Baraxi ad invicem conjuncti duplici quarto consanguinitatis gradu contraxerint sponsalia de futuro coram testibus, & eorum propinquis parentibus, & amicis, ea sub conditione, quod Vincentius Sponsus Apostolicam dispensationem super tali impedimento obtinere debuisset, quodque post aliquod tempus pœnituerit Vincentium dictorum Sponsalium a Theologis, & Doctoribus instructum, sese nullo pacto teneri ad eorum observantiam utpote initorum inter personas impedimento dirimenti obnoxias, viceversa Magdalena sponsa in eorum sponsalium firmitatem, & observantiam recursum habuit ad eundem Episcopum, qui tamen anceps in hujusce dubii resolutione humillime exoravit EE. PP. pro ejus declaratione, quod sane propositum in anteacta Congregatione jussum fuit, ut illud poneretur in folio; hinc parendo mandatis hodie reproponitur.

An sponsalia substineantur in casu &c.

Sacra Congregatio die 26. Ianuarii 1709. resolvit: *Negative.*

Cap. 16. Sess. 24. de Ref.

ACERNEN. VICARII CAPITULARIS. Secuta nuper vacatione hujus Sedis Episcopalis per obitum Episcopi Ventrigliæ, ejusdem Ecclesiæ Capitulares octodecim numero, decem deputarunt in Vicarium Capitularem Decium Oliverium immediate jam existentem Vicarium Generalem defuncti Episcopi, sed nulla Doctoratus Laurea insignitum, reliqui vero octo suffragati Vito Fredæ Doctoris privilegio decorato a Collegio Protonotariorum Participantium Urbis. Post hujusmodi electionem capta possessione Vicariatus per Oliverium, prædictus Freda provocavit ad Curiam Metropolitanam Salernitanam sub fundamento, quod Electio Oliverii fuerit nulla, uti facta contra dispositionem Sacri Concilii in personam non Doctoris, nec licentiati in Iure Canonico, qua de re Vicarius Generalis Metropolitanus confirmavit electionem Fredæ, uti Doctoris, licet minori suffragiorum numero fultam; at Oliverius ab hoc Decreto ad Tribunal A. C. a quo expeditis hinc inde Monitoris super manutentione, subinde habitus fuit recursus coram R. P. Auditore Sanctissimi, qui causam rejecit definiendam huic Sac. Congregationi, unde datis literis Archiepiscopo pro informatione, qui præmissa comprobavit, uti latius in ejus relatione in Summario danda, proposita fuit Causa sub die 15. Decembris proxime præteriti, in qua placuit EE. VV. rescribere: *Exerceri Vicariatum per Archidiaconum nomine S. C. sine præjudicio amborum partium usque ad exitum Causæ in Sac. Congregatione.* Itaque concordato inter partes infrascripto dubio, illud hodie proponitur EE. VV. ex hinc inde deducendis resolvendum.

An

An, & quae electio substineatur in casu &c.

Sacra Congregatio die 23. Februarii 1709. respondit: *Neutram sustineri, & satis provisum in Personam Archidiaconi.*

NEAPOLITANA CONSERVATORII. Recurrente jam praedefuncto Parocho Quidello Parochiae S. Januarii ad ultimum hujus Civitatis pro declaratione neutiquam asservari posse Sacram Sinaxim in Ecclesia Conservatorii Mulierum sub invocatione SS. Filippi, & Jacobi, quod regitur per Consules, seu Administratores laicos Artis Serici, Sacra haec Congregatio sub die 2. Julii 1707. resolvit non posse juxta Decreta in Salernitana 19. Augusti 1702. His vero non acquiescentes dd. Consules praetendentes ulterius administrari posse a Confessario dicti Conservatorii omnia Sacramenta Mulieribus in eo existentibus independenter a Parocho vigore asserti Brevis San. mem. Sixti V., cujus copiam exhibuerunt, proposita fuerunt infrascripta Dubia in Folio nunc ex benignitate reassumendo diei 28. Julii anni proxime praeteriti: I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 2. Julii* 1707. II. *An Confessarius Conservatorii SS. Filippi, & Jacobi valeat administrare Monialibus omnia Sacramenta privative quoad Parochum*, & Sacra Congregatio respondit: *Ad I. in Decisis, & supplicent Sanctissimo. Ad II. exhibeatur Breve.* Cumque jam ad tenorem primae resolutionis iidem Consules preces S.D.N. porrexerint, eidem Sac. Congregationi remissas, fuit exinde requisita informatio Eminentissimi Archiepiscopi, qui refert ex Testibus in ejus Curia examinatis constare de immemorabili quasi possessione asservandi Tabernaculum cum Sanctissima Eucharistia in praefata Ecclesia Conservatorii, quemadmodum pariter id liquere subdit ex quibusdam anteactis Visitationibus, necnon ex Diplomate sibimet exhibito S. M. Sixti V. continente amplissimam facultatem retinendi, & conservandi omnia Sacramenta eidem Ecclesiae elargitam, ac tandem Episcopus inquit, modernum Parochum suum consensum in forma praestitisse super gratia ab Oratoribus obtinenda. Recitatis hujusmodi precibus in Congregatione praeterita jussum fuit, ut ponerentur in Folio, prout humiliter instantibus iisdem Oratoribus executum fuit sub Dubio. *Cap. 3. Sess. 13. de Asser. Sacr. Euch.*

An, & quomodo sit indulgendum pro continua asservatione Sanctissimi Sacramenti Eucharistiae in Ecclesia Conservatorii in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Aprilis 1709. respondit: *Affirmative*.

VENTIMILIEN. SPONSALIUM. Binas Sponsalium Syngraphas exaravit de anno 1697. Antonius Levame loci Montonis erga Benedictam Genam ab utroque subscriptas: Alteram sub die 9. Novembris in hunc tenorem „ Io infrascritto dico, e prometto di non sposar altra Figlia, che la Signora Benedetta Gena, come anche promette lei di non sposar altro Giovine, che me. Antonio Levame. Benedetta Gena „ Alteram verò sub die 12. ejusdem mensis, ejusmodi. „ Io infrascritto dico, e prometto di non sposar altra Figlia, che la Sig Benedetta Gena, come anche promette lei, e giura. Antonio Levame. Benedetta Gena. Sed exorto litigio inter eosdem Sponsos in Curia Episcopali Vintimilien. super validitate dd. Sponsalium adnitente sponso ad eorum nullitatem, vicequeversa propugnante Sponsa eorumdem subsistentiam, pluribusque actis hinc inde fabricatis idem Antonius sub motivo, quod Vicarius Generalis studeret protrahere causae expeditionem, tanquam a denegata Justitia appellationem interposuerit ad SS. D. N., subindeque praevia citatione in par- *Cap. 3. Sess. 24. de Ref. Matr.*

partibus in personam præfatæ Genæ R. P. Auditor Sanctitatis Suæ Causam avocavit a prædicta Curia, remisitque ad hanc Sac. Congregationem Concilii.

Requisitus desuper informare Episcopus Vintimilien. exemplaria supradictarum Syngrapharum supra exarati tenoris coram se ipso collationatam cum suis originalibus exhibitis per Procuratorem Genæ in partibus, eidemque restitutis, quæque in Summario exhibentur, transmisit, retulitque Informans ex culpa Antonii contigisse causæ dilationem, ideoque petit ad eandem Curiam Judicem primæ instantiæ definitionem remitti. Hinc concordatis cum Procuratore ejusdemet Genæ in Curia infrascriptis dubiis. ac partibus monitis, EE. VV. erit ex deducendis decernere.

I. An constet de validitate Sponsalium inter Antonium Levame, & Benedictam Genam? *Et quatenus affirmative*.

II. An dictus Antonius Levame sit cogendus, vel potius possit ab his recedere, contrahendo cum altera in casu &c.

Sacra Congregatio die 1. Junii 1709. respondit, *Ex hactenus deductis non constare de Sponsalibus absolutis. Ad secundum quoad coactionem contrahendi cum Gena negative. An vero valeat contrahere cum alia, dilata.*

Cap. 8. Cap. 10. Sess. 23. de Ref.

CAPUTAQUEN. ORDINATIONIS. Cum alias conquereretur apud hanc Sacram Congregationem Episcopus Caputaquen quod Superiores Carthusiæ Sancti Laurentii Oppidi Padulæ illius Diæcesis contra præscriptum Decreti ejusdem Sacræ Congregationis, editi de mandato San. mem. Clementis Octavi sub die 15. Maii 1596. dimiserint quosdam suos Monachos ordinandos ad Episcopos Policastren., & Marsicen., proposita, & resoluta fuerunt infrascripta dubia sub die 11. Februarii 1708. I. An Monachi Carthusiani S. Laurentii Terræ Padulæ Caputaquen. Diœcesis promoti ad Ordines tam Sacros, quam Minores ab Episcopo Policastren. & Marsicen sint licite ordinati. *Et quatenus negative*. II. An, & quas pænas incurrant ipsimet Ordinati, & eorum Superiores: incurrisse pænas contentas in decretis San. mem. Clementis Octavi, sed ex gratia absolvendos.

Renovavit nuper querelas idemmet Episcopus, quod eo irrequisito præfati Superiores vigore trium Apostolicorum Brevium *extra tempora* nuncupat, pridemque obtentorum tres suos Monachos Ordinandos dimiserint ad eumdem Episcopum Policastren. a quo reipsa ordinati fuerunt; unde videns propriam jurisdictionem læsam humiliter exoravit pro remedio opportuno, transmittendo exemplar unius ex prædictis Brevibus, in quo hæc inter alia recensentur: *Tibi ut de Superiorum tuorum licentia a quocumque, quem malueris Catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente per te eligendo ad dictum Sacrum Presbyteratus Ordinem unica Dominica promoveri, & promotus in illo etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite valeas authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, nec non Antistiti obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque*. Citatis itaque Partibus, concordatisque infrascriptis dubiis ex utrinque deducendis rogantur EE. VV. resolvere.

I. An Monachi Carthusianenses Monasterii S. Laurentii Padulæ Caputaquen. Diœcesis ordinati ab Episcopo Policastren. in vim Brevium Apostolicorum sint licite ordinati in casu &c. *Et quatenus negative*.

II. An, & in quas pænas inciderint tam ordinati, quam Prior dictæ Carthusiæ in casu &c.

Sacra Congregatio die 6. Julii 1709. respondit Ad I. *Affirmative* Ad II. *provisum in primo*.

SPO-

SPOLETANA SEPULCHRORUM. Intra Ecclesiam Parochialem Castri S. Felicis hujus Diœcesis nonnisi duo sepulchra constructa exstant certarum familiarum particularium cum jure privativo sepeliendi quoad alios, cætera verò Defunctorum Cadavera contumulantur in cæmeterio prope eamdem Ecclesiam existen. nullo ut dicitur, præstito emolumento Parocho; si quis vero inter eandem Ecclesiam consepeliri cuperet, consueverunt Parochi exigere certam portionem scutorum nempe trium pro adultorum, & juliorum 15. pro impuberum Cadaveribus. De excessivitate hujusmodi exactionis conquesti sunt apud hanc Sac. Congregationem Communitas, & homines d. Castri, quam sane improbavit Episcopus informare requisitus plurimis cumulatis Sacrorum Canonum, & Doctorum auctoritatibus in ejus relatione exhibendis in Summario. Cumque ulterius Communitas constituerit exædificare intra eandem Ecclesiam bina sepulcra pro universali Communitate; alterum pro Viris, alterum pro mulieribus, & ex adverso renuit Parochus assentiri, nisi soluto certo emolumento pro suo Jure, sub die 12. Februarii 1707. rescriptum fuit per S. C. Episcopo, qui conficeret taxam, auditis interesse habentibus, & transmitteret. Quibus parendo Episcopo novis literis retulit sese processisse ad injunctam taxam decernendo, ut pro duobus tumulis ad communem, vel plurium familiarum usum, earumque expensis in d. Ecclesia construendis Parocho scuta sex pro quolibet famulo semel tantum, & titulo eleæmosinæ forent solvenda, ductus informans exemplo primodictarum familiarum, quæ pariformem summam in Constitutione suorum respective sepulchrorum charitatis intuitu exsolverunt. Concordatis itaque inter Partes infrascriptis dubiis ex hinc inde deducendis humiliter petitur ab EE. VV. resolutio. *C. 13. Sess. 25. de ref.*

I. An Parochus possit impedire constructionem Tumulorum in Ecclesia, de qua agitur: *Et quatenus negative*.

II. An sit confirmanda taxa confecta ab Episcopo in casu &c.

Sacra Congregatio 24. Augusti 1709. respondit. Ad I. *Negative*. Ad II. *Taxam esse augendam arbitrio Eminentissimi Præfecti*.

ASSISIEN. CURÆ ANIMARUM. Ultra seculum recoluntur controversiæ inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & Curatæ Civitatis Assisii ex una, ejusdemque Ecclesiæ Priorem, qui inibi dicitur prima dignitas ex altera, ad quemnam eorum cura animarum tum habitualis, tum actualis pertineat, quorum unus in alterum eam reicere consuevit, adeout ex pluribus decretis provisionalibus decursis temporibus factis ab Episcopis prædecessoribus, numquam ejus status firmari valuit ad hæc usque tempora non sine maximo animarum detrimento, eo quod solitum fuerit Curam ipsam regi a Cappellanis amovibilibus negligenter eam pertractantibus; Ut rem hanc solide stabiliret modernus Episcopus in Visitatione peracta de anno 1706. decrevit Capitulum eligere debere Vicarium Curatum, qui Sacramenta administraret tamquam ipsius Ecclesiæ Pastor actualis, quodque alias ipse Episcopus providisset electionem a se faciendam. Id vero detrectantes recursum habuerunt ad A. C., a quo monitorium, & successive mandatum manutentionis reportaverunt in possessione eligendi Cappellanos amovibiles pro exercitio Curæ. Sed pro parte Episcopi recursu habito ad R. P. Auditorem Sanctissimi, hic causam remisit ad hanc Sacram Congregationem pro deputatione Vicarii perpetui ad formam resolutionum ejusdem Sac. Congregat. Unde concordatis infrascriptis Dubiis, & partibus monitis proponitur modo causa EE. VV., aut ex deducendis declaretur. *Cap. 9. s. 14. cap. 13. sess. 24. de Ref.*

I. An

I. An Cura Animarum habitualis, & actualis Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialis S. Ruini Assisii pertineat ad Capitulum, & Canonicos ejusdem Cathedralis, vel potius ad ejus Priorem; *Et quatenus pertineat ad Capitulum*.

II. An valeat deputare duos Cappellanos amovibiles pro exercitio Curæ prædictæ; vel potius teneatur eligere unum Curatum Principalem, *Et quatenus affirmative quoad primam partem*.

III. An iidem Cappellani possint assumere nomen, & titulum Curatorum dictæ Ecclesiæ in casu &c.

Sacra Congregatio die 16. Novembris 1706. respondit: Ad I. *Affirmative quoad primam, negative quod secundam partem, & amplius*. Ad II. *affirmative quoad primam partem, dummodo approbentur ab Episcopo, & negative quoad secundam partem*. Ad III. *esse appellandos Cappellanos Curatos &c.*

Cap. 1. cap. 5. Sess. 22. de ref. Matr.

SALERNITANA MATRIMONII. Post declarationem editam ab hac Sac. Congregatione sub die 3. Martii 1708. constare nempe de nullitate matrimonii, ac insuper non constare de sponsalibus initis inter Alexandrum Moscatum, & Hieronymam Maurellam in secundo, & tertio consanguinitatis gradu invicem conjunctos, perstitumque in decisis sub die 17. Novembris ejusdemque anni, obtinuit Hieronyma eadem die 17. Novembris, proponi aliud Dubium: I. An Alexander factus fuerit inhabilis ad contrahendum matrimonium cum aliis, & Sacra eadem Congregatio respondit: *Affirmative in casu, de quo agitur*: Cumque Alexander recursum exinde habuerit SS. D. N. precibus pro voto ad hanc Sacram Congregationem remissis super gratiam dispensationis ab hac inhabilitate ob motivum incontinentiæ. Hinc Parte exadverso monita demisse rogat examinari infrascriptum Dubium a summa EE. VV. sapientia definiendum.

An sit locus petitæ dispensationi in casu.

Sacra Congregatio die 11. Januarii 1710. respondit: *negative in casu, de quo agitur*.

Cap. 13. Sess. 25. de Reg.

ANDRIEN. ACCESSUS AD PROCESSIONES. Pleræque, & variæ peraguntur Processiones in Civitate Andriæ præter Generales ab Ecclesia indictas, ad quas uterque Clerus Secularis, & Regularis accedere consuevisse dicitur. Ad earum tamen nonnullas accedere renuentibus PP. Ordinis Prædicatorum ejusdem Civitatis, Episcopus Andrien. instantibus Capitulo Cathedralis, & Cummunitate laica cum eosdem ad illas cogere prætenderet, recursum habuerunt PP. ad hanc Sacram Congregationem conquesti ulterius super modo invitandi, seu vocandi ad eas, a qua requisitus informare idem Episcopus Processum desuper construxit, medio plurimorum Testium examine super solito accedendi ad quasdam ibi enumeratas Processiones, prout videre est in Summario eorumdem Testium exhibendo, atque recensuit informans singillatim publicas, & consuetas Processiones, ad quas omnes de Clero tum Seculari, tum Regulari, præsertim PP. Oratores per consuetum sonitum Campanæ Cathedralis adire cogendos dijudicat, uti fusius in ejus relatione pariter danda in Summario. Monitis igitur Procuratoribus tam Capituli, & Communitatis, quam ipsorum PP. Oratorum, restat, ut EE. VV. ex deducendis hinc inde resolvere dignentur.

I. An, & ad quas Processiones accedere teneantur PP. Dominicani Civitatis Andriæ.

II. An, & quomodo sint vocandi in casu &c.

Sa-

Sacra Congregatio die 11. Januarii 1710. rescripsit: Ad I., & II. *servetur solitum, & amplius.*

AMERINA PRÆBENDÆ THEOLOGALIS. Extitit provisus usque de anno 1607. de Canonicatu, & Præbenda Theologali Ecclesiæ Cathedralis Amerinæ Nicolaus Lancea, & in litteris Apostolicis addita fuit hæc clausula: Verum autem quod dictus Nicolaus Sacram Scripturam legere omnino teneatur, alioquin ipso in hoc deficiente primodicti Canonicatus, & Præbenda vacent eo ipso; post adeptam possessionem dictæ Præbendæ cæpit Lancea suo muneri satisfacere, seu mox ut dicitur eo deficiente signanter de anno 1705. per plures menses plures omittendo lectiones nihil proficientibus monitionibus per Episcopum factis, Promotor Fiscalis illius Curiæ Episcopalis sub prætextu, quod factus fuerit locus vacationi ejusdem Præbendæ vigore clausulæ in præmemoratis litteris Apostolicis appositæ, recursum habuit ad SS. D. N. precibus ad hanc Sacram Congregationem remissis pro declaratione. Unde citato præfato Lancea fuerunt concordata infrascripta dubia etiam super loco, tempore, & modo habendi lectiones Sacræ Scripturæ, in quibus quoque prætenditur Lanceam defecisse. Hinc hodie partibus monitis causa proponitur, ut ex deducendis hinc inde in eorum summario placeat EE. VV. declarare. *Cap. 1. Sess. 5. de Ref.*

I. An constet deficientia Canonici Nicolai Bonaventuræ Lanceæ in legendo Sacram Scripturam; *Et quatenus affirmative.*

II. An ob talem deficientiam Canonicatus, & Præbenda ab eodem obtenti vacaverint eo ipso juxta Decretum appositum in litteris Apostolicis: *Et quatenus negative.*

III. An Lectio Sacræ Scripturæ sit facienda publicè in Ecclesia, an verò in Sacristia.

IV. An locus, tempus, & hora, ac materia, super qua Lector Sacræ Scripturæ legere debeat, & quantitas Lectionum pendeat ab arbitrio Episcopi.

V. An substineatur Decretum Episcopi addens pœnam juliorum trium in Synodo statutam usque ad julios quinque pro singulis omissionibus Lectionum in statutis anni diebus.

VI. An sustineatur aliud Episcopi Decretum attingens Canonicum Lectorem Sacræ Scripturæ ad habendas Lectiones memoriter, ore illas de more proferendo Auditoribus, & non legendo Auditoribus ex libro, neque ex scartula, & quod singulæ Lectiones saltem per medietatem horæ perdurent in casu &c.

Sacra Congregatio die 11. Januarii 1710. respondit: Ad I., & II. *ex deductis negative.* Ad III. *affirmative quoad primam, negative quoad secundam partem.* Ad IV. *arbitrio Episcopi.* Ad V. *negative.* Ad VI. *ad mentem.*

PAPIEN. INCISIONIS ARBORUM. Vacante Beneficio simplici sub invocatione Sanctissimæ Conceptionis B. V. erecto in Ecclesia Parochiali S. Martini loci Sicomarii, inter ass. compatronos lis suborta extitit super præsentatione novi Beneficiati, Joseph nampe Camia præsentavit in ea Curia Episcopali Jacobum Antonium Gerenzanum; alii vero Patroni Præpositum Mombellum, ad cujus favorem Vicarius Generalis Papæ sententiam tulit super institutione. Ab hujusmodi sententia provocavit Gerenzanus sub die 21. Maii 1707. obtinuitque sub die 11. Augusti rescriptum a Tribunali Signaturæ Justitiæ appositionis sequestri, subindeque sub die *Cap. 11. Sess. 22. de Ref.*

22. Sept-

22. Septembris tum subsequentis causam appellationis committi in partibus cum clausula de appellatione circumscripta possessione, & apposito sequestro, in quorum sequelam idem Gerenzanus sub die 26. ejusdem mensis obtinuit Decretum inhibitionis in forma contra Mombellum, citato ejus Procuratore in Curia signanter non incidendi arbores, nec quidquam attentandi super bonis dicti Beneficii, nec non subdelegari Judicem in partibus cum facultate apponendi sequestrum, ac deputandi Sequestrarium, expedito autem super inde solito Instrumento Decreti asserta impedimenta de facto numquam illud fuit in partibus judicialiter notificatum. Mombellus è converso continuavit in possessione Beneficii jam antea capta, & obtinuit licentiam a Vicario Generali quasdam arbores roboreas, seu populeas pertinentes ad dictum Beneficium incidendi, earumque pretium convertendi in usus necessarios, & utiles ejusdem Beneficii, a qua tamen licentia Joseph Camia Patronus appellationem interposuit ad S. Sedem Apostolicam coram eodem Provicario Papien., qui statuit appellandi terminum unius mensis ad habendum super ea responsum. De his porrò gravatus d. Joseph Camia recursum habuit ad hanc Sacram Congregationem, a qua requisitus tunc vivens cla. mem. Cardinalis Episcopus informare præmissa non est inficiatus, inquiens arbores incisas sexdecim numero fuisse, valorem scutorum sexaginta, deductis expensis, non excedentes, atque favore Mombelli plura deduxit, ut in ejus relatione in Summar. danda. Quapropter partibus consentientibus, concordata fuerunt infrascripta dubia, quæ ex hinc inde deducendis EE. VV. resolvenda proponuntur.

I. An subsistat licentia pro incisione arborum data? *Et quatenus negative.*

II. An teneatur Canonicus Mombellus ad restitutionem pretii dictarum arborum incisarum in casu &c.

Sacra Congregatio die 15. Martii 1710. respondit: Ad I. *negative*: Ad II, *affirmative ad effectum investiendi in stabilibus pro Beneficio.*

Cap. 6. cap. 7. Sess. 6. de reform.

FRISINGEN. UNIONIS. Ad consulendum indigentiis, quibus vehementer premitur Monasterium SS. Udalrici, & Afræ Civitatis Augustanæ Ordinis S. Benedicti, cum ejus annui redditus notabiliter decreverint ob bellorum tumultus in illis Regionibus exardescentes, Abbas, & Monachi ejusdem Monasterii quotidie elaborantes in Cura, & salute Animarum, ac Religione Catholica propugnanda, cuperent, ut præfato eorum Monasterio perpetuo uniretur Parochialis Ecclesia S. Michaelis Archangeli Oppidi, seu loci de Pfaffenhoven. Frisingen. Diœcesis cum ei annexa Filiali Ecclesia S. Martini Episcopi loci Unterunbach prædictæ Diœcesis, dum per obitum moderni Rectoris, aut alias vacaverit, cujus quidem nominatio, & præsentatio personæ idoneæ ab Ordinario loci instituendæ, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis, ad Abbatem, & Monachos prædicti Monasterii spectat, & pertinet, cujusque annui redditus 114. una vero cum incertis 300. ducat. aur. de cam. non excedunt, ea tamen conditione, ut antedicti Abbas, & Monaci cedant ad favorem Episcopi Frisingen. pro tempore jus præsentandi, quod habent ad Parochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ loci Obermaurbach. Augustanæ Diœcesis, prævio tamen Episcopi Augustani consensu, quem asserunt Oratores obtinuisse, & cum facultate eidem Abbati Oratori deputandi in primodicta Ecclesia S. Michaelis Archangeli uniendam unum Monachum ad ejus nutum amovibilem, & ab Ordinario Frisingen. approbandum pro exercitio curæ Animarum. Qua de

de re Oratores ipsi supplicationem ad Datariam dederunt pro gratia dictæ unionis obtinenda ad hanc Sacram Congregationem remissam.
Episcopus Frisingen desuper informare requisitus, supra petitam unionem apprime utilem Monasterio commendat una cum Capitulo ejus Cathedralis, reservata tamen jurisdictione Ordinaria, aliisque juribus Episcopalibus, examine, & approbatione Religiosi exponendi cum præscitu ipsius Episcopi toties, quoties vocare contigerit, nec non pro accomodando loco d. Regularis alios Clerico Seculari, & ideo non aliter, quam firmis remanentibus hisce cautelis, & præservativis favore Ordinarii Frisingen. pro tempore, nec non consensu Episcopi Augustani, quem testantur Oratores obtinuisse super cessione juris præsentandi ad prædictam aliam Parochialem, censuit Oratorum precibus annuendum, immo pro effectu præmissorum enixissime supplicavit, uti latius ex ejus relatione in Summar. danda. In Congregatione proxime præterita demandatum fuit, ut hæc Causa poneretur in Folio, hinc modo proponitur, & orantur EE. VV. etiam ex aliis deducendis, ut declarare dignentur.
An, & quomodo Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.
Sacra Congregatio die 14. Junii 1710. respondit: *negative, & amplius.*

ROMANA CAPELLANIÆ. Sed quo decessit ultimo Testamento condito de anno 1644. Marcus Turronus universalem hæredem omnium suorum bonorum instituit Ecclesiam SS. Faustinæ, & Jovitæ Nationis Brixien. Urbis, his tamen inter alias conditionibus adjectis: Quod teneatur conficere Inventarium omnium bonorum &c., & ulterius ex eis investire in tot locis Montium non vacabilibus, vel censibus, seu bonis stabilibus saltem scuta bis mille, seu aliam summam monetæ, quæ possint reddere, & fructare semper, & in perpetuum saltem scuta centum monetæ ad effectum, ut teneatur, prout teneri volo ex dicto fructu annuatim percipiendo celebrari facere ab aliquo Capellano unam Missam quotidianam, & in perpetuum in Altare Beatissimæ Virginis Mariæ, & S. Annæ in eadem Ecclesia SS. Faustinæ, & Sovitæ Nationis Brixensis incipien. prima die post duos menses mei obitus, dictumque reinvestimentum semper fieri jubeo, toties quoties, ad hoc, ut dictus Capellanus in ejus Sacrificio teneatur orare pro me, & celebrare Missam pro impetranda remissione meorum Parentum, Benefactorum, & Creditorum, quam Missam celebrari volo a Capellano bonæ famæ sibi beneviso juxta præsentem dispositionem, & vulgari sermone loquendo „ Che non faccia „ il Procuratore di liti d'altri, e che non abbia difetto nessuno, cioè, „ che non sia difamato di vizio alcuno di Donne „. Et statim secuto meo obitu dictam Missam celebrari volo, & mando a R. D. Francisco Vergano in supradicto Altari privilegiato, eique solvi julios duos pro eleemosyna pro qualibet Missa, & quolibet mense solven. ex fructibus dd. Locorum Montium, bonorum stabilium, vel Censuum, ut supra investien.; residuum vero Superiores, & Ministri supradictæ Ecclesiæ, & Altaris, ubi prædicta Missa celebrari contigerit, retineant pro Candelis, Vino, Hostiis dealbaturis mapparum, & consumptione aliarum suppellectilium, & hoc servari volo, mando, usquequo Felix Filius Jo. Pauli Secundi Bibliopolæ nepos Marthæ Spadæ meæ famulæ sit constitutus in ætate ipse ad Sacerdotium ordinandi, quo casu, & tempore volo, quod dictus Felix possit se ad titulum dicti legati, & Beneficii ordinari, & sic ordinatus, ejus vita durante ad dictam Missam celebrandam cum supradicta eleemosyna eligi, deputari, & nominari, omnibusque præferri. Quo Felice vita functo, vel casu. quo d. Felix ad Sacerdotium, & ad di- *Cap. 5. sess. 25. de ref.*

dictum titulum ordinari noluerit, tunc, & in quolibet ex dictis casibus, dum in dicta ætate erit perventus unus ex filiis D. Antonii Bardi semper, & quandocumque volo nominari, & cæteris aliis præferri unum ex Filiis D. Antonii Bardi, qui ad dictum Sacerdotium ordinari, & dictam Missam celebrare voluerit, ac se promptum præbuerit, & tunc d. D. Franciscus teneatur ipso jure cedere, & renunciare supradictam Capellaniam unicuique ex supradictis nominatis, & de ea penitus remaneat privatus; post quorum quidem obitum prædicti mei hæredes &c. & eorum successores, redeant ad eorum primæva jura dictum Capellanum semper, & in infinitum, modo, & forma a me superius expressis, & non alias &c. eligendi, & nominandi, quia sic &c. uti latius ex dicto Testamento exhibito, & dando in Summar.

Post obitum Testatoris, ad normam ejus dispositionis præfatam Capellaniam possedit Felix Secundus, cui persoluti fuerunt pro eleemosyna julii duo pro qualibet Missa, eoque nuper defuncto, nullisque existentibus filiis Antonii Bardi ab eodem Testatore contemplatis, factus est casus nominationi Capellani facienda ab Administris supradictæ Ecclesiæ; qui dubitantes, an dicta Capellania sit erigenda in Beneficium Ecclesiasticum, seu potius Capellanus sit ad eorum nutum amovibilis, anne eidem teneantur solvere julios duos pro qualibet Missa, humiliter recurrerunt ad hanc Sacram Congregationem pro declaratione. Et requisitus Eminentissimus Urbis Vicarius desuper informare, censuit ex verbis Testamenti, Capellaniæ perpetuitatem satis dignosci, eamque de jure præsumi, ubi contrarium non disponitur, eoque magis, quia Testator voluit Capellanum ad illius Titulum promoveri posse, exindeque deduci eleemosynæ traditionem, ac proinde cogendos Oratores facere prædictæ Capellaniæ erectionem coram Ordinario, uti latius ex ejus relatione in Summar. exhibenda. Hinc citato moderno Capellano pro quocumque suo interesse, proposuerunt Oratores infrascripta Dubia, super quibus expectatur EE. VV. oraculum.

I. An legatum Missarum relictarum a Marco Turrono sit erigendum in Beneficium Ecclesiasticum. *Et quatenus negative*.

II. An Capellanus eligendus sit amovibilis ad nutum Confraternitatis SS. Faustinæ, & Jovitæ Nationis Brixiensis, vel potius perpetuus.

III. An Missæ celebrandæ sint ad rationem juliorum duorum pro qualibet, vel potius ad rationem manualis, in casu &c.

Sacra Congregatio die 14. Junii 1710. rescripsit: Ad I. *negative*: Ad II. *affirmative, quoad primam, & negative quoad secundam partem*. Ad III. *affirmative, quoad primam, & negattive quoad secundam partem*.

Cap. 3. Sess. 24. de Ref.

SPOLETANA PROCURATIONIS. Occasione Visitationis ab Episcopo peractæ in Terra Gyspe li de anno 1708. Capitulum Collegiatæ S. Mariæ, cui exstitit cura subministrandi expensas Visitanti, subinde eas repartitum fuit pro rata inter alias Ecclesias, & loca pia, seu Confraternitates Laicales, & earumdem expensarum notulam idem Episcopus approbavit, ac exequi jussit. Quamplurimæ ex dd. Confraternitatibus renuentes concurrere ad hujusmodi contributionem ex ass. consuetudine numquam procurandi Episcopum Visitantem, ad effectum se confovendi in eorum possessione, seu quasi, obtinuerunt Monitorium ab A. C. jact. jact, sed recursu habito per antedictum Capitulum ad R. P. Auditorem Sanctissimi, hic Causam rejecit ad hanc Sac Congr. definiendam. Unde requisitus de more Episcopus informare, retulit de prætensa consuetudine non contribuendi favore Confraternitatum satis non constare, & quatenus

nus constaret, eam non suffragari, resistente Juris dispositione, ut omnes visitati ad Procurationem teneantur, unde censuit, omnes Confraternitates Hyspelli ad primodictam contributionem expensarum teneri, nec quidem excepta Confraternitate D. Jacobi, quæ licet habeat Hospitale adnexum, cujus intuitu nulla procuratio est solvenda, attamen ratione Ecclesiæ, quemadmodum Visitationi, sic & Procurationi eam subesse, uti latius ex ejusdem relatione in Summario exhibenda. Itaque concordato infrascripto Dubio, exorantur EE. VV. ex hinc inde deducendis resolvere.

An Confraternitates, seu Societates Laicales Terræ Hyspelli de quibus agitur, vel quæ teneantur contribuere Episcopo Procurationem occasione visitationis earumdem Confraternitatum in casu &c.

Sac. Congr. die 14. Junii 1710. rescripsit: *Affirmative pro rata temporis.*

LANCIANEN. CONFRATERNITATIS. Pluries dudum subortæ fuerunt controversiæ inter Archiepiscopum Lancianen., & Confraternitatem Mortis sitam in Ecclesia S. Josephi ejusdem Civitatis, quæ asseritur aggregata Archiconfraternitati Mortis Urbis usque ab anno 1608. (cujus aggregationis originale non fuit exhibitum) tam super facultate quæstuandi tum intra, tum extra Civitatem, & libere disponendi de redditibus, & eleemosynis sine licentia Ordinarii, quam super itidem libera electione Officialium, & cassatione Confratrum in Albo descriptorum, nec non super erectione, & administratione Montis Frumentarii citra ejusdem Ordinarii licentiam; At porro incubuere dissidia circa redditionem rationum, etenim recurrentibus nonnullis ex Confratribus ad hanc Sac. Congreg. quo cogeretur Administratores Confraternitatis ad redditionem rationum, sub die 28. Julii 1708. rescriptum fuit Archiepiscopo, quatenus desuper, prout Juris fuerit, procederet; Quo quidem rescripto attento, Archiepiscopus sub die 14. Augusti ejusdem anni præceptum tulit adversus Præfectum, aliosve quatuor Officiales Administratores Confraternitatis prædictæ, ut sub excommunicationis pœna intra terminum peremptorium trium dierum exhiberent lucidas rationes una cum libris eorum Administrationis Rationali ad hunc effectum deputato, ac eo termino elapso in eodem præcepto ex tunc assignavit eisdem horas 24. per trinam dilationem distributas, & cum unica pro trina Canonica Monitione ad dicendam Causam, quare non debuissent declarari excommunicati, & cedulones contra ipsos affigi. Ab ejusmodi præcepto veluti gravati supradicti Administratores sub die 18. mox dicti Mensis interposuerunt Appellationem in Curia Episcopali ad Tribunal A. C. opponentes Privilegia eorum Confraternitatis, utpote aggregatæ Archiconfraternitati Urbis, necnon Monitorium cum inhibitione ejusdem A. C. notificatum eidem Curiæ usque de anno 1707. pro conservatione suorum Jurium a molestiis prædictæ Curiæ signanter super redditione rationum. Qua quidem appellatione non obstante, Vicarius Generalis innixus memorato Rescripto ejusdem Sac. Congreg. instante Promotore Fiscali sub die 23. sæpedicti Mensis Augusti decrevit, præfatos Officiales esse excommunicandos, & Cedulones contra ipsos relaxandos, quemadmodum eademmet die Cedulones relaxavit, eosque affigi jussit in locis publicis Civitatis. Recursus exinde habitus fuit per Confraternitatem ad A. C., sed avocata ab eo Causa per R. P. Auditorem Sanctissimi fuit remissa ad hanc Sac. Congr. ad quam trasmissis Actis desuper constructis concordata fuerunt inter Partes infrascripta Dubia, quæ hodie ex hinc inde deducendis resolvenda proponuntur EE. VV.

Cap. 8. cap. 9. Sess. 22. c. 3. Sess. 25. de ref.

I. An constet de legitima Aggregatione Confraternitatis Mortis Lanciani Archiconfraternitati Mortis Urbis, itaut fruatur Privilegiis d. Archiconfraternitatis, & possit uti Statutis ejusdem.

II. An Confratres d. Confraternitatis Mortis Lanciani possint libere quæstuare tam intra Ecclesiam, quam extra per Civitatem ejusdem Territorii, & Districtum absque licentia Curiæ Archiepiscopalis.

III. An possint libere disponere de introitibus effectibus, & eleemosynis ejusdem Confraternitatis absque licentia Curiæ Archiepiscopalis.

IV. An dicti Confratres occasione electionis novorum Officialium valeant se congregare absque interventu, & assistentia Vicarii Generalis contra formam dicti Reverendissimi Archiepiscopi id demandantis.

V. An electio aliter facta substineatur.

VI. An in electione Officialium ejusdem Confraternitatis requiratur confirmatio Reverendissimi Archiepiscopi.

VII. An iidem Officiales potuerint delere ex Tabula Confratrum aliquos ex eisdem Confratribus, non servata forma Statutorum ejusdem Confraternitatis.

VIII. An liceat eisdem Confratribus absque licentia Reverendissimi Archiepiscopi erigere Montem frumentarium, & de illo ad libitum disponere.

IX. An Officiales d. Confraternitatis teneantur reddere rationem eorum administrationis introituum, effectuum, & eleemosynarum ejusdem Confraternitatis Reverendissimo Archiepiscopo? *Et quatenus affirmative.*

X. An idem Archiepiscopus debeat uti pro redditione rationis Syndicis, seu Rationalibus electis a Confratribus, vel potius possit uti alio quocumque sibi beneviso.

XI. An Censuræ latæ per Reverendissimum Archiepiscopum substineantur.

XII. An sint reaffigendi Cedulones in casu &c.

Sacra Congregatio die 20. Septembris 1710. respondit: Ad I. *ex deductis negative*: Ad II. *negative*: Ad III. *affirmative exceptis eleemosynis, in quibus servetur dispositio Bullæ S. M. Clem. VIII.* Ad IV. *negative in casu de quo agitur.* Ad V. *negative*. Ad VI. *affirmative*. Ad VII. *&* VIII. *negative*. Ad IX. *affirmative*. Ad X. *negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem, sed gratis* Ad XI. *negative*. Ad XII. *negative, & Archiepiscopus procedat ex integro servatis servandis.*

Cap. 7. sess. de Reg.

SALISBURGEN. CLAUSURÆ. Moniales S. Claræ Civitatis Græcii hujus Diœcesis subjectæ regimini PP. Reformatorum S. Francisci cum nuper de mense Februarii proxime præteriti revenissent ad electionem eorum Abbatissæ, accesserunt ad Crates Monasterii Superior Regularis dd. PP. necnon Deputatus ab Archiepiscopo ad præstandam eorum assistentiam ejusmodi electioni. Qua quidem peracta, præfatus Superior Regularis fas sibi duxit ingredi Clausuram Monasterii, & in Refectorio Monialium promulgare electionem Abbatissæ, eamque per traditionem Clavium, Sigilli, & Regulæ confirmare, ac exhortationem ad ipsas Moniales habere. Id porro resciens Concistorium Archiepiscopale Salisburgense, reputansque tales actus repugnare salutaribus, ac rigorosis Clausuræ legibus signanter indictis per Sac. Conc. Trid. *Cap. 7. Sess. 25. de Regul.* ac per Constitutionem XVIII. quæ incipit *Inscrutabili* S. M. Gregorii XV. recursum habuit ad hanc Sac. Congregationem pro declaratione; a qua requisitus desuper informare Procurator Generalis supradictorum

rum PP. in Curia degens retulit difficultatem non verti super actu electionis, in quo vetatur ingressus eidem electioni Præsidenti per dispositionem prælaudati Sac. Concilii, & Bullæ Gregorianæ, sed agi de actibus diversis, publicationis nempe, & confirmationis Abbatissæ electæ, de quibus autumat non loqui Sacrum Concilium, nec Bulla prædicta, eoque magis concurrente consuetudine immemorabili vigente, ut ait, in eo Monasterio, uti latius ex ejus relatione danda in Summario. Hinc concordato inter partes infrascripto dubio, illud hodie ipsis monitis, proponitur EE. VV. ex deducendis prudenter resolvendum.

An Superior Regularis Monasterii Monialium S. Claræ Civitatis Græcii ingredi possit Clausuram dicti Monasterii post electionem Abbatissæ ad peragendam exhortationem, & publicandam dictæ Abbatissæ electionem Monialibus in casu &c.

Sacra Congregatio die 29. Novemb. 1710. distulit propositionem; die vero 10. Januarii 1711. respondit, *Negative, & amplius.*

ORDINIS CAPUCCINOROM, SEU SENOGALLIEN. ORDINATIONIS. Frater Franciscus Æsinus hujus Ordinis exposuit huic Sac. Congr., quod cum de mense Septembris 1709. cum Dimissorialibus sui Superioris accesserit ad Episcopum Senogallien. pro suscipiendo Sacro Subdiaconatus Ordine, in actu ejus Collationis tetigit quidem Calicem, & Patenam, non autem librum Epistolarum ex inadvertentia Antistitis; unde licet Orator ex communiori Doctorum opinione non dubitet de valida ejus ordinatione, sed tantum credat, ei deficere potestatem legendi Epistolas, nihilominus, urgente etiam opinione nonnullorum Doctorum sententium in oppositum pro tutiori suæ conscientiæ quiete humiliter supplicavit pro opportuna declaratione.

Cap. 2. cap. 3. cap. 4. de ver. & Cath. doct. Sacr. Ord. sess. 25.

Episcopus Senogallien. desuper informare requisitus retulit, Oratorem, tactis Calice, & Patena, quando debuerat tangere pariter librum Epistolarum, non se præsentasse cum aliis ad eundem Ordinem suscipiendum accedentibus, sed meditabundum, & oculis indefixis non advertisse, admonitum vero ab alio ejusdem Religionis Sacerdote, ut se adjungeret cum aliis Ordinandis ivisse, seque adjunxisse cum aliis Subdiaconis, qui jam librum Epistolarum tetigerant, non vero qui librum tangere debebant. Quare censuit Relator ea, quæ omissa fuerunt; suppleri posse inter Missarum solemnia. Nunc itaque rogat Orator pro declaratione.

An, & quomodo Oratori sit annuendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 29. Novembris 1710. distulit propositionem, die vero 10. Januarii 1711. respondit: *Esse supplendum per Episcopum etiam privatim.*

THEANEN. DISTRIBUTIONIS ORDINUM. Volenti Episcopo moderno obsequendo dispositioni Sacri Concilii Tridentini *Cap. 12. Sess. 24. de Ref.* distribuere, & annectere Ordines Presbyterii Diaconatus, & Subdiaconatus Canonicatibus suæ Cathedralis obstiterunt Canonici recurrentes ad hanc Sac. Congregationem sub eo motivo, quod hujusmodi adnexio Ordinum reperiatur jamdudum facta eo quod ab antiquo Capitulum illud compositum ex tresdecim Canonicis divisum fuit in duas dignitates, Decanatum nempe, & Cantoratum, nec non quatuor Presbyteros cum suis præbendis seperatis, ac septem reliquos inter Diaconos, & Subdiaconos habentes hos postremos inter eos jus ascendendi ad stalla superiora vacantia, qua ratione satisfactum putant Oratores menti Sacri Concilii, nihil obstante quod postmodum diversis temporibus superadditi

Cap. 12. Sess. 24. de Ref.

additi fuerint eidem Capitulo quinque alii Canonicatus a piis disponentibus fundati de afferto jurepatronatus Episcopi, & Capituli annexos habentes dumtaxat Ordines Diaconatus, sive Subdiaconatus cum eodem jure optandi stalla superiora, etenim non idcirco repetenda ejusmodi distributio cum annexione Ordinis Presbyterii in præjudicium Diaconorum, & Subdiaconorum habentium Jus antedictum ascendendi, & subintrandi ad sedes vacantes juxta antiquioritatem.

Hæc non diffitetur Episcopus informare requisitus; exprimit tamen supradictos septem, reliquos Canonicos antiquos præter quatuor Presbyteros, nullo ordine Diaconatus, vel Subdiaconatus esse distinctos, sed ignorari, an adfuerint ante, vel post Sac. Concilium, necnon supradditionem dictorum quinque Canonicatuum nullo pariter Ordine distinctorum evenisse de annis 1613. & 1618. mediante fundatione trium Canonicatuum factæ ab olim Canonico Morono cum jure præsentandi favore Capituli, & aliorum duarum a Nicolao de Matthæis de anno 1705. cum pari jure præsentandi, partim favore Episcopi, partim vero ejusdem Capituli, adeoque putasse tribus primodictorum Canonicatuum, qui hodie possidentur a Canonicis antiquioribus, annectere ordinem presbyteratus ad effectum, ut una cum aliis quotuor primi cætus, & duabus dignitatibus prædictis compleretur medietas presbyterorum desiderata a Sac. Concilio distribuendo reliquos novem in quatuor Diaconos, & quinque Subdiaconos. Atque adeo informans subdidit in requisitione Consilii gravari supradictos Presbyteros, ex eo, quia tractu temporis hi tres adjungendi ordini Presbyterorum, licet non præbendati possint præcedere præbendatis ob eorum antiquitatem; cæteros vero Canonicos secundi Cætus similiter conqueri, quod facta hæc ordinum distributione, amittent spem ascendendi ad superiora stalla, prout moris est, uti latius ex eadem relatione in Summario exhibenda. Concordatis autem inter partes infrascriptis Dubiis, ac iisdem monitis, rogantur hodie ex hinc inde EE. VV. declarare.

I. An sit locus distributioni Ordinum Canonicorum in Presbyterales, & Subdiaconales, & quomodo? *Et quatenus affirmative*.

II. An etiam in dicta distributione comprehendi debeant Canonicatus de Jurepatronatus Episcopi, & Capituli post Sac. Concilium erecti in casu &c.

Sacra Congregatio die 7. Februarii 1711. rescripsit: Ad I. *affirmative juxta formam Concilii*. Ad II. *satis provisum per Episcopum*.

Decr. de obs. & evit. in cel. br Miss. Sess. 22. Dec. de purgat. Sess. 22.

BRACHAREN. INDULTI. Humillimas dedit preces ad SS. D N. ad hanc S. Congreg. pro voto remissas Archiepiscopus Primas Bracharen. enarrans frequentissimum undique ad suam Diœcesim concursum fieri Sacerdotum tum Secularium, tum Regularium in die commemorationis omnium Defunctorum ad Sacrificia litanda pro Animabus Purgantibus, & maximas eleemosynarum elargitiones ad hunc effectum a Fidelibus offerri, hinc rogavit pro Apostolico Indulto, ut quibuslibet ex Sacerdotibus per totam dictam Diœcesim valeat eadem die ab eodem Ministro pluries sacrificari, tum quia antiquioribus sæculis passim id in usu positum erat, tum etiam quia solemnioribus diebus alicui mos hic permissus invaluit: tum pariter quia consimilis instantia alias practicata fertur ab aliis Diœcesibus, & approbata ob Oraculo Pontificio pro Regno Valentiæ, & Catalauniç, quemadmodum cuncta hæc comprobare satagit Orator ex Theologorum, & Canonistarum monumentis, & doctrinis in Summario exhibendis. Ex quibus Orator ipse sperat hanc gratiam libentius impertiendam favore Animarum Purgantium, quibus non mediocri adjumentu fun-

sunt Missarum Suffragia, & ad quas magnus est devotionis fervor tam ipsius Oratoris, quam Sacerdotum Diœcesis prædictæ. Quibus quidem expensis, aliisque deducendis, non graventur EE. PP. pro eorum summa sapientia decernere.

An sit annuendum in casu, de quo agitur.

Sacra Congregatio 14. Martii 1711. respondit: *Negative, & amplius.*

BURGI SANCTI DONNINI CONVOCATIONIS CAPITULI. Conquesti sunt apud hanc Sac. Congregationem Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis Burgi S. Donini, quod cum de anno 1701. demandato SS. D. N. per organum Sac. Congregationis Immunitatis injunctum fuerit Episcopo dictæ Civitatis, ut cogeret personas omnes Ecclesiasticas (quibusdam tamen exceptis) illius Civitatis, & Diœcesis, contribuere necessariis, ac extraordinariis indigentiis laicorum, Episcopus præfatus propria authoritate convocaverit ad hunc effectum Congregationem Cleri dictæ Diœcesis in sua Aula Episcopali, exindeque absque participatione, seu approbatione ejusdem Congregationis devenerit ad repartitionem cum maxima inæqualitate inter Collectos, ac alias desuper exorbitantias admiserit, cumque idcirco Capitulum requisiverit ab Episcopo libros tam exacti, quam soluti, responsum accepit, non licere eidem Episcopo eos exhibere absque participatione, & determinatione Congregationis Cleri. Quæ porro cum ipsum Capitulum credat vergere in sui præjudicium recursum habuit ad hanc Sac. Congregationem exorando declarari, ut nulla præhabita participatione Congregationis Cleri teneatur Episcopus exhibere ipsi Capitulo præmemoratos libros, ut in posterum convocatio, & Congregatio Cleri fieri debeat ab ipso Capitulo in Aula Capitulari juxta præscriptum Statutorum Capitularium in Summar. exhiben. *Cap. 12. Sess. 24. de Ref.*

Super permissis informans retulit convocationem Cleri fuisse factam a suo Vicario Generali in Aula Episcopali intervenientibus duobus Canonicis deputatis a Capitulo una cum aliis deputatis a Clero, ibique nemine repugnante decretam fuisse collectam juxta morem, & consuetudinem observatam, tam moderno suo tempore, quam alias suorum Prædecessorum, eamque probari inquit ex authenticis documentis extantibus in ejus Cancellaria Taxarum impositarum, regulam subdidit desumptam fuisse ab aliis similibus, anteactis temporibus, factis, de quibus itidem documenta extare fatetur, servata quoad omnes æqualitate, ac retento tenore literarum Sac. Congregationis Immunitatis. Quo vero ad exhibitionem librorum addidit, Congregationem Cleri obtulisse eos ostendere quibuscumque venientibus, vel apud Thesaurarium, vel in Aula apud ipsam Congregationem, quam, ait, latere hoc jus prætensum a Capitulo, cogendi Clerum ad dandos libros in Camera Capitulari sub examine, & arbitrio Canonicorum, eo quod tenor Statutorum id non præseferat, quemadmodum uberius ex eadem relatione danda in Summar. Cum autem inter Partes fuerint concordata infrascripta Dubia, ipsis monitis, ea modo proponuntur, ut ex hinc inde deducendis EE. VV. decernere non graventur.

I. An convocatio Cleri sit facienda ab Episcopo, seu potius a Capitulo de licentia Episcopi.

II. An coadunatio Cleri fieri debeat in Aula Episcopali, alioque loco Episcopo beneviso, seu potius in Aula Capituli.

III. An libri Collectarum sint exhibendi Capitulo, & in quo loco in casu &c.

Sacra Congregatio die 18. Aprilis 1711. rescripsit: Ad I. *affirmative quoad pri-*

primam, & negative quoad secundam partem. Ad II. *In loco Episcopo benevisso.* *Ad III. affirmative in loco Episcopo benevisso.*

Cap. 9. Sess. 25. de ref.

FIRMANA CAPELLANIÆ. Joannes Rettinus de anno 1708 in Testamento, sub quo decessit, fundavit Cappellaniam sub hoc verborum contextu „. Instituisce un legato pio, o Cappellania laicale di Juspatro-
„ nato della detta famiglia delli Signori Gio. Marco Rettini Figlio del qu.
„ Pietro, e Gio. Francesco Saverio Rettini figli del qu. Gio. de Rapagna-
„ no, cioè chi haverà d. Cappellania, o legato pio, e amministrazione,
„ debba celebrare, se sarà sacerdote, o far celebrare, se non sarà sacer-
„ dote, purchè sia Chierico, tre Messe la settimana, e per il mantenimen-
„ to, e conservazione di esso legato pio, o Cappellania laicale assegna
„ gl'infrascritti stabili, mobili, censi da farsene sempre in principio, e in
„ ogni altra mutazione di Rettore Inventario &c. li frutti de' quali beni, e
„ censi dovranno servire per la celebrazione delle Messe, e per l'ammini-
„ stratore, e Rettore di esso luogo pio, o Cappellania mera laicale, o Pa-
„ tronato di casa Rettini, li quali dovranno essere della Famiglia, e de-
„ scendenza de' Figli de' Figli del Signor Gio. Marco Rettini; de' Figli
„ de' Figli del Signor Gio. Francesco Saverio Rettini sudetti cioè di ambe-
„ due li Figli de' Figli maschi in infinitum, e mancando queste due linee,
„ spetti alle figlie delle figlie della linea feminina, con questo però, che il
„ Rettore descendente da queste linee feminine abbia a prendere cognome,
„ & arme di Casa Rettini, o Rettore, che nominerà; Et in caso, detto
„ Benefizio laicale, o mero patronato si ritrovasse devoluta la nomina alla
„ linea feminina, in tal caso la nomina sia alternativa. Et in caso mancas-
„ sero le sudette linee tanto masculine, come feminine, in tal caso vuole,
„ abbia il jus nominandi la Communità di Rapagnano, quale debba nomi-
„ nare per Cappellano un Sacerdote, o Chierico discendente dal qu. Gio.
„ Batista Panurghi &c. „ In primum autem Rectorem, seu Administratorem ipse Testator nominavit Clericum Petrum Joannem Baptistam Rettinum filium d. Joannis Marci, & in ejus defectu, Clericum Fabium, sive Carolum Filippum filios supradicti Joannis Francisci Xaverii, quemadmodum latius patet ex particula Testamenti in Summar. exhibenda.

Possidet modo præfatam Cappellaniam dictus Clericus Petrus Jo. Baptista primo nominatus, qui cupiens transire ad statum Conjugalem, credit in statu prædicto posse retinere eandem Cappellaniam uti laicalem; sed prævidens in tali casu, velle patronos procedere ad nominationem alterius Cappellani Clerici humiliter recurrit ad hanc Sac. Congregationem pro declaratione. Unde jussus desuper informare Vicarius Capitularis, transmittendo enunciatam Testamenti particulam, retulit sese opposuisse alterum a Testatore nominatum, nempe Carolum Filippum Rettinum, atque ex verbis Testamenti motiva pro utroque hinc inde excitat, nullumque votum aperit. Concordato itaque inter partes infrascripto Dubio illud hodie proponitur, ut ex deducendis ab iisdem partibus monitis, EE. VV. non graventur resolvere.

An Clericus Joannes Baptista Rettinus in statu Clerici conjugati possit retinere Capellaniam, de qua agitur, in casu &c.

Sacra Congregatio die 18. Aprilis 1711. respondit: *Negative, & amplius.*

RIPA-

RIPANA MERCATUS. Cum Modernus Episcopus Ripanus de mense Septemb. 1709 Edictum typis mandaverit super observantia dierum festorum, in quo signanter illud praescripsit § 2. „ Le fiere, che sogliono „ farsi in alcune feste determinate dell'anno si tolerano dopo celebrata la „ Messa maggiore, ma i mercati che si fanno in giorno fisso della settimana, cadendo in questo qualche festa, si trasferiscano nel giorno antecedente, o susseguente non festivo, secondo la disposizione di tutti i Sinodi „ Diocesani da nostri Antecessori stampati sotto le infrascritte pene &c. „ Nihilominus Civitas, & homines Ripani ad impediendam ejusdem Edicti promulgationem ex ass. immemorabili consuetudine habendi mercatum in die Sabbati, etiamsi in eum incidat dies festus, obtinuerunt ab A. C. Monitorium super manutentione cum inhibitione: Sed R. P. Auditoris Sanctiss Decreto causa remissa fuit ad hanc Sac. Congregationem, in qua concordato infrascripto Dubio, contigit hodie ex deducendis hinc inde a partibus monitis ab EE. VV. illud resolvi.

An liceat Communitati, & hominibus Ripae habere mercatum die Sabbati, intus, vel extra Civitatem, quando occurrat, quod sit dies festivus in casu &c.

Sacra Congregatio die 2. Maii 1711. respondit: *Negative, & amplius.*

TOLENTINA COGNATIONIS SPIRITUALIS. Cupientibus Constantia Musetti Vidua relicta q. Catervi Tacci, & Aloysio Paci Nobilibus Tolentinatibus matrimonio invicem copulari, dubium emersit, num inter eos intercedat impedimentum Cognationis Spiritualis, eo quod in libris Baptismorum compertum sit, praefatum Aloysium suscepisse de sacro Fonte Batismi Philippum Nicolaum filium ejusdem Constantiae, & memorati Catervi ejus defuncti Viri, prout patet ex partita extracta ex eisdem libris hujus tenoris; *Die* 10. *Martii* 1702. *Philippus Nicolaus Barnabeus filius perillustris D. Catervi Taccii, & D. Constantiae Conjugum natus die Veneris decima currentis, ut supra hora decima cum dimidia de licentia Reverendiss. D. Vicarii Generalis baptizatus a R. D. Andrea Patiani, & a D. Aloysio Paci, & D. Costantia Bonelli de Sacro Fonte susceptus est*: Viceque versa praetendentibus novis Sponsis, nullam propterea inter eos contractam fuisse cognationem spiritualem, cum d. Nicolaus fuisset per antea in puerperio Matris baptizatus Domi, urgente necessitate ob ejus vitae periculum, idque ex inadvertentia Parochi omissum fuisse adnotari in praedicto libro Baptismi. Idcirco recursum habuerunt ad hanc Sac. Congregationem pro declaratione nullum scilicet ipsis ea de re obstare impedimentum juxta declarationem ejusdem Sac. Congregationis in Murana Cognationis Spiritualis 13 Aprilis 1669. Datis itaque literis Episcopo pro informatione, hic suo Vicario Generali commisit praemissorum informationem, qui jurato examini subjecit nonnullos testes, quos inter tres mulieres uniformiter deponunt sese de mense Martii 1702 adstitisse Constantiae in ejus Domo parturienti, ac ob partus difficultatem, ne infans medius de utero editus caelesti lavacro inexpiatus decederet, accitum fuisse Sacerdotem Carolum Musettum, quem quidem fatentur respersa aqua supra caput pueri, qui nunc est d. Nicolaus Philippus pronunciasse haec verba: *Io ti battezzo in nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo*: hujusmodi depositionibus consonat etiam fides extrajudicialis praefati Caroli Sacerdotis recognita a testibus haben. notam manum, non autem ab eodem, utpote, ut dicitur, absente, profugo, & contumaci. Verum Andreas Patianus, qui de- *Sess.24. c.2. de ref. Matr.*

descriptus est in recensita partita libri Baptismorum, etiam juratus deponit, eum baptizasse D Philippum in Ecclesia absque ulla conditione præsentibus Vicario Generali, & Parocho tunc temporis, aliisque pluribus, nec umquam notum sibi fuisse asseverat, eumdem Philippum Domi extitisse baptizatum, nisi aliquot ab hinc diebus Episcopus vero transmittens Processiculum desuper confectum refert Baptismum collatum in Ecclesia non habuisse aliam rationem, quam supplendi cæremonias juxta Ritum Ecclesiæ, nullumque induxisse impedimentum Cognationis Spiritualis attenta validitate primi Baptismi Domi rite collati, uti fusius ex eadem relatione, ac aliis in Processu contentis dandis in Summar. Hinc hodie Oratores humiliter petunt ab EE. VV. declarari.

An inter Constantiam Musetti, & Aloysium Paci ortum sit impedimentum Cognationis Spiritualis, quominus possint inter se Matrimonium contrahere, in casu &c.

Sacra Congregatio die 16. Maii 1711. respondit: *Negative*.

Cap. 1. ses. 25. de Reg. ELBOREN. JURAMENTI PERSEVERANTIÆ. Inter alia Statuta, de Voto hujus Sacræ Congregationis post accuratam revisionem Eminentissimi Cardinalis S. Clementis, a Sede Apostolica approbata, observanda a Presbyteris Secularibus Congregationis B. V. de Necessitatibus nuncupatæ erectæ in loco de Tumina hujus Diœcesis, illud extat in *cap.* 7. §. 5 ut Presbyteri aggregandi eidem Congregationi, peracto anno Novitiatus, præstare debeant Juramentum ad Sancta Dei Evangelia in manibus Directoris perpetuo perseverandi in dicta Congregatione, nulla tamen existente præcisa formula in eisdem statutis Juramenti prædicti. Nunc ipsi Presbyteri pro rectiori observantia dicti Juramenti humiliter supplicarunt SS. D. N. precibus ad hanc Sacram Congregationem remissis, quatenus dignetur relaxationem, & dispensationem ab hujusmodi Juramento ab ingressuris in posterum præstando S. Sedi Apostolicæ reservare, juxta formulam Juramenti, quam dicunt esse in usu inter ipsos in actu aggregationis, & noviter in Summar. exhibita. Unde ex deducendis proponitur EE. VV. resolvendum.

An absolutio, & dispensatio a Juramento perpetuæ Perseverantiæ in dicta Congregatione præstari solito, reservanda sit Sedi Apostolicæ, in casu &c.

Sac. Congregatio die 14. Novembris 1711. rescripsit: *Negative, & amplius*.

C. 4. Sess. 25. de reg. ELBOREN. FUGITIVORUM. In eodem cap. 7. §. 5. Statutorum præfatæ Congregationis Presbyterorum Secularium præscribitur, quod quicumque a dicta Congregatione egredietur absque legitima causa ab Ordinario approbanda incidat in pœnam perjurii, quia præstito juramento defecit. Preces itidem porrexerunt SS. D. N. ad hanc Sacram Congregationem rejectas iidem Presbyteri, pro declaratione, quod fugitivi a memorata Congregatione non solum pœnam perjurii, sed etiam excommunicationis ipso jure incurrant reservatam eidem Ordinario, sive Superiori pro tempore ejusdem Congregationis, necnon alias pœnas adversus fugitivos, Apostatas, & incorrigibiles de jure inflictas. Hinc EE. VV. etiam ex deducendis dignentur declarare.

An fugitivi, & desertores dictæ Congregationis, non justificata prius legitima causa coram Ordinario Elboren. incurrere debeant excommunicationem ipso jure reservatam Ordinario Elboren. sive Superiori pro tempore ejusdem Congregationis, nec non alias pœnas adversus fugitivos, seu Apostatas, & incorrigibiles de jure inflictas, in casu &c.

Sacra

Sacra Congregatio die 14. Novembris 1711. respondit : *Negative*, *& amplius*.

LUNEN. SARZANEN. RESTITUTIONIS CADAVERIS. Albertus Forlanus in suo Testamento condito de anno 1702. ita dispofuit „ Desidera, e vuole, che il suo Corpo fatto, che sarà Cadavere, „ sia sepolto, o nella Chiesa di S. Chiara della presente Città di Sarzana, „ ove è sepolto il Cadavere del suo carissimo Signor Padre, o nella Chiesa „ di S. Domenico, ove è sepolto il Cadavere della sua carissima Signora „ Madre, se così si contenteranno li Padroni di d. sepolture, e quando non „ fussero contenti, ordina, e vuole, che sia fatta una fossa contigua ad „ una di dette sepolture, & ivi sia sepolto detto suo Cadavere „ Sequuto obitu dicti Alberti de mense Maii proxime defluxi, fuit illius Cadaver tumulatum in supradicta Ecclesia Monialium S. Claræ, associatum a P. Confessario earumdem Monialium, & a duodecim aliis Patribus Conv. Min Off. Ordinis S. Francisci cum propria eorum Cruce, citra Parochi interventum. Quapropter tam Canonici Ecclesiæ Cathedralis, quam Patres Conventus S Dominici conquesti sunt in hac Sacra Congregatione de tumulatione Cadaveris prædicti in Ecclesia Monialium, in qua prohibentur contumulari Cadavera Personarum secularium, & absque sonitu Campanarum, & in spretum Parochi præfatæ Cathedralis non vocati ad interveniendum, non obstantibus oppositionibus factis ab ipsis Canonicis, & Patribus S. Dominici erga hæredes defuncti, ac proinde institerunt pro restitutione Cadaveris, & emolumentorum funeralium. Cap. 13. Sess. 25. de Ref.

Episcopus Sarzanen. informare requisitus, multa inquit ab Oratoribus exposita a veritate aberrare. Et primum non esse veras asserit oppositiones Oratorum, attestationem Uxoris, & filii defuncti transmissam, minusque verum esse spretum Parochi Cathedralis, eo quod revera fuerit vocatus unus ex illis Curatis, ut accederet una cum Clero, isque responderit non posse, utpote vetitus a suis Superioribus, juxta testium depositiones pariter transmissas. Sic pariter ob prohibitionem Sacristæ non fuisse pulsatas Campanas. Quo vero ad capacitatem dicti Monasterii Monialium consepeliendi extraneorum Cadavera, retulit informans, quod partibus auditis sibi fuerit exhibitum a PP. Observan. quoddam Privilegium authenticum usque de anno 1590 conditum a P. Provinciali tunc temporis, additis aliis Privilegiis Apostolicis penes Lantuscam in Theatr. Privilegior. regular. accedente etiam consensu prædictorum Canonicorum, & conventione inter eos, & ipsas Moniales inita de anno 1674. cum conditione, ut medietas quartæ Funeralium ad ipsos Canonicos spectaret, cum subsequuta hinc inde possessione sepeliendi respective, & quartam recipiendi producente legalem præscriptionem uti fusius ex d. relatione danda in Summario una cum prælibatis, & aliis documentis. Qua de re concordato infrascripto Dubio reliquum est, ut ex hinc inde deducendis, placeat EE. VV. declarare.

An sit locus exhumationi Cadaveris, & emolumentorum funeralium restitutioni in casu &c.

Sacra Congregatio die 28. Novembris 1711. respondit in casu, de quo agitur: *Negative quoad exhumationem Cadaveris, & affirmative quoad medietatem emolumentorum funeralium, & in futurum, omnino serventur decreta Sacræ Congregationis Episcoporum prohibentia tumulationem Cadaverum in Ecclesia Monialium.*

Cap. 9. Sess. 22. de refor.

MONTIS PELUSII PRÆTENSÆ NULLITATIS CONTRACTUS. Ingravescente Pascuorum penuria in districtu Civitatis Montis Pelusii inolevit qui de ovium, aliarumque pecudum contractu sub specie locationis cum assecuratione capitalis, qui vulgo dicitur a Capo salvo; quoniam vero exoriri subinde incepit varius rumor, quod in hujusmodi conventione nulla servetur Justitiæ commutativæ proportio, damnatumque fænus obvolvatur, simplicem nuper recursum habuerunt homines jam dictæ Civitatis pro deportando desuper Sac. Congr. Oraculo, quibus sane sub die 13. Junii præcedentis anni juxta morem responsum fuit: *Recurrant in casibus particularibus*; Hinc Canonicus Joseph Accetta, qui præ cæteris ex hujusce contractus specie detrimentum experiri asserit sub EE. VV. prudentissimo judicio scrutandum proponit Instrumentum, quod de anno 1710. exaravit cum Procuratoribus Cappellæ SS. Sacramenti in Ecclesia Cathedrali, & hac Cappellæ S. Euphemiæ, SS. Rosarii, & S Antonii in Ecclesia S. Francisci, multiplici quidem notam eamdem conventionem inurens, tum quia usuræ pravitatem, enormissimamque læsionem involvat, tum denique quod mercimonium comprehendat Clericis omnino prohibitum; in eodem plane Instrumento idem d. Canonicus cum assensu, & præsentia Vicarii Generalis a Procuratoribus prædictorum Locorum Piorum in unum convenientibus titulo locationis ad triennium recipit fructum gregis ovium, aliarumque diversæ speciei, & qualitatis pecudum cum omnibus ejusdem juribus, & integro statu una cum utensilibus ad usum necessariis pro annua responsione gran. 25. pro quolibet earumdem pecudum capite, computatis tamen oviculis recenter natis tribus pro duobus; asserendo jam gregem reddere posse annuatim carolenos decem pro qualibet pecude, computata fertili cum sterili; cæterum in eodem instrumento expresse fuit conventum, quod prælibatus Canonicus Accetta caveret de capitali restituendo, quemadmodum recipit, absque eo quod pecudes conductas posset alienare, vel quomodolibet distrahere, verum mensibus præscriptis accedere deberet ad eosdem Procuratores pro segregandis vetulis, & cooptandis totidem fructiferis, consignati tandem fuerunt eidem Canonico conductori viginti agni eodem pariter numero post expletum locationis tempus restituendi, sin minus ab ipso solverentur caroleni 30. ut latius ex Instrumento stipulato sub die 3. Martii 1710. in Summario dando; successive in altero contemporaneo Instrumento pariter exhibendo sæpedictus Canonicus Accetta obligationem emisit, animalia conducta in eodem numero, & qualitate locis piis restituendi, quo sunt in eodem Instrumento sigillatim descripta, etiamsi pecudes, aliæque perierint citra omnem, vel levissimam sui culpam, quin etiam ex casu inopinato, & fortuito; pro hujusmodi vero periculo, quod conductor subit, laudati locorum piorum Procuratores affictum ut supra conventum, relaxarunt in granis 3. pro quolibet pecudum capite, sicque persolvere deberet granos 12. pro unoquoque.

Pluribus improbat Episcopus hujusce bicipitis contractus inventum tamquam Apostolico mucrone confictum in Constit. S. M. Sixti V. incipien. *Detestabilis in Bullario Romano* 45. sub cujus dispositione merito comprehendi authumat; quandoquidem sub locationis cortio mutuum palliatum, & viravale cum detestabili fænore delitescat; aperte tandem injustitiæ ejusmodi contractum Relator ipse insimulat, tum quia conductor eamdem annuam responsionem exigit pro ove fructifera, quam pro ariete, aliave pecude prorsus sterili, tum quoque, quod pretium affictus gra-

granis 17., vel 15. plus, minusve quemadmodum stipulari solent hujusmodi contractus etiam demptis duobus, vel tribus, vel quatuor granis pro capitalis assecuratione nimis comperiatur excessivum, tum ob diminutum rerum valorem, tum propter pascuorum egestatem, ac tandem ob luem, quæ in gregibus ita penuriantibus passim grassatur, adeo quod ex tot, tantisque, qui in hujusmodi conventione sese implicuerunt, nullus indemnis evasit, ut latius in eadem relatione juribus, & rationibus referta, ex quibus, aliisque quæ a Partibus hinc inde uberius adducuntur, grave non erit EE. PP. infrascriptis dubiis sapientissime respondere.

I. An contractus, de quo agitur sit usurarius in casu &c. *Et quatenus negative.*

II. An idem contractus sit alias illicitus in casu &c.

Sac. Congreg. die 30. Aprilis 1712. respondit: *Ad I. negative, & quoad prætensam læsionem ad Judices suos. Ad II. affirmative in casu de quo agitur, uti de contractu Presbyterorum.*

BRICTINORIEN. PROCURATIONIS. Suppliciter conqueruntur Patres Camaldulenses Monasterii Scardavillæ, exprimentes, quod Episcopus Brittonorien. post lustratam in Sancta Visitatione Ecclesiam Parochialem, seu Vicariam Sancti Joannis Baptistæ eorum Monasterio unitam nunc primum procurationem sibi debere authumavit, atque Jus sibi faciens, nonnulla eorum bona exequi, & sub Judiciali hasta vendi jam curavit. Quoniam vero ab hujusmodi impositione sese exemptos esse iidem Monachi pro certo habent, tum ex generali Privilegiorum communicatione, quibus fruuntur aliæ Congregationes Benedictinæ, cum ex particularibus Summorum Pontificum constitutionibus, quibus ipsi Monachi Camaldulenses adversus hujusmodi exactiones sunt præmuniti, accedente ulterius diuturna observantia, & consuetudine, qua specialiter confoveri posset in hujusmodi libertate Monasterium Scardavillæ. Hinc Promotore Fiscali sæpius monito, proponuntur infrascripta dubia, ut ex sapienti EE. VV. authoritate, pateat resolutio. *Cap. 3. Sess. 24. de Ref.*

I. An Patres Camaldulenses teneantur solvere procurationem Episcopo occasione visitationis: *Et quatenus negative.*

II. An teneatur Episcopus restituere bona in executione, de qua agitur, ablata in casu &c.

Sacra Congregatio die 27. Augusti 1712. respondit: *Ad I. negative, Ad II. affirmative.*

SAVONEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Indecisa præteriit hujusmodi causa inter Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Savonæ, cui animarum cura incumbit, ex una, atque reliquos tres Curatos respective Parochialium Ecclesiarum ejusdem Civitatis ex altera partibus, exarata in folio diei 12. Decembris ultimo elapsi, atque iterum proposita in prima Congregatione fluentis anni. Nunc itaque fusius digesta ejusdem continentia in 34. dubiis, ne pergraventur EE. VV. prima undecim, quæ aliquatenus inter se connexa videntur, in præsenti Congregatione sapienter decernere ex luculenter a Partibus ipsis monitis adducendis. *Cap. 9. sess. 21. de Refor. Matrim. cap. 13. sess. 24. cap. 13. sess. 25. de ref.*

I. An Viatores degentes in Civitate Savonæ, vel in ea decedentes subjiciantur Parocho Ecclesiæ Cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum degunt, vel decedunt in casu &c.

II. An

II. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in Ecclesia Cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius Ecclesiæ Parocho, vel potius in Ecclesia Parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ Ecclesiæ in casu &c.

III. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia quarta funeralis solvi debeat Parocho Cathedralis, vel Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu &c.

IV. An Peregrini degentes in Civitate Savonæ, vel in ea decedentes subjiciantur Parocho Ecclesiæ Cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho Ecclesiæ Cathedralis, intra cujus districtum degunt, vel decedunt in casu &c.

V. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum Corpora sepeliri debeant in Ecclesia Cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius Ecclesiæ Parocho, vel potius in Ecclesia Parochiali intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ Ecclesiæ in casu &c.

VI. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho Cathedralis, vel potius Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu &c.

VII. An Advenæ, & Exteri quicumque, qui non habent animum permanendi in Civitate Savonæ, in eam habitantes, vel degentes, una cum eorum familiis subjiciantur Parocho Ecclesiæ Cathedralis, quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum habitant, vel degunt in casu &c.

VIII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum Corpora sepeliri debeant in Ecclesia Cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius Ecclesiæ Parocho, vel potius in Ecclesia Parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho d. Ecclesiæ in casu &c.

IX. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho Cathedralis, vel Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu &c.

X. An, & qualis habitatio requiratur ad hoc, ut prædicti habere dicantur animum remanendi in Civitate in casu &c.

XI. An idem, quod servandum est quoad dictos Advenas, & Exteros, sit etiam servandum quoad Cives Savonenses, qui Patriam redeuntes animo commorandi solum ad tempus, Consanguineorum, sed etiam Paternam inhabitant, in casu &c.

Sacra Congregatio die 24. Septembris 1712. distulit propositionem, die vero ejusdem mensis, & anni respondit: *Ad I. usque ad IX. inclusive affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad X. servandum esse laudum anni* 1421., *& amplius. Ad XI. proponatur cum aliquibus dubiis.*

SAVONEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Ex reliquis, quæ supersunt, dubiis hujusce controversiæ inter Capitulum, & Canonicos Cathedralis Savonæ, cui animarum cura incumbit ex una, atque tres Curatos respective Parochialium Ecclesiarum ejusdem Civitatis ex altera partibus, dignentur EE. PP. quinque in præsenti folio recensita sapienter definire, partibus hinc inde monitis.

Cap. 1. sess. 24. de ref. Matr. c. 13. Sess. 24. c. 13. Sess. 25. de Ref.

XI. An idem, quod servandum est, quoad dd. advenas, & exteros, sit etiam servandum quoad Cives Savonenses, qui patriam redeuntes, animo commorandi solum ad tempus Domus Consanguineorum, seu etiam paternam inhabitant, in casu &c.

XII. An Gubernator, ejusque Vicarius, Magistratus, & Officiales, & stipendiati, quicumque missi a Principe ad regimen Civitatis habitantes in Civitate Savonæ, vel in domo publica, vel privata sumptibus publicis conducta, aut in ea decedentes, una cum eorum familiis subiiciantur Parocho Cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt in casu &c.

XIII. An prædictis non eligentibus sepulturam, corpora sepeliri debeant in Ecclesia Cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius Ecclesiæ Parocho, vel potius in Ecclesia Parochiali, intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho d. Ecclesiæ in casu &c.

XIV. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia quarta funeralis solvi debeat Parocho Cathedralis, vel Parocho Ecclesiæ Parochialis, in qua decedunt in casu &c.

XV. Quid servandum quoad prædictos, qui Cives Savonenses forent, & habitarent in domo propria, vel privata propriis sumptibus conducta in casu &c.

Sacra Congregatio die 3. Decembris 1712, respondit ad *XI. affirmative quoad eos tantum, qui omnino deseruerunt domicilium. Ad XII. XIII. XIV. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XV. spectare ad Parochum Ecclesiæ Parochialis, in cujus Parochia habitant.*

ALEXANEN. VICARII CAPITULARIS. Cum adhuc exequiæ persolverentur Vincentio della Marra Alexanen. Episcopo mane diei 29. Aprilis ultimo elapsi, Canonici Cathedralis consilium inierunt super electione Vicarii Capitularis, atque tandem publicis, apertisque votis eorum septem suffragati fuere Cantori Ottato doctorali Laurea insignito, aliis quatuor in diversas partes euntibus; ita quidem conclusa electione, jam dictus Ottatus literas patentes multifarie limitatas excepit, qui trium mensium curriculo pacifice in ejusdem muneris possessione continuavit. Eodem vero tempore exacto, Archiepiscopus Hydruntinus eo sub obtentu, quod nulliter prorsus præmemorata electio expleta fuisset, jure devoluto Ecclesiæ viduatæ, ut inquit, consulere duxit, seligendo in Vicarium Cosmam Nicolardum tunc Sacerdotem non Capitularem, qui receptis literis deputationis; cum pariter, ac prælibatus Ottatus suam jurisdictionem explicare contenderet, invicem sese, univer-

Sess. 24. c. 16. de Ref.

versamque Diœcesim, uti solet perturbare cœperunt; Quapropter delatis supplicibus quærimoniis ad hunc sacrum Consessum, Eminentissimus Præfectus consultissime utrumque assertum Vicarium ab exercitio jurisdictionis suspendit, committendo Episcopo Gallipolitano viciniori deputationem alterius Pro-Vicarii, qui nomine Sac. Congregationis exerceret, eo usque hujuscemodi controversia ab ipsa dijudicaretur. Impresentiarum igitur Sacerdos Nicolardus præ cæteris jam dictam Capitularem electionem inficiatur tamquam expletam per publica suffragia eo certius, quia unus ex capitularibus Canonicis in actu ipso electionis præmonuit, ut votis secretis Vicarius eligeretur, eorum vero alter aperte professus fuit in partibus stare Canonici Ottati, quem a majori parte acclamatum jam audiebat; At prælibatus Ottatus jura sua Genuæ propugnat autumans absque previa citatione partium, nulloque jure suffultum Metropolitanum, ut præfertur processisse; quandoqiudem Vicarii capitularis electio per vota publica expleri possit citra nullitatis vitium, præsertim concurrente legitima consuetudine, quemadmodum liquere asserit in casu ex duplici actu in summario recensendo. Hinc perlata relatione Episcopi Hydruntini in summario exhibenda, in qua sane deputationem Nicolardi sua authoritate peractam protegit, ulterius asserendo, quod de gremio Capituli alii non extarent Doctores, superest, quod EE. VV. ex uberius partibus monitis deducendis definire non dedignentur.

I. An electio Vicarii Capitularis facta a Capitulo in personam Cantoris Ottati sustineatur in casu &c. *Et quatenus negative*.

II. An deputatio facta a Metropolitano sustineatur in casu &c. *Et quatenus negative*.

III. Quomodo sit providendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Decembris 1712. respondit: *Ad I. negative. Ad II. negative. Ad III. Exerceat Ottatus munus Vicarii Capitularis, donec aliter provisum fuerit per Sacram Congregationem*.

Seff. 25. c. 10. de Ref.

CAPUTAQUEN. JURISDICTIONIS. Biceps excitatur jurisdictionalis controversia inter Episcopum Caputaquen., & Commendatarios Abbatiarum, quæ extant in Oppido Centulæ, ac altero Controni, quam demisse enim jam dictus Episcopus conqueritur quod moderni iidem Abbates nihil habentes ejus ordinariam jurisdictionem præ cæteris audent literas dimissoriales ad majores, & sacros Ordines elargiri, prætensis subditis earum Abbatiarum, licet nec converti posse asserat, quod finibus Caputaquen. Diœcesis utraque circumscribatur, in eisque temporibus Sanctæ visitationis Jura, cæterosque actus nativæ jurisdictionis Episcopus exercuisse, quin etiam earum Abbates Synodis Diœcesanis interesse consuevisse; quæmadmodum licuere asserit ex documentis in summario recensendis. Præmonitis itaque ambobus jam nominatis Abbatibus, ejusque indicto competenti termino ad deducendum eorum jura in Sacra Congregatione, nuper insurrexit Commendatarius Abbatiæ Controni, qui autumat, nedum se exemptum ab utraque lege ordinaria, verum quidem jurisdictionem activam in Clerum, & populum obtinere, & quamquam ex temporum inju-

injuriis nullum hujusce prærogativæ expressum documentum proferre valeat, nihilominus id satis comprobari asserit ex diuturna observantia juris dicendi, ac dimittendi ejus assertos subditos, qui minoribus, vel sacris ordinibus initiari expetunt, aliisque ex documentis in Summario pariter recensendis. Ut minimum vero idem ipse Abbas autumat, quod ejus asserti subditi promoveri nequeant, nisi exhibitis suis literis Testimonialibus, quibus Episcopus Caputaquen. fidem omnino tribuere debeat; Hinc sæpius lacessito Abbate Centulæ, diuque expectato, ex his, aliisque a partibus nunc concertantibus adducendis exorantur EE.VV. sapienter juxta morem resolvere.

I. An collatio Ordinum, & concessio dimissorialium ad primam Tonsuram, ordines minores, & sacris subditis Abbatiarum Centulæ, & Controni spectet ad Episcopum Caputaquen. seu potius dictarum dimissorialium concessio competat Abbatibus, in casu &c. *Et quatenus ad Episcopum.*

II. An requirantur saltem literæ testimoniales eorumdem Abbatum in casu &c. *Et quatenus affirmative.*

II. An sufficiat exhibere coram Episcopo literas tantum testimoniales, vel debeant quoque ad ipsum transmitti Processus super idoneitate Ordinandorum fabricati in Curia Abbatum in casu &c.

III. An, & quas pænas incurrerint jam Ordinati literis dimissorialibus in casu &c.

Sacra Congregatio die 17 Decembris 1712. rescripsit: *Ad primum affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad secundum negative. Ad tertium provisum in secundo. Ad quartum non esse molestandos.*

SAVONEN. IURIUM PAROCHIALIUM. Resolutis in proxime actis Congregationibus quindecim Dubiis ex plerisque, quæ controvertuntur inter Capitulum, & Canonicos Cathedralis Savonæ, cujus Animarum Cura incumbit, atque tres Canonicos respective Parochialium Ecclesiarum ejusdem Civitatis in altera partibus, nunc alia quinque ad examen revocare contigit, quo eorum pateat sapiens resolutio.

Cap. 1. sess. 24. de ref. Matr. c. 13. Sess. 24. c. 13. Sess. 25. de Ref.

XVI. An Officiales Belli quocumque nomine nuncupentur habitantes in Civitate Savonæ, vel in quarteriis, & domo publica, vel privata, aut in ea degentes una cum eorum familiis subjiciantur Parocho Ecclesiæ Cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum habitant, vel decedunt in casu &c.

XVII. An prædictis non eligentibus sepulturam, eorum corpora sepeliri debeant in Vcclesia Cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius Ecclesiæ Parocho, aut potius in Ecclesia Parochiali intra cujus districtum decedunt, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ Ecclesiæ in casu &c.

XVIII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho Cathedralis, vel Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus districtum decedunt in casu &c.

XIX. An domus publica intelligenda sit illa, quæ partim sumptibus publicis, partim privatis conducitur, vel potius illa, quæ tota sumptibus publicis conducitur ad effectus supradictos.

XX. Quid servandum quoad prædictos Officiales Belli, qui Cives Savonenses forent in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Decembris distulit propositionem, die vero 21. Ianuarii 1713. respondit: *Ad XVI. usque ad XVIII. inclusive affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XIX. non indigere responsione. Ad XX. spectare ad Parochos.*

C[illegible] 4. [illegible]

MARIANEN. SUBSIDII CHARITATIVI. Suppliciter conqueruntur Monachi Olivetani Monasterii Portus Veneris exponentes, quod Episcopus Marianensis sub censurarum interminatione ausus fuerit subsidium charitativum exigere ab affictuariis Beneficiorum, ut ajunt, *di Belgodere*, *e Rustino*, quæ ad eundem Monasterium spectare asseruntur. Quoniam vero ab hujusmodi impositione sese exemptos esse, iidem Monachi pro certo habent, tum quia regulares a lege Diœcesana exempti ejusmodi contributionem persolvere, ut inquiunt, non tenentur, quæ ex eodem jure provenit, cum certius perspectis peculiaribus Summorum Pontificum privilegiis alias in judicio comprobatis, quibus Congregatio ipsa Olivetana adversus hujusmodi exactiones expresse præmonita comperitur. Hinc monito Promotore Fiscali, præ cæteris insistente in possessione exigendi hujusmodi subsidium a prædecessoribus Episcopis inducta, proponi contingit infrascriptum dubium, ut sapiens pateat resolutio.

An Episcopo Marianen. debeatur subsidium Charitativum ex Rectoriis di Belgodere, e di Rustino, ut prætenditur spectan. ad Monachos Olivetanos, vel potius obstet prætensa exemptio dd. PP. in casu &c.

Sacra Congregatio die 18. Februarii 1713. distulit propositionem; die vero 11. Martii 1713. respondit *Negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem, & amplius.*

Cap. 1. Sess. 23. Cap. 12. Sess. 24. de ref.

TRIDENTINA DISPENSATIONIS. Cum Carolus Ferdinandus S. R. I. Comes Lodronius præbendam Canonicalem in Cathedrali Ecclesia Tridentina obtineret simul ac Parochialem Ecclesiam Villæ Lagarinæ de Jurepatronatus ejusdem prænobilis familiæ supplex adiit SS. D. N., ab ejusque benignitate assequutus fuit expetitum indultum super incompatibilium beneficiorum retentione, seu nova concessione, sub ejusmodi lege; quod interim primo, & secundo dictæ Ecclesiæ debitis propterea non fraudendur obsequiis, & animarum cura in d. Parochiali Ecclesia nullatenus negligatur, sed eius, & Canonicatus, & præbendæ prædictorum congrue supportentur onera consueta. Pro illis vero diebus, & horis, quibus d. Carolus Ferdinandus secundo dictæ Ecclesiæ ratione dictorum Canonicatus, & præbendæ non inservierit, emolumenta ratione personalis residentiæ lucri fieri solita amittat: sub his vero Cæsarea intercedente præsentatione, iam d. Comes Carolus Ferdinandus Præposituralem quoque dignitatem extra Capitulum in prælibata Cathedrali Tridentina adeptus fuit. Itaque personalem residentiam inibi explens, ut nullo unquam

quam tempore conſcientiæ angore exagitetur, humilem iteravit recurſum ad SS. D. N. precibus ad hanc Sacram Congregationem pro voto remiſſis, quatenus benigne diſpenſare ſecum dignaretur ab onere reſidendi in ſecundo d. Parochiali Eccleſia, cui idonee per Vicarium inſervitur tempore quo ipſe in Cathedrali ſervitutem præſtat. Siquidem licet Orator ipſe non dubitet, quin animarum curam mediante Vicario ab Ordinario approbando obire poſſit, præ cæteris attenta conſueta huiuſmodi indultorum clauſula, ex qua utriuſque Eccleſiæ onera congrue ſupportari debent, cum ea, quæ Canonicatui incumbunt, nonniſi per ſe ipſum explere poſſit in Cathedrali, ubi ſubſtitutus nequaquam admittitur. Nihilominus tutius ſibi conſulendo, idem Comes quamplures adducit Familiæ Lodroniæ prærogativas, & merita, aliaſque Eccleſiæ aſſertæ utilitatis cauſas, ex buibus eius Prædeceſſores Apoſtolicam, quam nunc ipſe implorat benignitatem promeruerunt, quatenus videlicet per Vicarium idoneum animarum curam obire poſſet in prælibata Parochiali, ut ex documentis in ſummario recenſendis, ut vero Eminentiſſimi PP. perſpectum habeant ipſius Oratoris zelum, quo Parochialis Eccleſiæ decus magnifice colit, aſſiduamque eius vigilantiam, ne animarum cura utcumque minimum incommodum patiatur, præ cæteris in eodem ſummario exhibentur tum Capituli, tum Vicarii Capitularis atteſtationes cum particula poſtremæ viſitationis, ex quibus, aliiſque adducendis dignabuntur Eminentiæ VV. ſapienter definire.

An, & quomodo Oratoris precibus ſit indulgendum in caſu &c.

Sacra Congregatio die 11. Martii 1713. reſpondit: *eſſe concedendam gratiam abeſſendi a Parochiali per ſex menſes quolibet anno, dummodo reſideat in Canonicatu.*

SAVONEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Proſequi contingit examen huiuſce controverſiæ, quæ inter Capitulum, & Canonicos Cathedralis Savonæ, cui animarum cura incumbit, atque tres Curatos reſpective Parochialium Eccleſiarum eius Civitatis ex altera partibus iam pridem intentata fuit, idcirco non dedignentur EE. VV. ſapientiſſimum Oraculum proferre ſuper octo infraſcriptis dubiis, partibus monitis.

Seſ. 24. c. 1. de Ref. Matr. Seſ. 24. c. 13. Seſs. 25. c. 13. de Ref.

XXI. An milites omnes habitantes in Civitate Savonæ, vel in quarteriis, & domo publica, vel privata, aut in ea decedentes una cum eorum familiis ſufficiantur Parocho Eccleſiæ Cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho Eccleſiæ Parochialis, intra cuius diſtrictum habitant, vel decedunt in caſu &c.

XXII. An prædictis non eligentibus ſepulturam, eorum corpora ſepeliri debeant in Eccleſia Cathedrali, ac ſolvi emolumenta funeralia illius Eccleſiæ Parocho, vel potius in Eccleſia Parochiali, intra cuius diſtrictum decedunt, ac ſolvi emolumenta funeralia Parocho d. Eccleſiæ in caſu &c.

XXIII. An prædictis eligentibus legitime ſepulturam in aliqua Eccleſia, quarta funeralis ſolvi debeat Parocho Parochialis, intra cuius diſtrictum decedunt in caſu &c.

XXIV. Quid servandum quoad prædictos milites, qui cives Savonenses forent in casu &c.

XXV. An carcerati in carceribus criminalibus Domini Gubernatoris, ibique degentes, aut decedentes sive sint Savonenses, sive exteri subiiciantur Parocho Ecclesiæ Cathedralis quoad receptionem omnium Sacramentorum, vel potius Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus restrictum reperiuntur carceres in casu &c.

XXVI. An prædictis non eligentibus sepulturam eorum corpora sepeliri debeant in Ecclesia Cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius Ecclesiæ Parocho, vel potius in Ecclesia Parochiali, intra cuius districtum carceres reperiuntur, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ Ecclesiæ in casu &c.

XXVII. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia quarta funeralis solvi debeat Parocho Cathedralis, vel Parocho Ecclesiæ Parochialis, in cuius districtu reperiuntur carceres in casu &c.

XXVIII. An idem, quod servatum est, quoad carceratos in carceribus criminalibus, servandum sit, quoad carceratos in carceribus civilibus vulgo dictis *malæ pagbæ*.

Sacra Congregatio die 1. Aprilis 1713. distulit propositionem die vero 13. Maii eiusdem anni rescripsit: *Ad XXI. XXII. & XXIII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam. Ad XXIV. spectare ad Parochos. Ad XXV. XXVI. & XXVII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XXVIII. subjici Parochis respective.*

Cap. 1. sess. 24. de ref. Matr. c. 13. Sess. 24. c. 13. Sess. 25. de Ref.

SAVONEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Reliqua, quæ supersunt dubia controversa in Capitulum, & Canonicos Cathedralis Savonæ, cui animarum cura incumbit ex una, atque tres Curatos respective Parochialium Ecclesiarum eiusdem Civitatis ex altera partibus, dignabuntur Eminentiæ VV. ex utrinque adducendis resolvere, sicque diuturnæ huic controversiæ supremam manum sapienter addere.

XXIX. An damnati ad mortem subiiciantur Parocho Ecclesiæ Cathedralis quoad receptionem Sacramentorum, vel potius Parocho Ecclesiæ Parochialis, in cuius districtu reperiuntur carceres in casu &c.

XXX. An prædictis non eligentibus sepulturam eorum corpora sepeliri debeant in Ecclesia Cathedrali, ac solvi emolumenta funeralia illius Ecclesiæ Parocho, vel potius in Ecclesia Parochiali, intra cuius restrictum carceres criminales reperiuntur, ac solvi emolumenta funeralia Parocho dictæ Ecclesiæ in casu &c.

XXXI. An prædictis eligentibus legitime sepulturam in aliqua Ecclesia, quarta funeralis solvi debeat Parocho Cathedralis, vel parochialis, in cuius districtu reperiuntur dicti carceres.

XXXII. An Jus baptizandi pueros natos intra octavam Paschatis Resurrectionis, & octavam Pentecostes parocho cathedralis, vel potius ad alios parochos, in quorum parochiis nascuntur.

XXXIII. An privative, vel cumulative in casu &c.

XXXIV. Et an

XXXIV. Et an sit intelligendum etiam de illis pueris natis intra octavas prædictas, quos baptizari contingat extra easdem octavas in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Junii 1714. respondit: *Ad XXIX. XXX. XXXI. & XXXII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad XXXIII. privative. Ad XXXIV. affirmative.*

BALNEOREGEN. MISSÆ PAROCHIALIS, ET CONVENTUALIS. In Diœcesana Synodo Balneoregien. sub an. 1710. coacta præ cæteris laudabiliter statutis pro Ecclesiastica disciplina custodienda, sedulo injungitur, quod in tabella onerum Missarum, quæ in unaquaque Ecclesia detineri debeat, primum describatur Missa Conventualis pro Benefactoribus, & Fundatoribus applicanda, non obstantibus tenuibus redditibus, atque consuetudine: Parochialium vero Ecclesiarum Rectores quibuscumque Dominicis, aliisque festis diebus Sacrificium pro ovibus sibi ipsis creditis offerre debeant, etiam si congrua destituantur, quod si uberes fructus percipiant, singulis diebus Missam Parochialem applicare teneantur. Hujusce Synodalis Constitutionis effectum diversimode eludere contendentibus Canonicis Cathedralis, nuper promptum Fiscalis recursum habuit ad Sacram Congregationem pro declaratione plurium emergentium difficultatum, quibus eliminatis, Synodalia edicta ad executionem reipsa deduci possint. Super his precibus informare jussus Episcopus præceteris insinuat, quod jampridem bina Canonicorum Collegia in Balneoregiensi Civitate comperiebantur; nuper vero Apostolica intercedente authoritate, utrisque simul junctis, unicum Capitulum coaluit in Cathedrali Ecclesia, cujus omnes præbendæ ex unione plurium beneficiorum cum Missarum oneribus constant; animarum vero curam in ea Urbis regione *Civita* vulgo nuncupata obire tenetur alter ex canonicis, qui pro ejus libito in Ecclesia S. Donati, procul a Cathedrali sita, residentiam explere, in eaque Missarum onera præbendæ annexa adimplere potest, cum integra participatione quorumcumque emolumentorum, & distributionum Canonicalium, ut latius ex forma Apostolici diplomatis in Summario exhibendi, in altera vero Civitatis parte, quæ *Rota* dicitur Parochiale onus duobus Canonicis incumbit, quorum præbendis auctoritate Sacræ Congregationis fuit annexum. Cæterum Canonici Missas Parochiales, & Conventuales unanimi consensu offerre recusant, tum innixi assertæ consuetudini, cum ex prætensa tenuitate reddituum, tum quia onera hujusmodi in erectione minime decernantur; quin etiam benefactorum suffragio satis consultum, authumant, ex anniversariis in tabella descriptis, quæ a Kalendis Septembris ad Kalendas Januarias, quibuscumque diebus non impeditis ex festo duplici, diebus Dominicis, ac Defunctorum exequiis ita celebrari debent, ut in prima hebdomada pro Episcopis vita functis offerantur, in secunda pro Canonicorum animabus, in reliquis vero pro Benefactorum suffragio; addit præterea Canonicum, qui parochiali officio fungitur in regione *Civitæ*, his omnino prægravari non posse, cum a Chori servitio authoritate Apostolica sit exemptus, atque

C.1. sess.23. de ref.

que ideo a celebratione Missæ Conventualis, alteriusve pro populo, quæ per turnum in Cathedrali Ecclesia celebrari debent. Verum enim vero Promotor Fiscalis has Capituli exceptiones retundere contendit ex juribus circumferendis; reliquum est, quod Eminentiæ VV. consultissimum oraculum proferant super dubiis concordatis, parte sæpius monita,

I. An Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialis Balneoregii teneantur applicare quotidie Missam Conventualem pro Fundatoribus, & Benefactoribus in casu &c. *Et quatenus affirmative.*

II. An singuli Canonici teneantur a die adepti Canonicatus satisfacere Missas Conventuales usqueadhuc non applicatas, in casu &c.

III. An Missæ de Anniversario, quæ cantantur in Choro in quatuor mensibus anni, diebus non impeditis, cedere debeant loco Missæ Conventualis in casu &c. *Et quatenus negative.*

IV. An Canonici teneantur celebrare, & applicare tam d. Missas de Anniversario, quam Conventuales in casu &c.

V. An ultra Missam Conventualem sit celebranda, & applicanda diebus festivis Missa Parochialis a Canonicis per turnum, sive potius a Canonicis Curatis in casu &c. *Et quatenus affirmative, vel a Curatis, vel a Canonicis singulis per Turnum.*

VI. An occurrente, quod prædicti duo Canonici Curati, vel alii Canonici celebrent Missam Conventualem per turnum diebus Dominicis, ac festis de præcepto, tunc teneantur per alium celebrari facere Missam Parochialem in casu &c.

VII. An, quatenus Missa Parochialis sit celebranda in diebus festivis a Canonicis Curatis in Parochia Contradæ Rahotæ, sufficiat celebratio, & applicatio unius Missæ pro populo; seu potius ambo Canonici Curati teneantur ad applicationem supradictæ Missæ, in casu &c.

VIII. An Canonicus Curatus Ecclesiæ Parochialis Contradæ Civitæ, ubi residere tenetur exemptus a servitio Chori, teneatur per turnum cantare, & applicare in Cathedrali Missam Conventualem, & celebrare aliam Missam in Aurora, quæ celebratur per turnum in dicta Ecclesia ab omnibus Canonicis tam diebus festivis, quam ferialibus, in casu &c. *Et quatenus affirmative in omnibus.*

IX. An occurrente, quod celebret per turnum Missam Conventualem, sive aliam in Aurora diebus festivis de præcepto, tunc teneatur per alium celebrari facere Missam Parochialem in Ecclesia Parochiali Civitæ, in casu &c.

Sac. Congreg. die 8. Julii 1713. distulit propositionem, die vero 19. Augusti ejusdem anni respondit: *Ad primum, & secundum affirmative. Ad tertium negative. Ad quartum affirmative. Ad quintum negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem. Ad sextum affirmative. Ad septimum sufficere unicam celebrationem, & applicationem. Ad octavum negative. Ad nonum provisum in octavo.*

VI-

VIGLEVANEN. SEMINARII. Puerorum Seminarium jam pridem ab Episcopo Mauritio Petra in Civitate Viglevanensi erectum congruisque subsidiis instructum ad formam *cap*.18. *seff*.23. *de Ref.* de anno 1614. a piæ mem. Episcopo Odescalcho curæ patrum Congregationis Somaschæ commissum asseritur. Cum vero succedentibus temporibus in deterius prolaberetur, ut primum Episcopale onus assumpsit Petrus Marinus Sormannus, animum adjecit ad idem Seminarium restituendum juxta præscriptam formam Sac. Concilii Tridentini, ac re ipsa sub anno 1693. electis deputatis tam Capituli, quam Cleri, cum ipsis colloqium habuit super fabricæ elevatione, exindeque prævia assignatione quorumdam bonorum, solemniter convenit cum præmemoratis patribus Somaschensibus super instruendis in pietate, & bonis artibus, quæ conventio Apostolica authoritate communita fuit a san. mem. Innocentio XII. expeditis literis in forma Brevis. At de an. 1702. aliis redditibus assignatis in summa lib.3256. prælaudatus Episcopus Sormannus disposuit, quod perpetuo in Seminario alerentur viginti alumni, qui essent ad cantum habiles, laudandi a Cantoribus, & Mansionariis Cathedralis, eorumque duodecim nominari deberent a Successoris Episcopis, reliqui vero octo a Rectoribus pro tempore ejusdem Congregationis, hac tamen lege adjecta, quod semper admitti deberent ipsius Germani Fratris, ejusque descendentium consanguinitate, affinitate, ac etiam spirituali cognitione propinqui, nedum prælative, sed etiam in exclusionem eorum, qui minus essent idonei in Seminario jam recepti. Voluit insuper idem ipse præsul, quod super œconomica administratione in quibusdam expressis casibus, patres ipsi procederent cum consensu Episcoporum pro tempore, atque addidit, quod ubi viginti Alumni in Seminario non manuteneantur, tum redditus eidem numero correspondentes deponerentur apud idoneam personam ab Episcopo approbandam. Et quidem pro alimonia 20. Alumnorum pius Fundator ex præfata summa, libras 3000. assignavit, reliquas vero libras 246. alteri pio usui expresse designato attribuit, & si quid superesset, in beneficium Seminarii erogari voluit, quemadmodum latius ex documentis in summario recensendis: His constitutis, Alumni sub disciplina remanserunt in Seminario, eousque vigil incubuit sæpedictus Episcopus Sormannus eodem vero e vivis erepto, unanimi consensu adierunt Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, facultatemque implorarunt, ut extra Seminarium literarum studia prosequi possent, expletisque autumnalibus feriis intra ejus septa revertere noluerunt, adeo ut jam a decennio clausum idem Seminarium remaneat assertis protestationibus a prælibatis patribus opportune intermissis ab anno usque 1704. Huic itaque intollerabili absurdo occurrere satagentes Capitulum, & Deputati moxdicti Seminarii, nuper confugium habuerunt ad EE. PP. pro resolutione duodecim dubiorum, quæ cum EE. Somaschensibus, suscitata fuerunt, præsertim quoad assertam jurisdictionem Episcopi, ac Deputatorum Seminarii, nec non etiam super ejusdem bonorum œconomica administratione, proptereaque consuetis literis pro informatione expeditis, Episcopus morem gerendo, luculentam facti seriem exposuit, quæ in sum-

Cap. 18. *Sess.* 23. *de Ref.*

summario recenfetur. Partibus itaque eorum jura late profequentibus, quid defuper decernendum fit fummæ EE. VV. fapientiæ, & prudentiæ relinquitur.

I. An omnes Alumni fint eligendi per Epifcopum. *Et quatenus negative.*

II. An illi octo nominandi per P. Rectorem ejufdem Seminarii indigeant examine, & approbatione Epifcopi, ut admittantur in cafu &c.

III. An exactio redditum affignatorum pro alimonia Alumnorum fpectet privative ad Epifcopum, illorumque admniftratio ad eumdem Epifcopum cum confilio deputatorum Seminarii, exclufo Rectore Seminarii? *Et quatenus negative.*

IV. An faltem adminiftratio, & exactio facienda fit per dictum Rectorem, cum participatione tamen, confenfu, & mandato Epifcopi pro tempore in cafu &c.

V. An PP. Somafchenfes teneantur reddere rationem de adminiftratis Epifcopo cum affiftentia Deputatorum Seminarii in cafu &c.

VI. An liceat Epifcopo cum affiftentia, ut fupra, toties voluerit, vifitare Seminarium tam in fpiritualibus, quam in temporalibus in cafu &c.

VII. An idem, cum affiftentia, ut fupra, licitum fit capitulo, feu Vicario Capitulari, Sede vacante in cafu &c.

VIII. An Magiftri miffi a Congregatione Somafchenfi ad fervitium Seminarii pro Gramatica, Rethorica, & Cafibus Confcientiæ debeant examinari, & approbari ab Epifcopo in cafu &c.

IX. An hoc ipfum tempore Sedis vacantis fpectet ad Capitulum, ut fupra in cafu &c.

X. An PP. Somafchenfes teneantur reddere rationem de annuis libris 3256. pro toto tempore, quo in Seminario non fuerunt Alumni, & cui, ac quibus remediis cogi poffint in cafu &c.

XI. An iidem teneantur reftituere pro eodem tempore, quo Seminarium remanfit claufum, proventus pro eorum manutentione, & falario affignatos in cafu &c.

XII. An PP. Somafchenfibus, ultra præfixum numerum viginti Alumnorum liceat in Seminario recipere alios Convictores de aliena Diœcefi in cafu &c.

Sacra Congregatio die 13. Januarii 1714. diftulit propofitionem, die vero 27. ejufdem menfis, & anni refpondit: *Ad primum negative. Ad fecundum indigere approbatione Epifcopi. Ad tertium negative. Ad quartum affirmative. Ad quintum, fextum, feptimum affirmative. Ad octavum negative. Ad nonum negative. Ad decimum affirmative Epifcopo, ac per eum cogi juris remediis. Ad undecimum negative. Ad duodecimum affirmative de licentia Epifcopi, & amplius in omnibus.*

Seff. 24. c. 6. de Matr.

RUBEN. RAPTUS, ET CENSURARUM. Inquifitione inftituta prætenfi raptus puellæ Cefareæ Fucilæ de Menfe Januarii anni prope elapfi plures Teftes formiter voce depofuerunt, fummo mane diei 30. Decembris 1712. inter faciente jamdium puella cum ejus Matertera Roccum Sanctum Pellegrinum repente eam abripuiffe, ac domum

domum suæ uxoris asportasse. Interea, ut Testes ipsi prosequuntur, prænominata matertera magnos clamores edidit, puella vero nec verbum quidem perturbati animi protulit; Monitione itaque expedita sub die 7. Januarii, quatenus infra tres dies, quorum singulis pro primo, secundo, ac ultimo respective termino computarentur, idem Roccus judicio sisteret ad allegandam causam, quare censuris obnoxius declarari non deberet, quæ contra raptores comminantur in Sacra Tridentina Synodo *Cap.6. Sess.24. de Ref.*, incusataque contumaciali absentia semel, iterum, & tertio sub diebus 9. 10. & 11. præfati mensis, postridie excommunicationis edicta affixa fuere; statim jamdiu Roccus confugium habuit ad Sacram Congregationem pro opportuna absolutione, ut conjugii fædus inire posset cum d. puella, at EE. VV. placuit rescribere Episcopo, ut procederet prout de jure ad declarationem prætensi impedimenti raptus; hinc orator ipse coram Judice se constituit, huic ingenue fassus fuit, raptum commisisse, consentiente, quin etiam proponente puella, quo libere exoptatum Matrimonium contrahere possent, vel invitis ipsius consanguineis, qui tractatum sponsalium constanter rejecerant. Subinde apud honestam Matronam puella collocata fuit, ut omnimoda libertate perfrueretur, ac jurejurando interrogata, quod vesano amore percita Oratorem induxit, ut se ipsam subduceret, proindeque nullatenus raptui restitit, quibus sane perspectis Vicarius Generalis definitive tandem pronunciavit nullum inter Roccum, & Cæsaream intercedere impedimentum raptus, quo matrimonium prohiberi inter eos valeat. Verum enim vero super Censuris fulminatis modernus Vicarius interlocutus non fuit, iterum Orator supplex rediit ad hanc Sacram Congregationem pro reportanda declaratione super earum insubsistentia: quapropter exhibito actorum processu, concordatisque binis dubiis, superest, quod EE. VV. sapienter decernere non graventur.

I. An obstet prætensus raptus ad contrahendum Matrimonium in casu &c.

II. An censuræ sustineantur in casu &c.

Sacra Congregatio die 3. Martii 1714. rescripsit: *Ad primum non obstare. Ad secundum esse absolvendum ad cautelam.*

NEAPOLITANA MATRIMONII. Maria Rocca annos triginta circiter rata, quæ in præsentiarum servitio est addicta Nobilis Matronæ Hieronymæ Paganæ in Civitate Neapolis, cupiens sæculares nuptias inire ex eo præpediri contingit, cum Baptismi fidem neque indicare possit. Etenim, ut ipsa exposuit, puellula consignata fuit Annæ Rocchæ in Civitate Barchinonensi ab homine quodam, qui eam expositurus pergebat ad Hospitale. Supplex itaque eadem Maria Rocca EE PP. Oraculum imploravit, quatenus ex prænunciato defectu fidei Baptismi libere Matrimonium contrahere nequeat, ut benigne decernatur, quomodo sit ipsi consulendum. Eminentissimus Archiepiscopus, cui remissæ fuerunt preces pro consueta informatione, veritatem expositorum sibi liquere, asseruit ex jurata attestatione jam dictæ Annæ Rocchæ Barchinonensis, subindeque addidit, Oratricem vitam pie vivere, ac Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ frequentare consuevisse; Cæterum votum suum aperire prætermisit. *Ca.11. sess.7. Sess. 14.c.1.*

Hisce relatis precibus per Summarium sub die 17. Junii præterlapsi anni, placuit EE. PP. rescribere, quod servatis servandis examen exciperetur Annæ Rocchæ, subindeque describeretur in folio; quibus supremis mandatis obsequendo, præviis interrogatoriis, prædicta Anna Barchinonensis, recensuit bene sibi cognitam esse Mariam Roccam, eamque tamquam filiam nutrivisse, de ejus Baptismo nihil certi deponere posse; quandoquidem per vicum transeunte quodam homine, qui prædictam Mariam tum infantem dierum sex ab Hospitale Expositorum ducebat eadem ipsa Anna recens filio orbata sibi consignari requisivit Puellulam, quatenus lactis copia se exonerare posset, at voti compos effecta credens, Puellam Sacris aquis expiata fuisse interrogare desuper prætermisit hominem; materno deinde affectu eam nutrire cœpit, quam Mariam nuncupabat, eique proprium cognomen indidit, neque prætermisit Christianæ Religionis præceptis, ac pietate ipsam imbuere. Ulterius eadem Anna Rocca interrogata super religionis more circa tempus collationis Baptismi respondit, infra terminum dierum octo omnino Pueros sacris aquis regenerari solere, ut plurimum vero in secundo, tertio, vel quarto die ab eorum nativitate. Hinc subtexuit, quod Maria Rocca, quæ puella sex diem ad ejus manus pervenit, tum poterat esse baptizata, ut sibi persuasum habuit, & adhuc in hujusmodi credulitate perseverat. Nihilominus id certo asseverare non posse inquit, tum quia præmemoratum hominem interrogare prætermisit, cum etiam quia puella signum Baptismi recepti secum Puella habebat. Ceteroquin vero syngrapham collo appensam indicantem Baptismi collationem infantes expositi in his Regionibus portare solent. His itaque prælibatis, Oratrix ipsa preces renovat, quo sibi benigne consulatur ut possit Matrimonium contrahere, non obstante defectu fidei Baptismi; dignabuntur itaque EE. PP. solita prudentia, & sapientia decernere.

Quomodo Oratricis precibus sit annuendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 1. Septembris 1714. respondit: *Esse baptizandam sub conditione, & secreto, & deinde procedi posse ad contractum Matrimonii, servatis servandis.*

Cap. 1. Sess. 5. de Ref.

GIENNEN., SEU BEACEN. INDULTI. Jam inde ab anno 1538. authoritate intercedente S. M. Pauli III. erecta comperitur Academia, sive Universitas Beacen. sub auspiciis Ven. Magistri Joannis de Avila, quæ licet pinguibus fuisset instructa reditibus, nihilominus temporum injuria imminutis proventibus nunc a pristino decore non parum concidit, adeo ut vix reperiantur Magistri, qui cum exiguo stipendio Cathedras moderari velint. Restituendi itaque causa ejusmodi Universitatem nuper expositæ fuerunt supplices preces SS. D. N. ad hanc Sacram Congregationem remissæ, quatenus benigne indulgere dignaretur, quod Rector, Lectores omnes, Doctores, Magistri Licentiati, Bacchalaurei, & Studentes, seu Seculares in memorata Accademia pro tempore docentes, & respective addiscentes licite percipere possint omnes fructus suorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura in quibuslibet Ecclesiis, etiamsi Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, Personatus, & Officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales majores, aut in Collegiatis Ecclesiis principiales, sive Conventuales fuerint, perinde, ac si personaliter residerent, & inservirent præfatis Ecclesiis, ad quarum residentiam, & servitium per Ordinarios, & Capitula cogi nequeant, idque Privilegium expetitur ad instar alterius in Summario exhibendi ab Eugenio IV concessi Accademiæ Salmaticensi, cui isthæc Universitas aggregata asseritur.

Re-

Remissis precibus pro consueta informatione Ordinario, Sede Episcopali vacante, idem ipse suas pariter adjicit pro gratia impetranda summis laudibus Universitatem hanc extollens tam circa Juventutis educationem in bonis artibus, quam circa morum correctionem, quo plures viri sanctitate, & scientia conspicui prodierunt, sicque celebris ipsa Accademia in Lusitaniæ Regno prædicetur, notulam stipendiorum, quæ Lectoribus tribuuntur, authoritate Secretarii confectam Relator transmisit, ut de eorum tenuitate legitime constet, quod pariter documentum in Summario exponitur. Superest igitur, quod EE. Vestræ solita prudentia, & sapientia ex latius adducendis definire dignentur.

An, & quomodo hujusmodi precibus sit indulgendum in casu &c.

Sacra Congregatio die 17. Novembris 1714. distulit propositionem, & die 1. Decembris dicti anni respondit. *Negative & amplius*.

BRACHAREN. DUBIORUM. In visitatione Sacrorum Liminum, quam pridem Archiepiscopus Bracharensis peregit, pluribus expositis ordinaria auctoritate in ejus diœcesi commendabiliter præordinatis, super his præterea Apostolicam auctoritatem, quam demisse imploravit I. cum Diœcesana Synodus inde a pluribus annis coacta non fuerit, Examinatores Synodales nominari ab Archiepiscopo consueverunt, approbante Capitulo; summa igitur ratione dubitari contingit super legitima provisione Parochialium Ecclesiarum ex defectu formæ a Sac. Concilio præscriptæ *Cap.* 18. *Sess.* 24. *de Ref.* Quoniam vero provisi integra fide Ecclesias possident, neque hujusmodi defectus ex eorum culpa evenit, quin etiam maxima litium, jurgiorumque scandala procul dubio insurgerent, si iterum examini ipsi subjicerentur; hinc SS. D. N. prælaudatus Archiepiscopus exoravit, quatenus beneficiales titulos revalidare dignaretur, perinde ac si ab initio legitimi existerent, prævia sanatione omnium, & quorumcumque defectuum; cum cæteroquin Pastorali muneri non defuerit, convocata ultimis hisce temporibus Diœcesana Synodo. II. Preces quoque idem ipse adjecit, ut causas, aliaque justitiæ rescripta solis Judicibus Synodalibus, & non aliis deinceps Sancta Sedes committere, pro gratia dignetur obviandi causa, ut inquit, perturbationibus, & ad justitiæ rectam administrationem. III Quamplures fraudes, falsitates, ac gravia præjudicia idem Archiepiscopus exponit, quæ committuntur in sponsalibus, mediante scriptura privata, initis, nec alio modo ejusmodi mala evitari posse dijudicat, nisi SS. D. N. constituat (si conveniens judicabitur) quod futuris temporibus sponsalia per scripturam publicam tantum probentur. IV. Frequens matrimoniorum clandestinorum celebratio magnas quoque in his regionibus perturbationes ingerit; quapropter Archiepiscopus ipse præstolatur opportunum remedium ex apostolica auctoritate proveniens. His quidem postulatis per Summarium expositis in Congregatione diei 26. Julii pridem elapsi anni, rescriptum prodiit, quod dubia in folio describerentur; Hinc modo restat, quod EE. PP., qua solent sapientia, definire non graventur.

Cap. 18. Sess. 24. cap. 10. sess. 25. de ref.

Cap. 1. Cap. 3. Sess. 24. de ref. Matr.

I. An, & quomodo sit consulendum quoad primum postulatum in casu &c.

II. An, & quomodo sit consulendum quoad secundum in casu &c.

III. An, & quomodo sit consulendum quoad tertium in casu &c.

IV. An, & quomodo sit consulendum quoad quartum in casu &c.

Sacra Congregatio die 12. Januarii 1715. distulit propositionem, die vero 26. ejusdem mensis, & anni respondit: *Ad I. pro gratia juxta modum. facto verbo cum Sanctissimo. Ad II. nihil innovandum. Ad III. lectum. Ad IV. satis provisum per Concilium.*

Sess. 24. cap. 18. sess. 24. de ref.

SANCTI SEVERI JURIS SUBROGANDI. Novæ controversiæ argumentum præbuit exposita in antecedenti causa occasio subrogandi unum ex agregatis in locum vacantem Ecclesiæ receptitiæ S. Nicolai, Edictum ab Episcopo expositum, ac examen in admissione faciendum. In dubium enim revocatur, num Episcopus per litteras edictales convocare possit omnes Presbyteros aggregatos interesse habentes in casu ejusmodi vacationis: anve ipse, vel ejus Vicarius Generalis intervenire in actu examinis possit: ac postremo numquid admittendus necessaria requisita ipsi Episcopo exhibere teneatur. Super quibus partibus utrinque eorum jura deducentibus, exquiritur EE. VV. oraculum, quod proferre dignabuntur, perspectis inter cætera Sacræ Congregationis decretis emanatis in ejusmodi controversia Sancti Severi, quæ in antecedenti causa exponuntur.

I. An juxta modum expressum in decreto Sac. Congregationis emanato sub die 30. Septembris 1713. Episcopus, sive ejus Vicarius Generalis intervenire debeat in actu examinis admittendi ad participationem in casu &c.

II. An admittendus ad participationem teneatur exhibere Episcopo requisita præscripta in Constitutionibus Synodalibus Dioecesis Sancti Severi, & a consuetudine Ecclesiarum receptitiarum in casu &c.

III. An Episcopus possit, & debeat citare per edictum omnes Presbyteros aggregatos interesse habentes, antequam deveniatur ad examen aggregati petentis admitti ad participationem in casu &c.

Sacra Congregatio die 26. Januarii 1715. distulit propositionem, die vero 9. Februarii 1715. respondit: ***Ad I. affirmative. Ad II. negative, sed esse exibenda in Cancellaria tantum Episcopali. Ad III. negative, & amplius in omnibus.***

Cap. 4. cap. 5. sess. 7. de ref.

BAMBERGEN. SEU NULLIUS FUJEN. INCOMPATIBILITATIS. Controversia vertente inter Christopharum Ernestum a Guttemb. Abbatem S. Michaelis Civitatis Bambergæ, ac possessorem præpositurae in Cella insignis Monasterii Fuldensis, & Promotorem Fiscalem Curiæ Nunciaturæ Coloniensis, in Congregatione diei 30. Septembris anni 1713. id propositum fuit dubium: ***An Christophorus Ernestus de Guttemberg Monachus Abbatiæ Fuldensis simul retinere possit præposituram in Cella, una cum Abbatia Monasterii Sancti Michaelis Bambergen.*** Cujus resolutio prodiit ***negative***, in eoque sensu EE. PP. perstiterunt sub die 28. Aprilis anni ultimo effluxi. At renovatis precibus coram Santissimo D. N. cum Sanctitas sua benigne Oratori indulserit, quod jura iterum proponerentur in Sac. Congregatione, & quatenus minus propitium integrum habeant, alterum examinaretur dubium, num ex gratia saltem sit locus dispensationi. Hinc humiliter ab Eminentiis VV. modo declarari petitur.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 30. Septembris 1713., & 28. Aprilis 1714. in casu &c. ***Et quatenus in decisis.***

II. An sit locus dispensationi in casu &c.

Sacra Congregatio die 23. Februarii 1715. respondit: ***Ad I. in decisis. Ad II. negative, & amplius.***

MELE-

MELEVITANA JURIUM PAROCHIALIUM. Recurrentibus Festivitatibus Titularibus B.M. V. Assumptæ, necnon Ecclesiæ S. Rocchi respective sub anno proxime elapso controversia invaluit inter Joannem Baptistam Sagnanum Rectorem Ecclesiæ Parochialis Casalis Cebbug ex una, & Servientes, sive Custodes jam dictarum Ecclesiarum, quibusnam eorum competeret electio, seu deputatio Diaconi, & subdiaconi, aliorumque Ministrorum in Missæ, & Vesperarum Solemnibus in eisdem Ecclesiis celebrandis assistentiam præstare tenentur. Equidem Parochus ejusmodi jus sibi vindicat, tum quia memoratæ Ecclesiæ intra fines Parochiales, ut inquit, jacent, neque Rectorem, sive Beneficiatum proprium habent, sed tantum committuntur quorumdam Ministrorum etiam Secularium custodiæ, qui ab Episcopo deputari solent, cum etiam ex asserta pacifica observantia, quæ omnino comprobari idem Rector inquit ex processiculo in Curia Episcopali compilato in Summario exhibendo. Contra vero insurgunt memorati Custodes, qui ex Episcopi electione id jus sibi asserunt, neque Rectorem extra propriam Parochialem se ingerere posse inquiunt ex latius in summario adducendis; hinc remissa hujusmodi Causæ decisione ad Sacram Congregationem ab R. P. Auditore Sanctissimi D. N. proponitur infrascriptum dubium, monitis partibus, sapienter ab EE. V.V. decernendum.

An electio, & deputatio Assistentium pro Diacono, & subdiacono in Missis, & Vesperis solemnibus, quæ celebrantur in Ecclesiis B.M.V. Assumptæ, & S. Rocchi sitis intra limites Casalis Cebbug spectet ad dictum Parochum, vel potius ad Servientes, seu Custodes dictarum Ecclesiarum in casu &c.

Sacra Congregatio die 23. Februarii 1715. respondit. *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam partem.*

NULLIUS ALTAMURÆ CONSERVATORII, ET EXEMPTIONIS. Deputatus jampridem fuit Æconomus, sive Apostolicus Syndicus Conventus Minorum Observantium Altamuræ Sacerdos Nicolaus Rugerius, qui statim litteras patentes assertæ exemptionis firmari curavit ab Episcopo Bitectensi, tamquam Privilegiorum Ordinis Minorum Judice Conservatore in Provincia Barensi, ut latius ex documento, quod in Summario dabitur. Quoniam vero ex quodam verbali excessu delatus nuper fuit prælibatus Syndicus in Curia Altamurana, acris exardescere cæpit controversia in Ordinarium mox dicti Oppidi, & Episcopum Bitectensem prætensum Conservatorem, eorum quolibet contendente privativam jurisdictionem in cognitione expositæ querelæ; Idcirco præfatus Ordinarius Altamuræ, ne similibus controversiis imposterum subjaceat, directo impetere duxit deputationem Episcopi Bitectensis in Conservatorem, tamquam factam in longinquis, ut asserit, regionibus. Deinde hac sumpta opportunitate, idem Ordinarius decerni exposcit, quod Patres Minores Observantes Conservatorem eligere teneantur in Oppido Altamurano, vel saltem in Diœcesi Gravinensi, qui Conservator nequeat cognoscere causas Civiles contentiosas dictorum Religiosorum, eorumque Syndici; quatenus vero causas hujusmodi judiciales decernere ipse possit, opera Actuarii Curiæ Altamuranæ uti teneatur, neque alibi cognitionem dd. causarum remittere possit. Postremo sæpedictus Ordinarius enixe contendit, quod Syndicus nequaquam ab ejus jurisdictione sit exemptus in concernentibus morum correctionem. Præstituto itaque termino tam Promotori Fiscali Episcopi Bitectensis, asserti Conservatoris, nec non Patribus Minoribus Observantibus, quatenus judicio

Cap. 3. sess. 6. cap. 5. sess. 14. de ref.

Sac.

Sacr. Congregationis sisterent, necnon monito Procuratore Nicolai Rugieri Syndici, quinque impraesentiarum exponuntur dubia, quorum sapiens exspectatur EE. VV. resolutio.

I. An electio Episcopi Biteden. in Conservatorem sustineatur in casu &c. *Et quatenus negative.*

II. An teneantur PP. Minores Observantes eligere Conservatorem in Civitate Altamurana, vel possint in alia Civitate viciniori alterius Dioecesis in casu &c.

III. An Conservator praedictus possit cognoscere causas civiles contentiosas dd. Religiosorum, & eorum Syndici, sive potius eorum cognitio spectet ad Ordinarium Altamuranum in casu &c. *Et quatenus affirmative quoad primam partem.*

IV. An dictus Conservator debeat uti Actuario Curiae Archipresbyteralis, & delegare cognitionem dictarum Causarum in ipsa Civitate Altamurana in casu &c.

V. An in concernentibus correctionem morum Syndicus dictorum Religiosorum sit exemptus a Jurisdictione Ordinarii in casu &c.

Sacra Congregatio die 13. Julii 1715. distulit propositionem; die vero 3. Augusti 1715. respondit: *Ad I. Negative, Ad II. affirmative, quoad primam partem, & Negative quoad secundam partem. Ad III. & IV. Dilata, & particulariter scribatur. Ad V. negative.*

Cap. 18. Sess. 23. de Ref.

OPPIDEN. CONTRIBUTIONIS. Renuentibus Abbate, & Monachis Monasterii S. Catharinae Ordinis Caelestinorum persolvere contributionem Seminario Oppidensi in summa ducat. 40. sicuti ab Episcopo Praedecessore taxati fuerunt, ejusdem Seminarii Administratores supplices praesidium implorarunt Sac. Congregationis, quo decernatur, ejusmodi onere eos esse obnoxios. Profecto Ordinarius, qui super precibus auditus fuit, jura coram ipso utrinque adducta recensendo, inquit, quod Patres Caelestini prae caeteris insistunt in Constitutione S. Pii V. qua sese exemptos asserunt ab ejusmodi contributionibus, neque obstare subnectunt, quod san. mem. Gregorius XIII. Pianam Constitutionem moderatus fuit, nam quoad Seminariorum contributionem, exemptionem intactam remansisse contendunt; praeterea memorati Abbas, & Monachi privilegium quoddam allegant Eminentissimi Card. Camerarii, quo ab hujusmodi contributione exempti dicuntur, ita ut numquam huic oneri sese submiserint. Procurator vero Seminarii, ut inquit praelaudatus Relator, insistit in Constitutione Gregoriana, qua privilegia a S. Pio concessa revocata fuerunt; eo autem facilius autumat, praeindicatum Monasterium subsidium memoratum contribuere posse, cum in ipso vix septem alantur Religiosi, & duorum millium aureorum redditus quot annis exigatur, nullumque literarum exercitium, sive schola exercetur. Postremo idem ipse Relator quoad Seminarii statum subtexit, quod revera fixum domicilium non habetur, sed in domo a Civitate commodata pueri morantur, votum vero suum in supremo EE. PP. judicio reponit; dignabuntur itaque ipsi sapienter decernere dubium concordatum ex latius utrinque adducendis.

An Monachi Caelestini teneantur solvere contributionem Seminario in casu &c.

Sacra Congregatio die 16. Novembris 1715. respondit: *Negative, & amplius.*

ME-

MEDIOLANEN. DISTRIBUTIONUM. Exhibitis Sacr. Congregationis indultis, quibus Joseph Sirtorus Canonicus S. Mariæ Scalensis absens a servitio Chori ex causa infirmitatis, tamquam præsens factus fuit perinde, ac si divinis officiis personaliter interesset, sub die 4. Februarii 1713. dubitatum fuit, *An, & a qua die debeantur distributiones in casu &c.* rescriptum prodiit: *Affirmative a die 22. Februarii 1711. per totum residuum triennii, & amplius*. Huic resolutioni Partes acquieverunt, at in ejus executione nova excitata fuit controversia; Cum Capitulares contendant Canonicum indultarium infirmitatis tempore lucrari non posse distributiones, quæ interessentibus accrescunt ex portionibus Canonicatuum vacantium, neque etiam ipsi deberi amissiones, sive, ut ajunt, fallentias Canonicorum illegitime a Choro absentium, præsertim si adversa valetudo sit continua, & habitualis juxta assertum Capitulare decretum, sive consuetudinem; Impræsentiarum igitur Canonicus Sirtorus ab hujusmodi Concanonicorum prætensione reclamat coram EE. PP. supponens, quod memoratæ fallentiæ, & portiones eadem prorsus regula metiri debeant, ac quotidianæ distributiones. Perspectis itaque Juribus, quæ latius utrinque adducuntur, EE. VV. erit sapienter decernere dubium. Cap. 12. Sess. 25. de ref.

An debeantur fallentiæ, de quibus agitur in casu &c.

Sacra Congregatio die 16. Novembris 1715. distulit propositionem; die vero 7. Decembris ejusdem anni respondit: *Affirmative, & amplius*.

NEAPOLITANA, SEU AVERSANA JURIS CONFORTANDI. Sess. 14. c. 1. de ref.

In Oppido Turris Octavæ vulgo *Torre del Greco* Diæcesis Neapolitanæ ab annis 140. viget Confraternitas Alborum, cujus institutum est confortare damnatos ad pænam ultimi supplicii, ejusdem instituti Aversæ residet altera Confraternitas S. Mariæ *succurre miseris* nuncupata; hinc ex eodem pio Instituto orta contentio est inter dictas duas Confraternitates super jure confortandi in Civitate Dioecesi Aversana: Confraternitas Sanctæ Mariæ *succurre miseris* hoc jus privative ad se spectare in Civitate, & Diæcesi, ubi erecta est prætendit ex Constit. 115 Clementis VIII. & 21. Pauli V. addita immemorabili, aut saltem quadragenaria possessione hujus privativi exercitii probata ex Testibus examinatis de mandato Eminentissimi Episcopi Aversani, ac ex partitis librorum ejusdem Confraternitatis, ex quibus ab anno 1660. usque ad hodiernam diem probantur exercitia hæc pietatis opera. E contra vero Confraternitas Alborum Turris Octavæ exponit, se fuisse institutam non uti addictam servitio alicujus Diæcesis, sed servitio Tribunalis Regii Commissarii Provinciæ Campanorum, ideoque hoc pium Institutum exercere prætendit saltem cumulative in locis omnibus, & Dioecesibus, ad quas suam extendit jurisdictionem d. Regius Commissarius; Adstipulantur ejus intentioni, & instantiæ Relatio Eminentissimi Archiepiscopi Neapolis testantis de exercitio hujusmodi operis Pii etiam in Diæcesi Aversana, necnon Epistolæ Ministrorum d. Regii Tribunalis evocantes hanc Confraternitatem, ad exercendum hoc pium opus in Diæcesi Aversana. Hisque omnibus additur resolutio hujus S. C. Congregationis, & Breve S. Mem. Innocentii XII. ex illius consilio expeditum, in quo Sacerdotibus Confratribus ad confessionem approbatis ab Archiepiscopo pro tempore Neapolis facultas conceditur audiendi Confessiones Damnatorum etiam absque licentia Ordinariorum, in quorum Diœcesi justitia expletur, sed simile Breve S. M. Innocentii XI. exhibet etiam altera Confraternitas collitigans; Hinc sapientissimum EE. VV. responsum ad infrascripta dubia præstolantur.

I. An

I. An jus assistendi, seu confortandi damnatos ad mortem, dum justitia exequitur per Regium Tribunal Commissarii Campaniæ in Civitate, vel Diœcesi, & Territorio Aversano spectet ad Confraternitatem S. Mariæ *succurre miseris* ejusdem Civitatis, vel potius ad Confraternitatem, vulgo *de Bianchi* Turris Octavæ, seu Turris de Greco in casu &c.

II. An privative, vel cumulative in casu &c.

Sacra Congregatio die 8. Februarii 1716. respondit: *Ad I. Ad utramque Confraternitatem, dummodo sit vocata. Ad II. provisum in primo.*

Cap. 5. sess. 23. de ref.

HISPALEN. NULLITATIS ORDINIS. Joseph Sacro prætendens Sacrum Subdiaconatus Ordinem per vim, & metum illatum a Sebastiano Patre nulliter suscepisse in mense Septembris anni 1709. curavit post obitum Patris sequutum die 30. Octobris sequentis ex delegatione hujus Sacræ Congregationis in Curia Archiepiscopali Hispalen. examinari formiter sex Testes, quorum tamen primus, secundus, & quintus, deponunt tantum de auditu, tertius & quartus enixam voluntatem Patris, ut filius Subdiaconatu insigniretur, testantur; sextus Testis Oratoris Confessarius deponit, se interposuisse, ne Sebastianus cogeret filium invitum ad susceptionem sacrorum Ordinum, & concludit: *non lo pote persuadere per il crudel naturale di detto Don Bestiano*; è contra vero Promotor Fiscalis in actis protestatus fuit, Oratorem quamvis laurea doctorali insignitum susceptum Ordinem nulla præmissa protestatione, & post obitum Patris non reclamasse nisi post triennium. Ulterius idem Promotor novem Testes contra Oratorem induxit; inter quos recensetur Mater, Soror, & Avunculus Oratoris, qui deponunt, Sebastianum Patrem fuisse virum optimis moribus imbutum, & negant suppositum metum, & minas, sextus Testis fiscalis deponit ab Josepho Oratore fuisse requisitum *post obitum Patris*, ut ipsi procuraret Coadiutoriam cujusdam Dignitatis; Neque videtur se retractasse in secundo examine, dum Testis confirmata prima depositione, addidit à Josepho se acribus verbis reprehensum, cum illi proposuisset permutationem Beneficii, quod est quid diversum, & ultra contenta in prima depositione; Nonus Testis, qui in primo examine deposuit habuisse a Josepho in mandatis *post obitum Patris*, ut illi procuraret aliquod Beneficium, in secundo examine confirmavit saltem *post obitum Patris* Oratorem ipsi per epistolam gratias egisse Deo adhibitis diligentiis, transmittendo etiam munera, & pecunias; Quare ex his, aliisque uberius legendis in depositionibus Testium Orator supplicat EE. VV. pro resolutione sequentis Dubii.

An constet de nullitate collationis Ordinis in casu &c.

Sacra Congregatio die 28. Martii 1716. distulit propositionem; die 28. Maii ejusdem anni respondit: *Negative, & amplius.*

Cap. 12. sess. 24. de ref.

BURGI S. DONNINI MISSÆ CONVENTUALIS. Clemens VIII. anno 1601. Oppidum S. Donnini in Civitatem, illiusque Collegiatam, & Parochialem Ecclesiam cum cura Animarum exercita per Præpositum, qui prima erat Dignitas, in Cathedralem erexit: certoque designato numero Dignitatum, & Canonicorum, qui Capitulum constituerent, Prepositura extinxit, & *unam Vicariam perpetuam pro uno perpetuo Vicario, qui curam Animarum præfatam ibidem exerceat, instituit*: Vicariæ hujusmodi ex Bonis suppressæ Prepositurae, & in mensam Episcopalem translatis, scuta centum destinavit ultra emolumenta ratione curæ animarum provenientia; Episcopus Linatus anno 1607. de-

deveniens ad assignationem dictorum scutorum centum pro executione dictæ Bullæ Clementis VIII., eam inter alias præscripsit legem, & ut *D. Vicarius obligatus sit canere, & dicere singulo die* Missam Conventualem perinteresse, & adjuvare Divinis Officiis; *cessante tamen impedimento curæ*, & successive in Statutis Ecclesiæ ab Ordinario approbatis decernitur, Missam Conventualem in Festis primæ classis celebrandam esse a Dignitatibus, in reliquis Festis, & diebus Dominicis a Canonicis, & in Feriis a Vicario perpetuo, eoque impedito, vel a Sacrista, vel a Sacerdote deputato a Chori Præfecto, prout hactenus servatum fuit, nulla tamen facta applicatione pro Benefactoribus; in hoc rerum statu modernus Episcopus occasione S. Visitationis per Dignitates, Canonicos, & Vicarium decrevit applicari pro benefactoribus Missam Conventualem, & pro illius distributione persolvi julium unum à Thesaurario Capituli ex reditibus Mensæ Capitularis, qui supersunt, ordinariis oneribus dimissis, necnon decrevit juxta Missalis Rubricam in quatuor Temporibus, & Vigiliis duas celebrari Missas Conventuales, *& augeri distributionem quotidianam pro Missa ad rationem unius solidi tam pro quolibet Canonico, quam pro quolibet residente, & pecuniam sumendam esse ex introitibus Mensæ Capitularis, qui supersunt*: Ex relatis Decretis cum plures ortæ sint controversiæ inter Episcopum, & Canonicos, qui etiam, & præcipue Canonicus de Rubeis reclamantes a mandatis, & executione consummata pro distributione Missæ Conventualis ad commodum Vicarii, hinc summæ EE. VV. sapientiæ decidenda sequentia dubia ex juribus latius hinc inde deducendis proponuntur.

I. An sit onus Capituli Ecclesiæ Cathedralis quotidiana applicatio Missæ Conventualis.

II. An Dignitates in solemnioribus Festivitatibus, Canonici in diebus festis, & Vicarius perpetuus in Feriis teneantur applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus ad formam Decreti Reverendissimi Episcopi.

III. An Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo debita sit eleemosyna unius julii pro qualibet Missa Conventuali ultra emolumenta Præbendarum, & Vicariæ respective; *Et quatenus affirmative*.

IV. An dicta eleemosina pro Missa Conventuali Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo solvenda sit ex reditibus Capituli ad formam Decreti Reverendissimi Episcopi.

V. An mandata relaxata contra Capitulum, & Canonicos pro eleemosyna Missarum Conventualium celebratarum per Vicarium perpetuum, & consumata contra Canonicum Laurentium de Rubeis sustineantur, seu potius sit reintegrandus cum refectione damnorum, & interesse.

VI. An diebus quatuor Temporum, & Vigiliarum, in quibus ex Rubrica Missalis cantari debent duæ Missæ, Canonici debeant canere aliam Missam ad formam dictæ Rubricæ ultra solitam Missam Conventualem, *Et quatenus affirmative*.

VII. An pro hujusmodi Missa celebranda ad formam dictæ Rubricæ augeri debeant distributiones tam Canonicis, quam Vicario perpetuo, & aliis Residentibus, *Et quatenus affirmative*.

VIII. An dictum augmentum sumi debeat ex reditibus Capituli ad formam Decreti Reverendissimi Episcopi, seu potius sit aliunde providendum per Episcopum, *Et quatenus affirmative quoad secundam partem*.

IX. An Capitulum, seu Canonici teneantur ad celebrationem dictæ Missæ ad formam dictæ Rubricæ, donec factum fuerit dictum augmentum in casu &c.

Sacra Congregatio die 2. Maii 1716. distulit propositionem, die vero 16. ejusdem mensis, & anni respondit: *Ad I. affirmative. Ad II. affirmative. Ad III. affirmative per modum distributionis. Ad IV. affirmative. Ad V. quoad primam partem negative, quoad secundam ad mentem. Ad VI. affirmative. Ad VII. affirmative. Ad VIII. affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem. Ad IX. satis provisum.*

Sess.25. c.6. de ref.

LUCANA JURIS DEFERENDI CRUCEM. Ab anno 1081. Episcopo Lucano Lucius III. privilegium his verbis concessit: Usum Crucis per Episcopatum tuum tibi, tuisque Successoribus de consilio fratrum nostrorum concedimus, & Apostolica auctoritate firmamus: successive confirmatum a Celestino III. & Innocentio III. in eorum respective Diplomatibus; Verum Canonici Lateranenses, quorum Monasterium S. Frigdianus Episcopus Lucæ fundavit, cum amplissimam habeant exemptionem ex Sixti IV. Constit. Dum ad Universos 10. Bullar. nov. tom. 1. itaut nec Ordinarius, nec Legatus ullam in Monasteria, Ecclesias, personas, & loca hujusmodi præeminentiam, nec superioritatem, & jurisdictionem quomodolibet exercere possit, prætendunt jus non competere Episcopo deferendi Crucem erectam in eorum Ecclesiam, nisi occasione S. Visitationis, publicarum processionum, aliorumque actuum, in quibus ex consuetudine, vel privilegio concessum est Episcopis Pontificalia exercere in Ecclesiis Regularium juxta decretum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium confirmatum a Clemente VIII., & editum a Novar. in summ. Bullar. coment. 19. part. 1. Hinc evenit, ut moderno Episcopo accedenti Cruce erecta ad Ecclesiam S. Frigdiani die 4. Novembris elapsi occasione Jubilei, & expositionis Venerabilis restiterint dicti Canonici Lateranenses juxta documenta EE VV. exhibenda observantiam, & consuetudinem utraque pars variis Testium Fidibus ad sui favorem probare conatur; Episcopus producit etiam notas ex libris Cæremoniarum Magistrorum exscriptas, ex quibus deducit, ejus Decessores Crucem erectam per Ecclesias, & Monasteria Regularium detulisse occasione S. Visitationis, celebrationis Missæ Pontificalis, & interventus ad publicas disputationes, & Accademias. Hisque omnibus, aliisque a partibus informantibus deductis operæ pretium erit addere 1. resolutionem Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quæ occasione actus voluntarii in Ragusina 26. Martii 1711. censuit *licuisse, & licere Archiepiscopo ingredi Conventum* (Ordinis Sancti Dominici) *cum Cruce erecta*; Quare sapientissimum de more ab EE. PP. responsum exoratur.

An liceat Episcopo Lucano ingredi, erecta Cruce, Ecclesiam S. Frigdiani Canonicorum Lateranensium in casu &c.

Sac. Congregatio die 4. Julii 1716. distulit propositionem, die vero 8. Augusti ejusdem anni respondit *Affirmative*.

NO-

NOVARIEN. DOCTORATUS. Joannes Antonius Pastorius anno 1710. provisus fuit a S. Sede de Canonicatu cum præbenda Theologali in Collegiata S. Juliani Oppidi Gaudiani, hac solemni in literis Apostolicis præscripta lege; ut intra annum proximum gradum Magisterii in Theologia in aliqua approbata universitate studii generalis suscipere teneatur; elapso anno a die adeptæ possessionis Capitulum d. Pastorio distributiones denegavit, eo quia gradum Magisterii non a publica aliqua universitate, sed a Collegio Doctorum Mediolani obtinuerat, & quamvis absoluto judicio possessorio favore Pastori, contentio in Petitorio delata esset ad Rotam, nihilominus partes a litibus recedentes hujus Sacræ Congregationis sententiam præstolantur, a qua auditis precibus Pastorii ex eius supplici libello, cum Capitulum a quacumque oppositione desistat, die 22. Junii anni 1715. rescriptum fuit: *Supplicet Sanctissimo*, & die 24. Augusti sequentis *ponatur in folio*. Controversiæ momentum pendet ex privilegio a Pio IV. concesso Collegio Doctorum Mediolani, ut per ipsum Laureati gaudeant omnibus privilegiis, gratiis, & indultis, *quibus in universitatibus studiorum generalium promoti de jure, vel consuetudine etiam potiuntur*; verum urget in contrarium, & S. Pii V. *Constitutio incipiens*: Quamvis a S. Sede &c. 60. Bullar. nov. tom.2. Et Decretum hujus Sacræ Congregationis editum instante universitate studii Ticinensis die 22. Junii 1623. a Summo Pontifice approbatum, in quo ultra exequutionem d. Bullæ S. Pii V. habetur, quod gradus Doctoratur debeant recipi in publica, & approbata universitate, alias dignitates, vel beneficia aliter collata vacent eo ipso, ac proinde taliter provisi non faciant fructus suos, eaque ex hoc capite impetrari possint: & tam præcedenter ad d. Decretum in Mediolanen. instante Collegio Doctorum die 12. Decembris 1654. quam ex post in Comen. die 15. Septembris 1674. Sac. hæc Congregatio: *Visis privilegiis, & aliis juribus exhibitis post maturam discussionem censuit promotos in d. Collegio non gaudere qualitatibus, & privilegiis, quibus gaudent promoti in publica universitate, de quibus loquitur Sac. Concilium ad præscriptum resolutionis Sacræ Congregationis*; Ex quibus nunc primum in præsenti causa deductis EE. PP. decernent. *Sess.24. c.12. de Ref.*

An gradus Magisterii obtentus a Collegio Mediolani suffragetur in casu &c.

Sac. Congregatio die 4. Junii 1716. distulit propositionem, die vero 8. Augusti ejusdem anni respondit: *negative & amplius*.

MONASTERIEN. SEU PADERBORNEN. LEGITIMITATIS. Bodo ab Alten. Brunsuvicensis vir nobilis, sed sectæ Luteranæ Alumnus adhuc minor, nec sui juris Matrimonium contraxit primum cum Juditha Elisabeth Cran ejusdem sectæ, alterum autem cum Sidonia de Fenessen. pariter Luterana, Tribunalia Acatholica primum Matrimonium per duas sententias nullum ex defectu consensus matris, & legitimorum Tutorum dicti Bodo, & secundum exequendum, & servandum esse pronunciarunt, ma- *Can. de Sacram. Matr. & cap.1. de ref. Matrim. sess.24.*

xime quia Juditha declamaverat, nolle amplius cum dicto Bodo cohabitare ; Ex filio hujus secundi matrimonii natus est Everardus Orator, qui primus suæ gentis post hæresim Luteri nomen dedit Catholicæ fidei, & ducta uxore Catholica Paderbornæ commoratur, & ut ipse equestri Ordini adscribi, ejusque filii, & descendentes recipi valeant in Cathedralibus Germaniæ Capitulis supplicat EE. VV. declarari filios dd. Bodo, & Sidoniæ legitimos, ea præcipue ratione, quia primum Matrimonium uti celebratum in Diœcesi Colonien., ubi publicatum fuit Decretum *de Ref. Matr. cap.* 1. *sess.* 24. non servata illius forma, sit nullum etiam inter Hæreticos, non ita sit de secundo contracto Brunsuicci, ubi nunquam d. Decretum fuit promulgatum ; Præterea urget pro legitimitate filiorum bona fides Sidoniæ ignaræ primi Matrimonii in *Terris exteris* (ut refert Episcopus) contracti ad *Text. in cap. ex tenore, qui fil. sint legitim.* Et satis etiam esse prætendit authoritas Judicis, quamvis nulliter, & injuste procedentis ad declarationem nullitatis primi matrimonii ut *ex cap. perlatum eod. tit.* Maxime quia filius, & Everardus nepos semper uti legitimi paternam, & avitam possederunt hæreditatem *Text. in cap. Pervenit, eod. tit.* Quibus omnibus accedit, ut animadvertit Episcopus Monasteriensis, *quod si pati postmodum deberent innocentes proles, plurimos a vera fide amplectenda id utique averteret, eo quod grande damnum quoad prærogativam nobilitatis paterentur apud Catholicos, quod penitus non acciperent, si Acatholici permanerent* : Quare supplex exorat ab EE. VV. declarari.

An Filii nati ex Bodone ab Aalten. & Sidonia de Fenessen. legitimi haberi debeant, ad effectum, de quo agitur in casu &c.

Sacra Congregatio die 5. Septembris 1716. rescripsit *affirmative*.

Sess. 24. *c.* 1. *de ref. Matr.*

CÆSENATEN. MATRIMONII. Nicola de Campagnolis e Civitate Æsii Cæsenam traducta mense Februarii proxime elapsi a Francisco Patruo matrimonium die 13. Maii sequentis contrahere præsumpsit cum Carolo de Receputis coram Parocho habitationis dictæ Nicolæ, exhibitis quidem necessariis Testibus, sed clandestine, nullis præviis denunciationibus, neque exhibitis Testimonialibus status liberi Ordinarii Æsini. Quinimo Parochus cum præsensisset matrimonium contrahendum, curavit se subducere, & clausa sacrari Janua cum Presbyterium percurreret, Carolum Receputum vidit manum ducentem d. Nicolam ad cancellos Presbyterii accurrere clamantem *Signor Curato, Signor Curato?* ex quibus verbis perculsus velocius, ne simili matrimonio interesset, deponit, se intra mansiones recepisse; eorum occluso ostio aliorum verborum sensum nullatenus percepisset. Testes autem duo rogati, & alii tres concorditer Testimonium perhibent de expresso consensu Receputi ad matrimonium, & tacito Nicolæ iteratis nutibus capitis inclinatione annuentis, quæ ita deposuit. „ Entrò dentro la porta della sua stanza di modo tale, che ebbi tempo „ di dire sì Signore, se non che d'inchinare due volte la testa, che „ con tal atto m'intesi di dire, che lo volevo per mio marito. Franciscus Antonius Pasquini, qui sponsalia cum eadem Nicola præcedenter iniisse prætendit, nullitatem hujusmodi matrimonii promovet, eo

quia

quia non sit contractum, neque coram proprio Parocho Receputi, neque coram Parocho Nicolæ nullum Cæsenæ habentis Domicilium, eo quia neque moralis, neque materialis Parochi præsentia perfectioni actus intervenerit. Sponsalia autem ex depositionibus plurium Testium probare contendit, & præcipue ex confessione ipsiusmet Nicolæ ingenue fatentis impedimentum Testimonialium status liberi fuisse appositum a dicto Francisco Antonio ,, Perchè pretendeva di sposarmi ,, lui per avergli io promesso in voce per due volte, & rursus ibi, è ,, vero, che quando dissi a detto Pasquini le dette parole, non si du- ,, biti, che non pigliarò altri, che lei: intesi mantenergliele; Nihilominus etiam si Matrimonium nullum esset, & valida sponsalia, ex pluribus causis, dissensus nempe Patrui, & augmenti dotis, ab eodem facti in scut.500. pro secundo sponso tantum, ac ignoratæ conditionis, & qualitatis primi sponsi Nicola de Campagnolis ab illorum exequutione jure se excusandam esse deducit, maxime quia juramento asserta sponsalia non sunt munita, & firmata, ex quibus, aliisque a partibus deducendis EE. PP. decernent.

I. An Matrimonium contractum inter Carolum de Receputis, & Nicolam de Campagnolis sit validum in casu &c. *& quatenus negative*.

II. An d. Nicola possit Matrimonium valide, & licite contrahere cum dicto de Receputis, seu potius obstent sponsalia per eam, ut prætenditur contracta cum Francisco de Pasquinis in casu &c.

Sac. Congregatio die 3. Octobris 1716. respondit. *Ad I. Affirmative. Ad II. provisum in primo.*

VENUSINA MATRIMONII. Georgius Giura, & Clara Musacchio Oppidi Maschiti cum essent in quarto consanguinitatis gradu conjuncti, ut valide Matrimonium contraherent, Dispensationem a Summo Pontifice directam Ordinario Melphien. uti viciniori, cum vacaret Sedes Venusina, impetrarunt, obtentoque Decreto pro exequutione dispensationis, Matrimonium coram Parocho, & Testibus, præviis etiam Denunciationibus a die usque 20. Augusti 1714. contraxerunt; Vicarius Capitularis Venusinus prætendens matrimonium nullum, tum quia exequutio dispensationis spectaret ad Episcopum Lavellen. viciniorem, inhibuit sponsis, ne sub pœna excommunicationis cohabitarent, atque emanato ad ejus instantiam ab hac Sacra Congregatione die 22. Septembris 1714. rescripto; *Vicarius Venusinus conficiat Processum contra contrahentes, ac Parochum, ac injungat sponsis, ne insimul conversent*; & probata per testes contraventione enunciato præcepto, d. Georgium Giura, & Claram Musacchio excommunicavit, qui prævia paritione, plures, & reiteratas obtinuerunt absolutiones cum reincidentia. In controversia vero, an Episcopus Lavellen., seu Melphien. sit vicinior, plures a Promotore Fiscali Venusino examinati fuerunt Testes deponentes viciniorem esse Lavellen. Episcopum, & producta etiam fuit alia dispensatio a Vicario Generali Lavellen. uti Viciniori exequuta die 17. Ianuarii. Episcopus autem Melphien. in sua informatione prætendit, se esse viciniorem, & uti talis die 21. Junii ejusdem anni 1714. ejus Vicarius Generalis decre-

C. 1. sess. 24. de ref. Matr.

decrevit exequutionem alterius consimilis dispensationis Matrimonialis; Hinc summæ Eminentiæ VV. sapientiæ sequentia dubia ponuntur.

I. An Matrimonium sit validum in casu &c.

II. An Oratores absolvendi sint a Censuris ih casu &c.

Sacra Congregatio die 3. Octobris 1716. respondit, *Ad I. & II. negative, & amplius.*

Cap. 11. & 13. de Baptismo Sess. 5.

MURANA IRREGULARITATIS. Sacerdos Vitus Malanca die 7. Iulii 1715. in Ecclesia Pastorali Oppidi Bellæ, absente Parocho, baptizavit puellam eadem die natam propter imminens periculum vitæ absque debitis Cæremoniis ut probatur ex schedula ab ipsomet conscripta, & Parocho consignata; successive die 21. ejusdem mensis de licentia Parochi iterum eandem puellam in ejus Parochiali Ecclesia baptizavit, ut ex altera ejus schedula resultat, & plenius ex depositione quatuor Testium a Curia Episcopali examinatorum, quorum duo deponunt de primo baptismo collato ob vitæ periculum cum monitione, ut in casu superviventiæ puellam iterum ad Ecclesiam Parochialem deducerent *per farla battezzare solennemente*. Duo autem alii ex dd. Testibus deponunt, Sacerdotem Malancam secunda vice non adhibuisse tantum cæremonias Ecclesiæ, iterum vero baptismum contulisse denuo adhibita forma, & materia Sacramenti. Hinc Episcopus ipsum declaravit irregularem. Orator autem prætendit irregularitatem *ex cap. ex literar. de Apostat., & reiteran. batism.* esse partialem, & impeditivam ascensus ad Ordines, non autem privare usu, & exercitio SS. Ordinum, juxta deducta *per del Bene de Offic. sanct. Inquis. par.* 1. *dubit.* 91. *sect.* 1. *num.* 3. sed in contrarium urget authoritas *Card. Tolet. in summ. lib.* 1. *cap.* 65. *num.* 4. ubi censet Sacerdotem rebaptizantem uti non posse Ordinibus, si crimen notorium sit ex irregularitate non speciali, sed communi omni publico delicto ad *Text. in cap. quæsitum de temper. ordin.* verum etsi æque eodemque Canone dictum de consecrat. *distinct.* 5. prohibita sit iteratio Baptismi, & confirmationis, nihilominus nulla reperitur in jure Canonico expressa, & specialis decreta irregularitas pro illis, qui etiam scienter bis confirmationis Sacramentum vel susceperint, vel contulerint, & forsan de causa, quia in iteratione Baptismi urget suspicio hæresis Donatistarum, & Anabaptistarum, ideoque si hæc longe abest ab Oratore, qui ex crassa, & mera ignorantia ad iterationem Baptismi processit, summæ erit sapientiæ EE. VV. despicere, an grave scelus commiserit, & decernere.

I. An Orator incurrerit irregularitatem ex iteratione Baptismi, *& quatenus affirmative &c.*

II. An sit locus dispensationi in casu &c.

Sacra Congregatio die 14. Novembris 1716. respondit: *Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative, peractis exercitiis Spiritualibus.*

NEA-

NEAPOLITANA INDULGENTIARUM. Confraternitas Sancti Matthaei, & Francisci de Assisio Neapoli erecta ab anno 1610. aggregari obtinuit Sacrosanctae Lateranensi Basilicae, cujus Capitulum *Ecclesiae, & Oratorio d. Confraternitatis indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, indulta, & privilegia Ecclesiae Lateranensis communicavit*, praescripta tamen lege instandi pro renovatione quolibet quinquennio, quam anno 1715. Capitulum ad alium quinquennium prorogavit; Huic concessioni, & indulgentiarum participationi Confratres inherentes curarunt anno elapso transmittere pridie diei Veneris Mensis Martii per Urbem Neapolis Mandatarium PopulumTintinabulo convocantem, & clamantem alta voce; *Chi visita la Congregatione de' S.S. Francesco, e Matteo domani Venerdì di Marzo guadagna Indulgenza plenaria, e si fa la Scala Santa*, Cives autem conflectentes, & scalam dictae Confraternitatis pie, ac devote flexis genibus ascendentes, in summitate graduum unus ex confratribus excipiens eorum nomina in Codicem referebat, & elaemosinas, ac pias oblationes colligebat; Praeterea Oratorii Januae lapidem ita scriptum infixerunt. *Visitantibus quotidie poenae indulgentur sicut in Lateranensi Ecclesia*; instantibus Parocho contiguae Ecclesiae, & consimilis Tituli SS. Matthaei, & Francisci, & Promotore Fiscali S. Visitationis curia Archiepiscopalis die 10. Martii Officialibus dictae Confraternitatis inhibuit sub poena interdicti Congregationis, ne ascensum dictae Ecclesiae Scalae Sanctae permitterent, & sub eadem poena monuit, ut in biduo praecise, & peremptorie Tribunal Visitationis de assertis indulgentiis edocerent; Confratres vero A. C. Monitorium super observantia, & executione praetensae aggregationis praesentarunt, & die 11. sequenti dicti mensis in usu Scalae Sanctae continuarunt; quare Curia Archiepiscopalis Cedulones cominatum interdictum decernentes affixit. Scalae Sanctae usum ipsummet Capitulum Lateranense per suas literas dictis Confratribus datas improbavit; aggregationem invalidam etiam instantes praetendunt, eo quia privilegium aggregandi Ecclesias jam erectas a Callisto III. concessum Basilicae Lateranensi, & aliud fundandi, & erigendi Ecclesias in solo Lateranensi a Bonifacio IV. elargitum, & Pio IV. in ejus Constitutione in ordine la 57. vocata non integre Sistus V. in sua Constitutione la 19. restituit, ut *Rota dec.228. n.5. coram Emerix* observat. Data autem valida aggregatione indulgentiae communicatae recognoscendae, & approbandae erant ab Ordinario, juxta formam Bullae Clementis VIII. la 115., cujus dispositionem servandam esse a Capitulo Lateranensi Paulus V. in ejus Constitutione la 68. declaravit; Hinc attento Decreto Auditoris Sanctissimi remittentis huic Sacrae Congregationi controversiarum decisionem, monito Procuratore Confratrum summa EE. VV. sapientia dispicet.

Cap.9. Indul. sess.21. de Ref. decret. de Indulg. sess.25.

I. An sit permittenda Scala, ut nuncupant Sancta in casu &c. *Et quatenus affirmative*.

II. An pro omnibus ascendentibus, & descendentibus adsit Indulgentia in casu &c.

III. An Lapis cum inscriptione: *Visitantibus quotidie poenae indulgen-*

gentur, ut in Lateranensi Ecclesia sit amovendus in casu &c.
IV. An interdictum sustineatur in casu &c.
Sacra Congregatio die 19. Junii 1717. respondit: *Ad primum negative, & amplius. Ad secundum provisum in primo. Ad tertium affirmative, & amplius. Ad quartum audiantur.*

C. 7. Sess. 25. de ref.

THELESINA ARCHIPRESBYTERATUS. Ad instantiam Parochi, & Cleri Ecclesiæ Parochialis SS. Apostolorum Petri, & Pauli Oppidi Osani Episcopus Thelesinus dictam Parochialem Ecclesiam titulo Archipresbyteratus, & modernum Parochum, ejusque, in officio successores Archipresbyteri titulo condecoravit, *absque tamen ulla dignitatis, & jurisdictionis collatione, & citra præjudicium omnium, & quorumcumque jurium. & prærogativarum quomodocumque spectantium, & competentium Matrici, & Archipresbyterali Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, ejusque moderno Archipresbytero, & Successoribus in perpetuum.* His tamen præservativis clausulis non obstantibus, Archipresbyter dictæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ prætendit concessionem factam ab Episcopo non subsistere præcipue in præjudicium suæ Matricis, & Archipresbyteralis Ecclesiæ, ideoque non attenta renunciatione Parochi Ecclesiæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli honorifico titulo Archipresbyteri, cum concessio emanaverit etiam ad instantiam Cleri, & facta sit non personæ moderni Parochi tantum, sed Ecclesiæ, & omnibus in munere Parochi, supplicat EE. VV., ut jura sua Ecclesiæ sarta tecta conservet, decernere.
An concessio tituli Archipresbyteralis, & Archipresbyteri respective facta per Ordinarium Ecclesiæ Parochiali Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & ejus pro tempore Parocho sustineatur in casu &c.
Sacra Congregatio die 10. Julii 1717. distulit propositionem; die vero 31. ejusdem Mensis, & anni rescripsit: *Negative, & amplius.*

Cap. 2. sess. 21. de ref. & cap. Sess. 25. de Ref.

FANEN. PATRIMONII SACRI, ET MISSARUM. Ludovicus Romazzottus ad ordines Sacros promotus fuit ad titulum Cappellaniæ de Jurepatronatus Laicorum onus habentis Missæ quotidianæ, & cum supplemento Patrimonii Sacri a Joanne Baptista Patre constituto super quadam ejus domo valoris scutorum 300. monetæ Urbini, & annui redditus scutorum duodecim: successive dictus Sacerdos reportata die 12. Decembris 1707. a Ludovico Marufcellio Romano cessione cujusdam asserti crediti fructiferi scutorum in sorte 409. & provenientis ab instrumento stipulato anno 1645. in subrogatione sui Patrimonii sine licentia Ordinarii consensum præstitit, ut ejus pater domum, ut supra, assignatam distraheret, prout de facto die 3. Jan. 1718. vendidit. Hinc instante Promotore Fiscali pro nullitate venditionis dictæ domus, & pro celebratione Missarum ab anno 1705. usque in præsens fere penitus a dicto Sacerdote omissa, ut ex calculo EE. VV. in Summar. exhibendo Auditor Sanctissimi utramque controversiam EE. VV. delegavit; ideoque monito d. Sacerdote Ramazzotto, & domus possessore, humillime Promotor Fiscalis instat declarari.

I. An

I. An alienatio Domus in supplemento Patrimonii Sacri assignatæ sustineatur in casu &c.

II. An Sacerdos Ludovicus Ramazzottus teneatur celebrare Missam quotidianam, & an tam pro præterito, quam in futurum in casu &c.

Sacra Congregatio die 21. Augusti 1717. respondit: *Ad I. negative, & amplius. Ad II. affirmative ad manualem a die compositionis, & Episcopus procedat prout de jure contra Ramazzottum, & amplius.*

MEDIOLANEN. UNIONIS. Clerici Regulares Congregationis Matris Dei attenta congrua, & competenti Dote annui redditus scutorum 650. circiter facultatem instituendi unum eorum Collegium in Urbe Mediolani a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium obtinuerunt, cumque in præsens in Hospitio Apostolica auctoritate concesso degant, Sanctissimo supplicarunt pro unione eorum Collegio erigendo Parochialis Ecclesiæ S. Petris, suppresso ejus titulo; collativo Rector d. Parochialis Ecclesiæ unioni consentit, eamque sub diversis conditionibus laudat, & proficuam etiam ex consilio graviorum Ecclesiastici Ordinis Virorum Eminentissimus Archiepiscopus censet; conditiones sunt, ut moderno Rectori, vita ejus durante fructus certi Parochiæ ascendentes ad ducati auri 16. reserventur, & Oratorum Collegium residuum (ultra eleemosynam Missarum bis centum) usque ad congrua alimenta arbitrio Eminentissimi Archiepiscopi eidem quotannis persolvere debeat. Defuncto autem Resignante præfati fructus certi abdicati a Parochia uniendi, & incorporandi erunt Massæ Capitulari Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentii Majoris in augmento distributionum, cui etiam in eamdem causam, & sub hypotheca ædium Parochialium novum Collegium singulis anni lib. 190. competentes ducata auri quatuordecim, & ob 83. persolvet; Parochialis autem Ecclesia cum suis Ædibus, Viridario, fructibusque incertis ad auri ducata sexaginta circiter ascendentibus cedet comodo novi Collegii, cum onere tamen, & lege, quod quatuor ex dictis Regularibus Confessionibus audiendis incumbant, cæteri propriis eorum instituti exercitiis vacent, ita tamen ut disposita per Sacros Canones, & Synodales Constitutiones religiose servent, quodque præpositi pro tempore curæ Animarum juxta Concilii Tridentini decreta, & Apostolicas Sanctiones Ordinarii jurisdictioni in negotiis curam Animarum concernentibus subjiciantur; Hinc cum preces remissæ fuerint Eminentiis VV. pro voto, exhibent Oratores exemplum similis gratiæ unionis alterius Parochiæ jam a Sanctissimo signatæ, quæ tamen ex supervento impedimento suum effectum sortita non fuit, & enixe affirmativum sequenti dubio responsum exorant.

Cap. 13. §. In unionibus & ca. 15. sess. 24. de Ref.

An sit signanda supplicatio in casu &c.

Sac. Congregatio die 21. Augusti 1717. rescripsit *affirmative in casu regressus in casu dissolutionis.*

Sess.24. c.16. de ref.

NAZARENA ELECTIONIS VICARII CAPITULARIS. Turcarum armis Urbe Nazaret, totaque Palæstina occupata, profugo Archiepiscopo in Oppido Baruli Archiepiscopalis Sedes Nazarena nuncupata erecta, & assignata fuit, cumque illa pluribus annis Pastore viduata sit, & die 2. Februarii novissimi Vicarius Capitularis decesserit, convocato die 7. sequenti Capitulo pro electione Successoris, in quo viginti sex Capitulares interfuerunt, suffragia quindecim Primicerius Joseph Quarti in jure Canonico, nec Doctor, nec Licentiatus, quamvis in actu Capitulari electionis suppositum fuerit esse ,, Licentiato nell'una, e l'altra legge, come da amplo attestato di lettere di publica università a noi pieno Capitolo presentato ,, assequutus fuit; Alia vero undecim suffragia Archidiaconus Dominicus Abbate I. V. Doctor reportavit; Contestata statim lite super validitate, vel nullitate dictarum Electionum coram Episcopo Vigilien. uti viciniori, cum Sedes Episcopalis Andriæ, quæ vicinior est, in præsens vacet, eaque postmodum ad hanc Sacram Congregationem delata etiam ex decreto Auditoris Sanctissimi sequens dubium disputari contigit: Cum autem alias Sac. Congregatio in Tarraconen. mense Februarii anni 1590. in responsione ad sextum dubium decreverit: *Electionem esse nullam si ex gremio Capituli prætermisso Doctore alius quantumvis antiquior eligatur, facultatemque eligendi devolvi ad Metropolitanum, vel viciniorem*, & recentioribus temporibus in Lancianen. 18. Augusti 1668. censuit, *Deveniendum esse ad novam electionem Vicarii Capitularis, eo quod jam electus non est doctor, qualis in Capitulo adest juxta præscriptum Concilii*, ideo Primicerius hujusmodi declarationes, & decreta recipienda esse contendit, si plures adsint in Capitulo qualificati, non autem si unus tantum, eo quia nulla adesset Electorum libertas; Archidiaconus e contra adesse etiam Canonicum Saraceni Doctorem adducit, & alias in Majoricen. 13. Februarii 1672. proposito dubio *An pluribus electis in discordia sit assumendus in Vicarium, seu Officialem Doctor, aut licentiatus in jure Canonico, cæteris remotis*, responsum fuit *Affirmative*. Documenta autem, quibus Primicerius suam idoneitatem, & Lauream Doctoralem assequutam die 21. Maii post electionem probare contendit, responsionesque, & objecta Archidiaconi ex partium informationibus, & summariis EE. PP. dignoscent, satisque erit unum superaddere, hanc Sac. Congregationem in Melphien. 9. Septembris 1594. censuisse *Non esse de necessitate, ut Vicarius eligatur de gremio Capituli, cæteris tamen paribus præferendum esse Capitularem, & existentibus Doctoribus, vel licentiatis in jure Canonico, alias sufficere, ut eligatur, qui quantum fieri possit, idoneus sit*; Et in alia Tricaricen. anni 1592. censuit, *Electionem Vicarii non Doctoris a Capitulo Sede Vacante factam esse nullam, si extra Capitulum Doctores idonei, ut proponitur, existebant*. Quare EE.PP. dispicient.

An, & quæ electio sustineatur in casu &c.

Sacra Congregatione die 11. Septembris 1717. respondit, *Neutram sustineri, & facultatem eligendi devolutam esse ad viciniorem*.

DE-

DECRETUM

Jussu Sanctissimi Domini Nostri

BENEDICTI XIV.

Editum circa Celebrationem Missæ in Oratoriis privatis.

Die septima Januarii MDCCXLI.



UM duo Nobiles conjuges Diœcesis Marsicen. obtinuissent a Sede Apostolica Indultum pro celebratione Missæ in privato suæ Domus Oratorio sic conceptum: *Dilecte Fili, & dilecta in Christo Filia Salutem, & Apostolicam benedictionem, Spirituali consolationi vestræ, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, vosque spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & Vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Vobis, qui (ut asseritis) locorum Gallichii, & Messanelli Marsicen., seu alterius Diœcesis Jurisdictionem temporalem in illis, seu eorum altero exercen. Baro, & Baronissa respective existitis, ut in privatis Domorum vestræ habitationis in Civitate, & Diœcesi Marsicen. existen. Oratoriis ad hoc decenter muro extructis, & ornatis, seu extruendis, & ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis per Ordinarium loci prius visitandis, & approbandis, ac de ipsius Ordinarii licentia ejus arbitrio duratura, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem Domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum Sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque Jurium Parochialium præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in Vestra, & Natorum, Consanguineorum, & affinium in eadem Domo vobiscum insimul habitan., Familiaque, & quoad Oratoria Ruri existentia, etiam in Hospitum Nobilium, Vestrorumque præsentia celebrari facere libere, & li-*

& licite possitis, & valeatis, ac Vestrum quilibet possit, & valeat, Auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus; Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod Familiares servitiis vestris tempore dictæ Missæ actu non necessarii ibidem Missæ hujusmodi interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minime liberi censeantur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Februarii 1739. Cumque exorta esset dubitatio, an ex vi hujusmodi Indulti liceret Missam celebrari in privato Oratorio, etiam sine præsentia alterutrius ex dictis Conjugibus, in quos indulti concessio directa erat, cui quidem dubitationi locum dedit opinio nonnullorum Doctorum pro affirmativa, & negativa respective sententia inter se certantium, Sacra Congregatio Concilii, ad quam hujus quæstionis resolutio delata fuit, die tertia Decembris 1740. censuit: NON LICERE: Deinde vero Sanctissimus Dominus Noster, reprobata contraria Doctorum sententia prædictam Sacræ Congregationis resolutionem nedum approbavit, verum etiam præsenti Decreto publice evulgando voluit omnibus notum fieri, non posse vigore similis indulti celebrari Missam in privatis Oratoriis, quando eidem Missæ actu non intersit aliquis ex iis, quibus principaliter indultum concessum est, indultum vero principaliter concessum intelligi iis tantum, quibus Breve dirigitur, nimirum Personis illis, quæ a tergo ejusdem Brevis proprio nomine nuncupantur, adeout sine præsentia alicujus ex dictis personis minime liceat Missæ Sacrificium peragi; etiamsi præsens sit aliquis sive ex filii, sive exConsanguineis,sive ex affinibus,sive ex familiaribus,sive demum ex Hospitibus Nobilibus in eodem Brevi memoratis, quippe quibus nil aliud per ejusmodi Brevia conceditur, quam quod unusquisque eorum (dummodo, quod attinet ad familiares, juxta clausulam in iisdem Brevibus insertam, non sit ex illis actu non necessariis) assistens Missæ, quæ celebratur in Oratorio privato in præsentia alicujus ex personis a tergo Brevis proprio nomine nuncupatis, satisfaciat obligationi audiendi Missam diebus festis de præcepto. Sublata igitur, & proscripta quacumque minus germana interpretatione ejusmodi Brevium, & Indultorum in contrarium hactenus facta SANCTITAS SUA ita declaravit, & servari omnino mandavit, districte præcipiens, ut omnes Episcopi, aliique locorum Ordinarii, etiam tamquam a Sede Apostolica delegati executioni, & observantiæ hujus Decreti diligenter incumbant per Canonicas pœnas contra inobedientes eorum arbitrio constituendas.

A. Card. Gentili Præfectus.

C. A. Archiepiscopus Philippen. Secretarius.

DE-

DECRETUM
EDITUM

In Sicula Restitutionis in integrum, & Nullitatis Professionum.

CUM plures Religiosi Regularium Ordinum Regni, & Provinciæ Siciliæ a Religione egressi vigore sententiarum super nullitate eorum professionis minus legitime obtentarum Sacræ huic Congregationi Concilii preces direxerint pro facultate Missam celebrandi, quippe qui suspensionis pœna obstricti remanserunt ex defectu congrui Patrimonii, tria hac occasione in quibusdam Siciliæ Diœcesibus ex ipsis etiam ejusdem Regni Ordinariorum relationibus contra Sacri Concilii Tridentini præscriptum nulliter, & vitiose peragi detectum fuit. Primum est, quod Ordinarii locorum de asserta Professionis nullitate post elapsum Quinquennium, præcipue si recurrentes ad reclamandum intra idem quinquennium legitimo impedimento detenti fuerint, non indulta ab Apostolica Sede restitutione in integrum, quorumdam Doctorum opinionibus alioquin reprobatis innixi, præsumunt agnoscere, sententiam de illa ferentes, & inter eos præsertim Episcopus Catanensis, asserto quodam privilegio, sive immemorabili illius Curiæ consuetudine suffultus prætendit sententiam Nullitatis Professionis dicere posse tum intra, tum post elapsum quinquennium ab ejus emissione, & sive regulares ab illa reclamantes vota emiserint in ejus Diœcesi, sive in aliena, dummodo in aliquo ejusdem Diœcesis loco, & Conventu dum reclamant, ex obedientia fuerint constituti. Secundum, quod ab iisdem Ordinariis tam exacto jam quinquennio, quam illo adhuc decurrente educuntur sententiæ invalidam declarantes Professionem, Superioribus Conventuum, in quibus professio emissa fuit, non auditis. Et tertium denique, quod ipsi etiam Superiores Regulares super asserta nullitate professionis, nec habito, nec requisito Ordinarii loci Iudicio, aliquando sententiam pronunciant. Quæ quidem omnia cum aperte repugnent non solum notissimæ Tridentinorum Patrum dispositioni sub *cap.* 19. *Sess.* 25. *de Reg.* verum etiam iteratis Sacræ hujus Congregationis resolutionibus, idcirco ne deinceps tot consultissima Decreta amplius violentur, EE. VV. deliberandum proponitur.

An, & quomodo sit providendum in casu &c.

Die 24. Septembris 1740. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit; *Providendum juxta modum a Domino Secretario explicandum, facto verbo cum Sanctissimo.*

Modus autem est, quod scribatur Episcopo Cataniensi, aliisque præsulibus Provinciæ Siculæ, nullum Episcopum, sive Ordinarium, inaudito Superiore Regulari Conventus, in quo fuit emissa professio, ne-

que ullum Superiorem Regularem independenter ab Episcopo, vel Ordinario posse sub pœna privationis Officii, & vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, Causas Nullitatis Professionis cognoscere, sed eas conjunctim ab iisdem Episcopo, vel Ordinario loci, ac Superiore Rugulari esse decidendas, sive Professionis invaliditas a Religiosis, sive ab ipsa Religione ex quocumque capite proponatur: Restitutionem vero in integrum adversus lapsum quinquennii, quod a die professionis decurrit, etiamsi perduraverit causa metus, aut aliquod aliud impedimentum fuerit ad reclamandum interjectum, a S. Sede omnino esse impetrandam, juxta decreta alias edita, non obstante quacumque contraria consuetudine etiam immemorabili, & quolibet asserto Privilegio: Religiosos autem, de quibus agitur, & quorum professio contra formam Sacri Concilii declarata fuit invalida, teneri intra terminum unius anni resumere habitum, & ad claustra redire, tam pro obtinenda a S. Sede restitutione in integrum, quatenus illa indigeant, quam pro instituendo judicio servaris servandis super nullitate suæ Professionis, quatenus hanc velint deducere, eoque termino elapso, si non paruerint, habendos esse tanquam Apostatas; & tandem quoad licentiam ab ipsis petitam celebrandi, firma pro nunc manente eorum suspensione, seorsim deinceps providebitur, juxta singulorum preces, & circumstantias. Hanc vero resolutionem significandam esse Procuratoribus Generalibus Ordinum, qui Supereriores locales de illa moneant, & Sacram Congregationem de executione certiorem reddant: Factaque de præmissis per infrascriptum Secretarium relatione Sanctissimo, Sanctitas Sua prædictam Sacræ Congregationis sententiam in omnibus approbavit. Die 28. Septembris 1740.

C. A. Archiepiscopus Philippen. Secretarius.

IN-

INDEX
RESOLUTIONUM,
Quæ a Sacra Congregatione Concilii in Caufis fub annum 1740., & aliis nonnullis ab anno 1700. ad 1718. propofitis editæ fuerunt.

A

sum sit Indultum vacandi a choro, idem Indultum ei suffragatur pro laudemiis, quindenniis, Capitulis, actibusque capitularibus, Anniversariis, exceptis iis, quæ fixa non sunt, & in quibus diversimode fuerit à Testatoribus dispositum, in *Romana* 5. *Maii* 1703. *&* 27. *Junii* 1705. *pag.* 145.

Canonico habenti Indultum ex causa infirmitatis non deberi Anniversaria, a quibus ex Testatorum præscripto excluduntur infirmi absentes, respondit Sacra Congregatio in *Romana Jurium Canonicalium* 17. *Martii* 1703. *pag.* 145.

Canonicum infirmitatis tempore lucrari nedum distributiones, sed etiam fallentias, respondit Sacra Congregatio in *Mediolanen. Distributionum* 16. *Novembris*, *&* 7. *Decembris* 1715. *pag.* 191.

Canonico jubilato deberi emolumenta Processionum, etiamsi illis non interfuerit, respondit Sacra Congregatio in *Romana Jubilationis* 3. *&* 24. *Martii* 1703. *pag.* 113.

Canonicum Theologum non defecisse in legendo Sacram Scripturam, & de deficientia non constitisse, respondit Sacra Congregatio in *Amerina Præbenda Theologalis* 11. *Jan.* 1710. *ad I. Dub. pag.* 159.

Canonicus Theologus tenetur facere lectionem Sacræ Scripturæ in Ecclesia, & non potest eam facere in Sacristia, in *Amerina Præbendæ Theologalis* 11. *Ian.* 1710. *ad III. Dub. pag.* 159.

Canonicus Theologus debet circa tempus, horam, & materiam, & quantitatem lectionum Sacræ Scripturæ stare arbitrio Episcopi, in *Amerina Præbendæ Theologalis* 11. *Ian.* 1710. *ad IV. Dub. pag.* 159.

Canonicus Theologus Vid. verb. *Decretum*.

Canonici volentes tempore Divinorum Officiorum assistentiam Episcopo in Cathedrali Ecclesia Missam privatam celebranti præstare, sunt punctandi, in *Arianen. Assistentiæ* 19. *Aprilis* *&* 17. *Maii* 1704. *ad II. Dub. pag.* 117.

Canonici tempore Divinorum Officiorum non tenentur assistentiam præstare Episcopo Missam privatam celebranti in Ecclesia Cathedrali, in *Arianen. Assistentiæ* 19. *Aprilis*, *&* 17. *Maii* 1704. *ad I. Dub. pag.* 117.

Canonici singuli tenentur a die adepti Canonicatus satisfacere Missas Conventuales non applicatas, in *Balneoregen. Missæ Conventualis*, *&* *Parochialis* 8. *Julii*. *&* 19. *Augusti* 1713. *ad II. Dub. pag.* 181.

Canonici familiares Episcopi, eique inservientes lucrantur omnes fructus, quando consistunt omnes in distributionibus quotidianis, amissa tertia earum parte, in *Sypontina Distributionum* 29. *Aprilis* 1702. *pag.* 105.

Canonici, & Beneficiati Cathedralis tenentur pro Diacono, & Subdiacono assistere Archipresbytero Missam celebranti, in *Tusculan. Missæ Conventualis* 31. *Martii*, *&* 21. *Apr.* 1708. *ad V. Dub. pag.* 145.

Canonici an possint cogere reliquos Canonicos, & Beneficiatos ad sibi assistendum in munere Diaconi, & Subdiaconi in *Tusculana Missæ Conventualis* 31. *Martii*, *&* 21. *Aprilis* 1708 *ad VI. Dub. pag.* 145.

Canonicos Beneficiatos, & Clericos Cathedralis à die intermissi servicii in Ecclesia ex causa terræmotus esse admittendos ad quotidianas distributiones accrevisse aliis, qui in Ecclesia Divina Officia persolverunt, respondit Sacra Congregatio in *Reatina Distribution.* 19. *Aprilis* 1704. *ad I. Dub. pag.* 116.

Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ejusdem Cathedralis, qui completo Tentorio, sub eadem Ecclesia Divina Officia continuarunt, esse ex gratia admittendos ad distributiones quotidianas, nocturna, & Anniversalia, & ea non accrevisse aliis, qui sub Tentorio Divina Officia persolverunt, rescripsit Sacra Congregatio in *Reatina Distributionum* 19. *Apr.* 1704. *ad II. Dub. pag.* 116.

Canonicos Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciatæ Vallatæ non teneri, attenta contraria consuetudine immemorabili, & tenuitate redituum ad quotidianam officiaturam in Choro, respondit Sac. Congregatio in *Aliphana Servitii Chori* 29. *Jan.* *&* 12. *Febr.* 1707. *pag.* 133.

Canonicos teneri celebrare, & applicare tam Missas de Anniversario, quam Conventuales, respondit Sacra Congregatio in *Balneoregien. Missæ Conventualis*, *&* *Parochialis* 18. *Jul.* *&* 19. *Augusti* 1713. *ad IV. Dub. pag.* 181.

Canonicis funus associantibus non deberi, ultra candelam, ducatum unum pro quolibet, respondit Sacra Congregatio in *Trojana Funerum* 7., *&* 21. *Maii* 1710 *ad V. Dub. pag.* 103.

Candelam gestandam per Canonicos in associatione funeris non debere esse, ut ipsi prætendebant, ponderis ad minus quatuor librarum, sed id arbitrio hæredum esse remittendum, respondit Sacra Congregatio in *Trojana Funerum* 7. *&* 21. *Maii* 1701. *ad V. Dub. pag.* 103.

Cappellaniam in Statu conjugali non posse retineri, respondit S. Cong. in *Firmana Cappellaniæ* 18. *Apr.* 1711. *pag.* 168.

Cappellaniam Ecclesiasticam, & in titulum collativam non esse erigendam ex legato, respondit Sacra Congregatio in *Romana Cappellaniæ* 5. *Maii* 1707. *&* 23. *Junii* 1708. *pag.* 152.

Cappellaniæ si sint laicales, ii, qui possunt alios, possunt etiam se ipsos nominare, in *Auximana Cappellaniarum* 2. *&* 16. *Decembris* 1702. *ad II. Dub. pag.* 101.

Cappellanias reputari debere instar hæreditatis mere profanæ, sed non esse ita laicales, ut ad illas nominari possint etiam laici, mulieres, & Pueri, in *Auximana Cappellaniarum* 2. *&* 16. *Decembris* 1702. *ad I. Dub. pag.* 111.

Cappellanum eligendum esse amovibilem ad nutum Confraternitatis, non autem

beant eos libros, quos tenentur exhiberetur in actu visitationis, in *Calaguritana Visitationis* 1. & 18. *Iunii* 1701. *ad III. Dub. pag.* 104.

Censuras ab Episcopo fulminatas contra Canonicos non sustineri, respondit S. Congregatio in *Geruntinen.* & *Cariaten. Synodi, Gravaminum* 2. *Octobris* 1706. & 11. *Februarii* 1708. *ad III. Dub. pag.* 143.

Censuras latas per Vicarium Capitularem sustineri, & Canonicos ob earum spretum in irregularitatem incidisse, respondit S. Congregatio in *Amalphitana Jurisdictionis* 30. *Septembris* 1702. *ad III. Dub. pag.* 204.

Cleri coadunatio fieri debet in loco beneviso Episcopo, in *Burgi S. Donnini Convocationis Capituli* 18. *Aprilis* 1711. *ad II. Dub. pag.* 167.

Cleri convocatio fieri debet ab Episcopo, & non à Capitulo, in *Burgi S. Donnini Convocationis Capituli* 18. *Aprilis* 1711. *ad I. Dub. pag.* 167.

Clerici simplices nullum habentes Beneficium in Cathedrali Ecclesia, nullumque ex ipsa retrahentes emolumentum non tenentur assistere servitio ejusdem Ecclesiæ singulis diebus festis de præcepto, & intervenire Processionibus, & Concionibus cum superpelliceo, nisi concludenter probetur consuetudo, in *Trojana Servitii* 14. *Jan.* 1702. & 18. *Februarii dicti anni ad I. Dub. pag.* 105.

Coadjutor non potest uti privilegio substituendi in servitio Chori alium Canonicum, qui eo die non tenetur Choro interesse licet hoc privilegio fruantur ex consuetudine Canonici, in *Casertana Servitii Chori* 27. *Iunii* 1704. *pag.* 118.

Coadjutorem Archidiaconi uti non posse privilegio alium substituendi pro servitio Chori, & Ecclesiæ, respondit S. Congregatio in *Casertana* 26. *Februar.* 1650. *relata pag.* 118.

Coadjutorem, attento Populi numero, ab Episcopo esse Parocho deputandum alterum ex Presbyteris participantibus, qui resideat penes Ecclesiam sitam in confinio Parochialis, ibique cura animarum exerceat, resolutum fuit in *Cassanen. Dismembrationis* 17. *Decemb.* 1740. *ad II. Dub. pag.* 83.

Concionatoris electionem spectare ad Episcopum, soluta tamen per eum eleemosyna, licet Communitas reperiatur in antiquissima possessione eum nominandi, respondit S. Congregatio in *Æsina Iuris nominandi Concionatorem* 30. *Septembris* 1702. *pag.* 109.

Concionatori a Communitate nominando, & respective per Episcopum eligendo, & deputando tenetur eadem Communitas consuetam eleemosynam tradere, in *Ripana Deputationis Concionatoris* 21. *Maii* 1707. *ad II. Dub. pag.* 130.

Confessiones non subditorum nequeunt absque approbatione Episcopi loci excipere Sacerdotes approbati in una Diœcesi, & a Parochis alterius Diœcesis vocati ad Confessiones excipiendas, in *Posnanien. Dubium Auditionis Confessionum* 19. *Novembris*, & 3. *Decembris* 1707. *ad II. Dub. pag.* 141.

Confraternitatis aggregationem non fuisse legitime peractam, ac proinde Confraternitatem non frui privilegiis Archiconfraternitatis, cui fuit aggregata, neque uti illius Statutis, respondit Sacra Congregatio in *Lancianen. Confraternitatis* 20. *Septembris* 1710. *ad I. Dub. pag.* 163.

Confraternitati utrique, si vocata fuerit, competere jus confortandi, respondit S. Congregatio in *Neapolitana, seu Aversana Iuris confortandi die* 8. *Februarii* 1716. *pag.* 191.

Confraternitati non esse permittendam Scalam Sanctam cum Indulgentia pro ascendentibus, & descendentibus, respondit Sacra Congregatio in *Neapolitana Indulgentiarum* 19. *Iunii* 1717. *ad I.* & *II. Dub. pag.* 109.

Confraternitatis Officiales tenentur Episcopo reddere rationem eorum administrationis introitum, effectum, & eleemosynarum ejusdem Confraternitatis, in *Lancianen. Confraternitatis* 20. *Septembris* 1710. *ad IX. dub. pag.* 163.

Confratres Mortis non posse libere quæstuare tam intra Ecclesiam, quam extra per Civitatem, & districtum absque licentia Ordinarii, respondit Sacra Congregatio in *Lancianen. Confraternitatis* 20. *Septembris* 1710. *ad II. dub. pag.* 163.

Confratres possunt disponere de Bonis, reditibus, & eleemosynis, exceptis tamen eleemosynis, in quibus servari debet Bulla San. Mem. Clementis VIII. in *Lancianen. Confraternitatis* 20. *Septemb.* 1710. *ad III. dub. pag.* 163.

Confratres nequeunt delere ex tabula Confratrum aliquos ex eisdem Confratribus, non servata forma Statutorum Confraternitatis, in *Lancianen. Confraternitatis* 20. *Septembris* 1710. *ad VII. dub. pag.* 163.

Confratres occasione electionis novorum Officialium non valent se congregare absque interventu, & assistentia Vicarii Generalis contra formam Decreti Episcopi, aliàs electio aliter facta est nulla, in *Lancianen. Confraternitatis* 20. *Septemb.* 1710. *ad IV.* & *V. dub. p.* 163.

Confratribus non licet absque Ordinarii licentia erigere Montem frumentarium, & de illo ad libitum disponere, in *Lancianen. Confraternitatis* 20. *Septembris* 1710. *ad VIII. dub. pag.* 163.

Cognationem spiritualem non contraxisse eos, qui infantem jam in Puerperio baptizatum e Sacro fonte susceperunt, respondit Sacra Congregatio in *Tolentinaten. Cognationis Spiritualis* 16. *Maii* 1711. *pag.* 169.

Conservatorem eligere debere PP. Minores Obser-

D

E

Epi-

Fidei

F

FIdei professionem emittere debent Presbyteri nominati, seu deputati ad Beneficia Curata Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, in *Pragien. Iurisdictionis* 3. *&* 17. *Dec.* 1707. *&* 14. *Ian.* 1708. *ad II. dub. pag.* 141.

I

IMpedimentum primi gradus affinitatis, quod prætendebatur ex copula illicita, contractum non satis fuisse probatum, & de eo non constare, respondit S. Congr. in *Surrentina Matrimonii* 23. *Iulii* 1707. *pag.* 128.

Impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus contractum non dicitur sublatum, etiamsi alteri ex sponsis ob justam causam permittatur a sponsalibus recedere, in *Ripana sponsalium* 23. *&* 7. *Maii* 1701. *pag.* 102.

Indulgentiarum breve concessum sub conditione, quod in Ecclesia quinque Missæ quotidie celebrentur non esse executioni demandandum, si qualibet die dictæ quinque Missæ non celebrantur, licet, ducto calculo Missarum, quæ in ea Ecclesia annuatim celebrantur, earum numerus in singulos dies distributum quinquenarium numerum in dicto Brevi præfinitum dietim excedat, rescripsit Sacra Congregatio in *Placentina Dubium Indulgentiarum* 23. *Januar.*, *&* 6. *Febr.* 1706. *pag.* 123.

Indultum abessendi a Parochialibus per sex menses quolibet anno concessum fuit Canonico ultra Parochialem obtinenti Canonicatum, dummodo in Canonicatu resideat *in Tridentina Dispensationis* 11. *Martii* 1713. *pag.* 178.

Indultum non residendi causa studiorum, & fructus percipiendi debere executioni demandari, non obstante Episcopi decreto, quod fructus absentibus minime acquirantur, sed iis assistentibus accrescant, in *Aquinat. Participationis* 14. *Junii* 174. *pag.* 118.

Indultum inserviendi alternatim, & per hebdomada concessum fuit dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ S. Michaelis Arc. Terræ Marchianisii assiduo, & quotidiano anni servitio oneratis, in *Capuana Indulti* 3. *Septembris* 1740. *pag.* 26.

Indultum non residendi in alterutra ex Cathedralibus unitis diebus a Tridentino *Sess.* 23. *cap.* 1. *de Ref.* præscriptis fuit ex causa insalubritatis aeris concessum Episcopo, in *Calaguritana*, *& Calceaten.* 3. *Sept.* 1740 *pag.* 16.

Indultum ab Universitate Beacen. petitum, ut illius Rector, Lectores omnes, Magistri, Licentiati, Bacchalaurei, & Studentes possent, omnes fructus, ac si Choro interessent, lucrari, fuit denegatum, in *Giennen., seu Beacen. Indulti* 17. *Nov.* *&* 1. *Dec.* 1714. *pag.* 186.

Indultum, quo plures Missas celebrare posset quilibet Sacerdos die commemorationis omnium Fidelium, fuit denegatum in *Bracharen. Indulti* 14 *Martii* 1711. *pag.* 166.

Indultum continuo asservandi in Ecclesia cujusdam Conservatorii SS. Eucharistiæ Sacramentum, concessum fuit in *Neapolitana Conservatorii* 17. *Apr.* 1709.

Irregularitatem contraxisse Sacerdotem, qui puellam bis baptizavit, sed ab ea esse dispensandum, peractis spiritualibus exercitiis, respondit S. Congr. in *Murana Irregularitatis* 14. *Nov.* 1716. *ad I. & II. dub. pag.* 198.

Jubilationis indultum suffragatur pro participatione omnium fructuum, & distributionum etiam extraordinariarum, in *Burgi S. Donnini jubilationis* 19. *Apr.* 1704. *ad I. dub. pag.* 116.

Jubilato debentur omnes distributiones etiã extraordinariæ a die motæ litis, & intimati judicii decursæ, in *Burgi S. Donnini Iubilationis* 19. *Apr.* 1704. *ad II. dub. pag.* 116.

Institutionem Beneficii Sacerdotalis deberi Presbytero, posthabito Clerico, respondit S. Congr. in *Montis Regalis Cappellaniæ* 19. *Nov.* 1740. *pag.* 70.

Interdictum Ecclesiæ non sustineri, rescripsit S. Congr. in *Novarien. Funerum*, *& Iurisdictionis* 15. *Mart.* 1704. *ad XI. dub. pag.* 120.

Judicem appellationis, sive secundæ instantiæ in causis expeditis per Præpositum Terræ Atissæ, non esse concedendum Presbyteris, & Parocho ejusdem Terræ, respondit S. Congreg. in *Theatina*, *seu Nullius Atissæ Iurisdictionis* 26. *Iulii*, *&* 19. *Augusti* 1702. *pag.* 107.

Judicibus Synodalibus, & aliis juxta sortitum esse committendam a S. Sede causarum cognitionem, respondit Sacra Congregatio in *Bracharen. Dubiorum* 12. *&* 26. *Ian.* 1715. *ad II. dub. p.* 187.

Juramentum præstare tenentur Presbyteri nominati, & deputati ad curam animarũ exercendam in Parochiis pertinentibus ad Milites Ord. S. Jo: Hierosolymitani, in *Pragen. Iurisdictionis* 3. *&* 17. *Dec.* 1707. *&* 14. *Ian.* 1708. *ad III. dubium pag.* 141.

Juspatronatus favore Domini Temporalis Villæ, in qua nova Ecclesia Parochialis fuerat erecta, esse reservandum, respondit Sacra Congregatio in *Segobricen. Dismembrationis* 30. *Ian.* 1704. *ad II. dub. pag.* 14.

L

M

Matri-

O

P

autem alienorum absque licentia Episcopi Loci, in *Posnanien. Auditionis Confessionum* 9. *Novembris*, & 3. *Decembris* 1707. *ad I. dub. pag.* 14.

Parochi sub quacumque prætensione nequeunt differre, vel impedire, ne tempore debito Cadavera ad Sepulturam deferantur, in *Novarien. Funerum*, & *Jurisdictionis* 15. *Martii* 1704. *ad V. dub. pag.* 120.

Parochi nequeunt cogere Hæredes, ut celebrare faciant Missas pro Defuncto singulis Sacerdotibus Sæcularibus funus associantibus, in *Novarien. Funerum*, & *Jurisdictionis* 15. *Martii* 1704. *ad VIII. dub. pag.* 120.

Parochi S. Urbani de Formigosas, & S. Ambrosii a Primicerio Collegiatæ S. Andreæ Civitatis Mantuæ vocati ad certas solemnitates, quæ fiunt in eadem Collegiata, tenentur accedere per se, vel per alios in *Mantuana Iurisdictionis* 3. & 21. *Aprilis* 1700. *ad II. dub. pag.* 96.

Parochi Cathedralium, & Collegiatarum ultra Missam Conventualem tenentur diebus Dominicis, & Festis, Missam Parochialem celebrare, & pro Parochianis applicare, in *Viterbien. Dubia Missæ Parochialis*, & *Conventualis* 31. *Martii* 1708. *ad I. dub. pag.* 145.

Parochi Cathedralium, & Collegiatarum, quando ad eos spectat Missam Conventualem diebus Festis canere, tenentur Missam Parochialem celebrari facere pro Parochianis, in *Viterbien. Dubia Missæ Conventualis*, & *Parochialis* 31. *Martii* 1708 *ad II. dub. pag.* 145.

Parochis funeri intervenientibus, sive associati fuerint, sive non ab aliis Canonicis ejusdem Parochiæ, distribui non debet candela major illa, quæ traditur Superiori Regularium ab aliis Fratribus associato, in *Novarien. Funerum*, & *Iurisdictionis* 15. *Martii* 1704. *ad III. dub. pag.* 120.

Parochis impedientibus, licitum est Hæredi post expectatum triduum a morte Defuncti ducere Funus ad Ecclesiam præterquam ante solis ortum, & de nocte, in *Novarien. Funerum*, & *Iurisdictionis* 15. *Martii* 1704. *ad VI. dub. pag.* 120.

Pœnitentiæ Sacramentum valide, absentibus Missionariis, administrasse Cappellanum navalem, qui naufragio jactatus ad quamdam Insulam ex Orientalibus Americæ Oris appellere coactus fuit, illique nedum tempore Paschali, verum etiam reliquis Anni Temporibus extra mortis periculum Sacramentales Confessiones excepit, secus vero præsentibus Missionariis, respondit Sacra Congregatio, in *Veneten. Dubium Administrationis Sacramenti Pœnitentiæ* 21. *Maii* 1707. *ad I. & II. dub. pag.* 123.

Pontificalibus uti non potest Præpositus Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Maioris, in *Amalphitana Iurisdictionis* 30. *Septembris* 1702. *ad II. dub. pag.* 109.

Præbendam Theologalem, ob assertam deficientiam Theologi in legendo Sacram Scripturam, non vacasse, respondit Sacra Congregatio, in *Amerina Præbendæ Theologalis* 11. *Jan.* 1710. *ad II. dub. pag.* 159.

Præbenda Pœnitentiaria debet institui in Cathedrali æque principaliter alteri unita ad formam Concilii, in *Geruntinen.* & *Cariaten. Synodi*, & *Gravaminum* 7. *Octobris* 1706., & 11. *Febr.* 1708. *ad VI. dub. pag.* 143.

Presbyter admittendus ad participationem Ecclesiæ receptitiæ debet exhibere sua requisita in Cancellaria Episcopali, in *S. Severi Juris subrogandi* 26. *Januar* & 9. *Febr.* 1715. *ad II. dubium pag* 188.

Presbyter habens qualitates a statuto requisitas ad participationem Ecclesiæ receptitiæ debet a Capitulo inter numerum Presbyterorum participantium admitti, uti respondit Sacra Congregatio in *Caputaquen. Participationis* 30. *Ianuarii* 1740. *pag.* 14.

Presbyteri deputati ad curam Animarum in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ possunt assumere Cappellanos pro celebratione Missarum in ejusdem Ecclesiis absque Episcopi licentia, in *Pragien. Iurisdictionis* 3., & 17. *Decembris* 1707. & 4. *Ianuarii* 1708. *ad X. dubium pag.* 141.

Præsentationem factam ad Beneficium habitu Sacerdotale sostineri, dummodo Presbyteratus Sacrum Ordinem infra annum suscipiat, resolutum fuit, in *Tusculana Beneficii*, *seu Cappellaniæ* 26. *Junii*, & 4. *Sept.* 1700. *ad II. dub. pag.* 98.

Primicerio Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ in Civitate Mantuæ erectæ competit collatio duorum Beneficiorum S. Urbani de Formigosa, & S. Ambrosii, in *Mantuana Jurisdictionis* 3., & 24. *Apr.* 1700. *ad II. dub. pag.* 96.

Primicerio antedicto non competit ulla Jurisdictio super Rectoribus dictorum Beneficiorum Parochialium, in *Mantuana Iurisdictionis* 3., & 24. *Apr.* 1700. *ad II. dub. pag.* 96.

Primicerio Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ Civitatis Mantuæ non competit Jurisdictio immittendi Familiam armatam ad exequendas pœnas contra Parochos S. Urbani de Formigosa, & S. Ambrosii, & eorum Bona, irrequisito Episcopo, in *Mantuana Jurisdictionis* 3., & 24. *Apr.* 1700. *ad III. dub. pag.* 96.

Privatio Canonicatus facta ab Episcopo ex causa absentiæ a residentia fuit declarata invalida, in *Oscervien. Canonicatus* 12. *Febr.* 1710. *ad I. dub. pag.* 96.

Privatio Canonicatus ex causa absentiæ ad residentiam ut rite, valideque, debent servari dilationes trium annorum indictæ a Tridentino cap. 1. sess. 24. in *Cathacen. Canonicatus* 14. *Novembr.* 1671. *ad I. dub. pag.* 137.

S

Spon-

T

Vacan

V

VAcationem trium duntaxat mensium quolibet anno, sublatis quibuscumque aliis vacationibus, indulsit Sacra Congregatio, in *Lycien.* 24. *Ianuarii* 1705. *pag.* 121.

Vicarius Lateranensis nequit indicere concursum occasione vacationis Ecclesiarum Parochialium in solo Lateranensi existentium, in *Militen.* 19. *Febr.*, *&* 23. *Apr.* 1701. *ad IV. dub. pag.* 100.

Vicarius Lateranensis, qui se ingerat in Jurisdictionibus, & in causis ad Episcopum spectantibus potest ab Episcopo coerceri, & Canonicis censuris, & pœnis puniri, in *Militen.* 19. *Feb.*, *&* 23. *Apr.* 1701. *ad VII. dub. pag.* 100.

Vicarii Capitularis neutram electionem sustineri, respondit Sacra Congregatio in *Nazerena Electionis Vicarii Capitularis* 11. *Septemb.* 1717.

Vicarius Lateranensis nequit indicere concursum occasione vacationis Ecclesiarum Parochialium in solo Lateranensi existentium, in *Militen.* 19. *Febr.* *&* 23. *Apr.* 1701. *ad IV. dub. pag.* 100.

Vicarius Lateranensis nequit revidere computa, & visitare libros administrationis redditunm Societatum laicalium erectarum in Ecclesiis in solo Lateranensi sitis, & prohibetur a dictis Societatibus aliquod emolumentum, seu mercedem recipere, in *Militen.* 19. *Feb.*, *&* 23. *Apr.* 1701. *ad III. dub. pag.* 100.

Vicarius destinatus in aliqua Diœcesi a Capitulo Sacrosanctæ Basilicæ Lateranensis nequit revidere visitationes Ecclesiarum, quæ sitæ sunt in solo Lateranensi, factas ab Episcopo, sive ejus delegato Visitatore, in *Militen.* 19. *Febr.*, *&* 23. *Apr.* 1701. *ad II. dub. pag.* 100.

Vicarius Capitularis ultra Procurationes nequit in visitatione recipere cibaria, & equitaturam, & alia donaria, in *Ostunen. Procurationis*, *& Residentiæ* 7., *&* 28. *Iulii* 1708. *ad VI. dub. pag.* 152.

Vicarius Capitularis potest visitare Diœcesim post lapsum anni, in *Ostunen. procurationis*, *& Residentiæ* 7., *&* 28. *Iulii* 1708. *ad IV. dub. pag.* 152.

Vicario Capitulari visitatori debetur procuratio pro medietate in *Ostunen.* 7., *&* 28 *Iul.* 1708. *ad V. dub.*

Vicarii Capitularis deputationem factam a Metropolitano non sustineri, respondit Sacra Congregatio in *Alexanen. Vicarii Capitularis* 17. *Decembr.* 1712. *ad II. dub. pag.* 175.

Vicario Capitulari debetur salarium juxta solitum, in *Ostunen. Procurationis*, *& Residentiæ* 7., *&* 28. *Iul.* 1108. *ad III. dub. pag.* 152.

Vicario Capitulari non competere emolumenta Jurisdictionis Sede Eacante, sed esse Episcopo successori reservanda, respondit Sacra Congregatio in *Ostunen. Procurationis*, *& Residentiæ* 7., *&* 28. *Iulii* 1708. *ad II. dub. pag.* 152.

Vicarii Capitularis electionem factam a Capitulo non sustineri, respondit Sacra Congregatio, in *Alexanen. Vicarii Capitularis* 17. *Decembr.* 1712. *ad I. dub. pag.* 175.

Vicarii Capitulares possunt concedere dispensationem super defectu Natalium ad suscipiendos Minores Ordines, in *Mexicana Visitationis* SS. *Liminum* 18. *Decembr.* 1707., *&* 28. *Januarii* 1708. *ad III. dub. pag.* 135.

Vicarius Capitularis tenetur restituere, quidquid ultra Procurationem recepit in *Ostunen. Procurationis*, *& Residentiæ* 7., *&* 28. *Iul.* 1708. *ad II. dubium pag.* 152.

Vicarii Capitularis munus fuit a Sacra Congregat. commissum Canonico per Capitulum invalidè electo, in *Alexanen. Vicarii Capitularis* 17. *Decembr.* 1712. *ad III. dub. pag.* 175.

Vicarium Generalem tenetur Episcopus deputare in utraque Diœcesi æquè principaliter unita, in *Geruntinen.*, *& Cariaten. Synodi*, *& Gravaminum* 2. *Octob.* 1706. *&* 11. *Februar.* 1708. *ad V. dub. pag.* 145.

Vicarii Capitularis neutram Electionem sustineri, respondit Sacra Congregatio in *Acernen. Vicarii Capitularis* 23. *Febr.* 1709.

Vicarii Capitulares nequeunt irretitos defectu Natalium dispensare ad obtinenda Beneficia curata, in *Mexicana Visitationis SS. Liminum* 18. *Decembr.* 1707. *&* 28. *Iunii* 1708. *ad IV. dub. pag.* 135.

Vicarii Generales a Capitulis Sede Episcopali vacante, nequeunt dispensare in gradibus prohibitis ad contrahendum Matrimonium, in *Mexicana Visitationis SS. Liminum* 18. *Decemb.* 1707., *&* 28. *Ianuar.* 1708. *ad I. dub. pag.* 135.

Unio Parochialis ab Episcopo facta Collegio PP. Societatis Jesu, ut inde haberet reditus sufficientes ad necessariam sustentationem numerosæ Familiæ, quæ ibi Institutum dictæ Societatis profitetur, fuit a Sacra Congregatione approbata, *ita tamen ut in dicta Parochiali deputetur Vicarius perpetuus cum Cappellano ad nullum amovibili*, *in Cracovien. Unionis* 30. *Ian.* 1741. *pag.* 14.

Unio aliquorum Beneficiorum curatorum facienda Collegio Societatis Jesu ad illius depellendam indigentiam denegata fuit, in *Anrien. Unionis* 12., *&* 26. *Febr.* 1707. *pag.* 134.

Unionem Parochialis Ecclesiæ Monasterio Ordinis S. Benedicti non esse faciendam, & approbandam, respondit Sacra Congregatio in *Frisingen. Unionis* 14. *Iunii* 1710. *pag.* 160.

Visitatio durare debet arbitrio Visitationis ad

FINIS

DE MATRIMONIIS
INTER
HÆRETICOS,
AC INTER
HÆRETICOS, ET CATHOLICOS
INITIS
In Fœderatis Belgii Provinciis
DISSERTATIONES
THEOLOGICÆ, ET CANONICÆ

R.^{MI} P. D. CAVALCHINI
ARCHIEPISCOPI PHILIPPENSIS,
Et Sacræ Congregationis Concilii à Secretis,
NECNON
Quatuor Insignium Theologorum.



ROMÆ MDCCXLI.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi.

DE MATRIMONIIS

Inter Hæreticos, ac inter Hæreticos, & Catholicos initis in Fœderatis Belgii Provinciis

DISSERTATIONES

THEOLOGIGÆ, ET CANONICÆ

Rm̃i P. D.

CAVALCHINI

Sac. Congreg. Conciii a Secretis, necnon Quatuor insignium Theologorum.



PREN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM. Magnopere anxius Iprensis Antistes, quid consilii capiendum sibi foret erga nonnullos Hollandici Præsidii Milites, qui, nuptiis pridem coram Heterodoxo Ministro, sive Magistratu celebratis, hæresim postea ejurarunt, in accuratissima Status Ecclesiæ suæ Relatione ad præscriptum celeberrimæ Constitutionis Sixtinæ incipientis *Romanus Pontifex* Sacro huic Senatui transmissa, molestas, quibus torquetur, dubitationes exposuit, flagitavitque ab EE. PP. declarari valida ne, an irrita censensa sint matrimonia, quæ in Hollandia, aliisque confœderatis Provinciis coram Magistratu, vel Ministro Acatholico iniri contingit. *Seß. 24. c. 1. de ref. matr.*

Ut itaque solertissimo huic Episcopo in re adeo gravi maturum æque, ac præsentium temporum circumstantiis accommodatum dari posset responsum, tum ipsius petitio, tum quæ ad materiam aliquatenus illustrandam conferre possent, descripta fuere in folio, quod hodie iterum distribuitur signatum litera *A.*, propositoque subinde Dubio: *An, & quomodo sit rescribendum Episcopo in casu &c.* sub diem 17. Maii 1737. prodiit responsum: *Ad mentem*, quæ in eo versata est, ut Episcopo rescriberetur, Conjuges de validitate matrimonii non dubitantes in bona fide esse relinquendos, neque a Sacramentorum participatione arcendos fore, peculiares vero casus, & circumstantias eorum, qui scrupulis super suorum matrimoniorum validitate anguntur, oportere ab eodem Episcopo distinctim exponi. Cumque juxta hanc mentem literæ datæ fuerint, statim sedulus ille Præsul multiplices recensuit casus tam in sua, quam in finitimis, ut ait, Diœcesibus per sæpe occurrentes, quos per extensum relatos videre est in altero adnexo folio signato lit. *B.*

Interea vero rogatus Emus Card. ab Alsatia Archiepiscopus Mechliniensis votum suum super postulationibus Iprensis Episcopi proferre doctissimam elucubravit relationem legendam sub lit.*C.*, qua distributa una cum adnotationibus Secretarii S. hujus Congregationis hodie pariter datis sub lit.*D.*, necnon pluribus Rescriptis, sive Resolutionibus ejusdem Sacri Consessus signatis lit.*E.*, denuo sub diem 28.Febr.1739. discussum fuit Dubium -- *An, & quomodo sit rescribendum Episcopo*, iterumque EE. PP. responderunt: *Ad mentem*, quæ fuit, ut ex pluribus casibus per Episcopum Iprensem recensitis distincta Dubia, singulas, quæ in hac materia frequentius contingere possunt, quæstiones complectentia eruerentur, ac super eorum unoquoque quatuor scriberent Theologi, suamque sententiam dicerent.

Omnibus igitur ad tramites istius postremæ jussionis morose peractis, quatuor insignium Theologorum Vota sapienter æque, ac sedulo super duodecim Dubiis ad rem, quantum licuit, efformatis perscripta nunc exibentur signata lit. *F. G. H. I.* Præter hæc nonnulla distribuentur folia manuscripta, in quibus plura ad gravissimum istud negocium spectantia variis olim temperata resolutionibus luculentissime referuntur. Cunctis jamvero mature perpensis, habitaque etiam præ oculis Missionariorum praxi, de qua novissime requisitus sæpe laudatus Iprensis Episcopus in hæc verba rescripsit: *Cum contrahuntur in Hollandia matrimonia, non servata forma Tridentini, Missionariorum omnium praxis est similia matrimonia valida habere, quantumvis illicita, & detestanda, atque taliter contrahentes, si modo vere pœniteant, ad quævis Sacramenta admittere. Ut tamen fideles ab illis connubiis absterreantur, contra facientibus pœna hæc infligitur, ut videlicet ab Eucharistiæ participatione per sex menses arceantur, & qui infirmi sunt, admittuntur ad Sacramenta Pœnitentiæ, Viatici, & Extremæ Unctionis*, itidemque inspectis iis, quæ circa ejusmodi praxim tum in suis Diœcesibus, tum in Regionibus finitimis vigentem non bene concordes retulere Episcopi Brugensis, Gandavensis, & Antuerpiensis sub lit.K.*L.M.* placeat EE. PP. respondere.

I. *An matrimonia ab Hæreticis inter se in locis fœderatorum Ordinum Dominio in Belgio subjectis contracta, non servata forma Concilii Tridentini, censenda sint valida?*

II, *An valida censenda sint similia matrimonia extra fines dominii fœderatorum ordinum pariter inter se contracta ab Hæreticis addictis legionibus, quæ ad Præsidia eorum Curæ commissa mittuntur in loca, ubi viget dispositio Concilii Tridentini.*

III. *An idem censendum sit de matrimoniis, ut supra inter Hæreticos contractis, quando alterutra pars non est addicta præfatis legionibus, sive habeat, sive non, domicilium in loco, ubi viget dispositio Tridentini?*

IV. *Quid censendum sit, quando neutra pars addicta est legionibus prædictis, & sive habeat, sive non, domicilium in loco, ubi viget dispositio Tridentini, ibidem contrahunt matrimonium, ejus forma non servata?*

An

V. *An similia matrimonia inter partem Catholicam, & partem Acatholicam, quæ ambæ sint fœderatorum ordinum subditæ, contracta in locis eorumdem dominio in Belgio subjectis censenda sint valida?*

VI. *An si pars Catholica extera in loca dictis fœderatis ordinibus subjecta contrahat ibidem matrimonium cum parte Hæretica loci, non servata forma Concilii, valide contrahat?*

VII. *An idem censendum, si pars Acatholica extera in eadem loca veniens simili modo contrahat cum Catholica.*

VIII. *An Hæretica pars fœderatorum Ordinum subdita accedens ad loca Catholicorum dominio subjecta, ibique cum parte Catholica contrahens, absque forma Tridentini ibidem alioquin vigente, valide contrahat?*

IX. *An saltem ejusmodi matrimonia sint valida, si utraque pars, quarum altera, ut supra, Catholica, & altera Hæretica, reperiatur addicta legionibus fœderatorum ordinum.*

X. *Quid vero, si altera tantum pars addicta sit præfatis legionibus.*

XII. *Quid censendum de valore matrimoniorum, quæ sine Tridentini forma contrahuntur, vel ab Hæreticis inter se, vel a parte Hæretica cum Catholica in Civitate Mosæ Trajectensis, quæ a Republica fœderatorum ordinum non jure dominii, sed tantum oppignorationis nomine possidetur?*

VIII. *An super his omnibus sit consulendum Sanctissimo pro aliqua declaratione, & qua?*

A

IPREN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM. Episcopus Iprensis, ut pastorali pro Grege sibi concredito solicitudini faceret satis, in relatione status Ecclesiæ ad hanc Sac. Congreg. transmissa juxta præscriptum notissimæ Constit. Sixtinæ incipientis -- *Romanus Pontifex* hæc inter cetera exposuit -- *Secundum, quo vexantur Parochi, & Confessarii, & quorum anxietas nobis ipsis anxietatem parit, concernit matrimonia in Hollandia contracta coram Ministro, & Magistratu Acatholico. Cum in hac Civitate Iprensi, & pluribus adjacentibus sit Præsidium militare Hollandicum, ex istis Militibus multi talia matrimonia in Hollandia contraxerunt, vel cum Catholica, vel cum Acatholica, sed quæ jam in his partibus existens hæresim ejuravit. Pars illa Catholica, vel conversa petit, an suo marito adhærere possit; vel, etsi non petat, Pastor tamen, vel Confessarius sciens, sic esse junctam, dubitat, an beneficio absolutionis sit donanda, an ad Sacramenta alia admittenda etiam in periculo mortis, nisi promittat, in casum reconvalescentiæ a suo marito recedere. Insuper, si matrimonia illa dicantur invalida, exinde orietur evidens impedimentum conversionis Hæreticorum, sic enim relinquendus maritus, deserendæ proles*, deindeque nomine ejusdem Episcopi porrectus fuit supplex libellus, in quo præfatæ quæstioni altera quoque Sapientissimo EE.VV. oraculo dissolvenda hisce verbis adiicitur -- *La seconda difficoltà riguarda i matrimonj, che tra l'Eretico, e Catthòlica, e trà due Eretici, l' un de'* Sess. 24. c. 1. de ref. matr.

de' quali poi si converte, si celebrano negl' istessi Presidj delle dd. Città di Barriera, nelle Parochie delle quali certamente fu publicato, e si osserva il Decreto Conciliare, si domanda perciò all' EE. VV. anche sù questo il di loro savio parere, ed il modo, con cui deve portarsi l' Oratore, ed i Parochi, e Confessori della Diocesi particolarmente, allor che il conjuge Cattolico, o Convertito cerca, se possa, o nò perseverare nel suo matrimonio.

Ut sedulo statuatur, quid prælaudato Antistiti super expositis dubitationibus Sacrum hunc Senatum consulenti rescribere oporteat, præmittendum in facto est, Hollandiam, Zelandiam, Frisiam, aliasque confœderatas Provincias tam legitimo Territorii Principi, quam S.R.E. rebelles evasisse a Catholica deficientes Religione, postquam Decretum S. Conc. Trid. *sess.*24. *cap.*1. *de ref. matr.* in singulis earumdem Provinciarum Paræciis fuerat jussu Philippi II. Hispaniarum Regis jam promulgatum, uti testantur *Bruno Neusser disp.*182. *quæst.*2.*n.*4. *de Veryviis art.*1. *Reiffenstuel.in jus can.lib.*4.*tit.*3. §.3. *n.*137. *in fin. Busemb. in medull. Theol. moral. lib.*6. *tract.*6. *cap.*3. *dub.*2. *la Croix Theolog. moral. lib.*6.*part.*3. *de matr. n.*767., & disserte *Emus Petra in suis Comment. ad Const.*12. *Jo:XXII. t.*4.*n.*23.

In jure vero fas est prænotare, quod tametsi Catholici cum Hæreticis matrimonium illicite quidem, sed valide contrahant, juxta sanctionem *Text. in Can. Cave. in can. Non oportet.*27. *qu.*1. *& in cap. Decrevit. de Hæretic. in* 6., & doctrinam Angelici Præceptoris *in* 4. *sentent. dist.*39.*qu.*1. *art.*1. *in respons. ad* 5.: ibi: *Si aliquis fidelis cum Hæretica baptizata matrimonium contrahit, verum est matrimonium, quamvis peccet contrahendo, si sciat eam hæreticam, sicuti peccaret, si cum excommunicato contraheret, non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur*, quam communiter sequuntur Theologi, & Canonistæ, in locis tamen, ubi Decretum S. Conc. Trid. fuit promulgatum, formam ab eo præscriptam ipsi quoque Hæretici, sive cum Catholicis, sive inter se matrimonium celebrent, servare tenentur, cum nequiverint infelici hæresis præsidio a Sac. Canonum Sanctionibus sese subtrahere, quemadmodum advertit cum aliis *Emus Petra. tom.*4. *in comment. ad Const.*12.*Jo:XXII. n.*19. *&* 23., adeout, si, dicta S.Concilii forma posthabita, absque Parochi, Testiumque præsentia matrimonia ineant, irrita sint, atque invalida, quemadmodum ex Canonistis tradunt præter alios *Fagnan. in cap. si Clericus n.*56. *& seq. de for. competen. Reiffenstuel. in jus can. lib.*4. *de clandestin. despons.* §.3. *n.*132. *& seqq. Smalzgrueber. eod. tit. decretal. n.*115. *Pignat. consult.*79. *n.*26. *tom.*5. *& consult.*104. *tom.*8. *Eminent. Petra tom.*4. *comment. ad Const.*12. *Jo:XXII. n.*20., & ex Theologis, *Rebell. de oblig. just. lib.*1. *in prælaud. qu.*5. *n.*14. *La Croix lib.*6.*par.*3. *de matrim. n.*772. *& seqq. Pontas Diction. Theologiæ moral. tom.*2. *verb. impidimentum clandestinitatis cas.*20., & consonant Resolutiones S. Congreg. quæ inferius referentur, & signanter in una *Hollandiæ Matrimoniorum* 23. *Augusti* 1681.

Hisce præhabitis, circa potissimam difficultatem, quæ examinanda occurrit, num in locis ab Hæreticis modo occupatis, ubi publicatum fuit

fuit fæpedictum Tridentini Decretum, valida fint matrimonia, quæ inter hæreticos, vel inter hæreticum, & catholicam, & e contra celebrantur fine Parochi quidem præfentia, fed coram Magiftratu, aut miniftro hæretico, nonnulli Authores funt, inter quos *Modernus Lovanienfis de jur. Eccleſ. tom.* 1. *part.* 2. *tit. de fponf. a n.* 31. *ad fin. Martin. de Suvaven. de fponfa duorum, Halen. in difert. Theolog. polit. part.* 2. *pag.* 17. *Theophil. Raynaud in Hæreroch. fpirit. tom.* 16. *fol. mihi a n.* 7. *ad* 14. *Gobat. theolog. experimentali tract.* 9. *n.* 33. *& feq.* tuentes matrimonia, ut fupra, inita fuftineri, pluribus allatis rationibus, quæ in his potiffimum fiftere videntur: primo, quod fi non phyfice, mortaliter faltem impoffibile fit Matrimonium inter Hæreticos contrahi coram proprio Parocho, quandiu Provinciæ, feu loca, ubi illa celebrari contingit, Acatholici Principis Imperio remanent fubjecta; fecundo, quod inde poffent hæreticorum converfiones impediri, pluraque exoriri incommoda, quæ facile avertentur, fi hæretici petentes Catholicæ Ecclefiæ reconciliari non obligentur uxores hæreticas converti nolentes deferere, fed poffint cum iis priftinum profequi conubium, tametfi nequeant iftæ ad novum confenfum coram Parocho Catholico præftandum pro Matrimonii convalidatione induci: & tertio, quod incommoda ex matrimoniis clandeftinis, quæ in foro externo probari non poterant, fatis evitentur ex nuptiis publice coram Magiftratu, vel Miniftro Acatholico celebratis.

Contra vero Sac. hæc Congregatio admittit quidem, valere matrimonium etiam abfque Parochi præfentia, ubi nec Parochus Catholicus, nec Vicarius ab ipfis deputatus exiftat, vel iis ob metum, & Acatholici Principis perfequutionem latentibus, ignoretur, quo nam loco fint, vel ad ipfos nequeat tutus haberi acceffus, modo fervetur, quantum cæteroquin fieri poteft, forma a Tridentino præfcripta, videlicet, adhibitis faltem duobus, vel tribus teftibus, uti conftat ex Decreto edito fub die 26. Septembris 1602. *lib.* 10. *decr. pag.* 47., & ex altero in una *Belgii* 27. *Martii* 1632. hifce verbis concepto: *Ubi conftat, Decretum S. Concilii effe publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tamquam Decretum S. Concilii obfervatum, fed Parochialis Ecclefia, utpote carens proprio Parocho, & Cathedralis itidem Epifcopo, atque Capitulo habente facultatem alium Sacerdotem delegandi careat, nullufque alius ibi fit, qui vices Parochi, vel Epifcopi fuppleat, matrimonium valere abfque præfentia Parochi, fervata tamen in eo, in quo poteft, forma Concilii, nempe adhibitis faltem duobus, aut tribus teftibus. Si exiftant quidem Parochus, vel Epifcopus, fed, nullo conftituto Vicario, uterque metu hæreticorum lateat, itaut vere ignoretur, ubinam fit, vel eodem metu a Diœcefi abfit, nec ad alterutrum fit tutus acceffus, validum effe matrimonium contractum abfque forma S. Conc. Trid., adhibitis tamen, ut dictum eft, duobus Teftibus.*

At, fi Regio, ubi matrimonium fuit initum, Catholico Principi fubjecta reperitur, vel fi in ea dominetur Princeps hæreticus, conftet tamen, ibi non defuiffe verum Parochum, coram quo poterat matrimo-

monium rite celebrari, eadem S. Congreg. constans in ea fuit sententia, quod tunc matrimonia tam inter hæreticos, quam inter Catholicum, & hæreticam, & e contra, etiamsi coram Magistratu, vel hæretico Ministro celebrata, nullitatis vitio laborent, uti pandit Decretum relatum in *lib.* 10. *decr. pag.* 47. *hisce verbis -- Hæreticos quoque, ubi decretum dicti cap.* 1. *est publicatum, teneri talem formam observare, & propterea ipsorum etiam matrimonia absque forma Concilii, quamvis coram Ministro hæretico, vel Magistratu loci contracta, nulla esse, atque irrita*, & concordant plura alia rescripta, quæ infra tum ad absolutam causæ definitionem, tum ad materiæ ornatum exponentur.

Imo matrimonium initum coram Parocho hæretico, uti Parochialis Beneficii titulo ob hæresim destituto, minime sustineri, tradunt *Fagnan. in cap. Quod a Prædecessore, a n.* 26. *ad fin. de schismat.*, & scite *Emus Petra in Comment. ad Const. Jo: XXII. n.* 26. *& seqq.*, & in hæc verba resolvit S. Congr. *sub diem* 19. *Maii* 1572. *Nullum esse matrimonium contractum coram Parocho hæretico si decretum Concilii cap.* 1. *de ref. matr. publicatum fuerit in Parochia, & lapsi erant triginta dies a die primæ publicationis*, eamdemque rescribendi rationem servavit in altero decreto, quod refert præcitatus *Fagnan. cap. Ad abolendam a n.* 38. *de hæretic.*

Veruntamen posito, quod toties memorata matrimonia irrita judicentur, duo adhuc supersunt ponderanda; alterum nempe, an expediat rescriptum edere, quo eadem matrimonia expresse declarentur invalida; Sacra enim Congregatio, ne Catholici, qui aliquando matrimonium cum hæreticis inierunt sine Parochi præsentia, nimium gravibus obiicerentur periculis, si illud vellent coram Catholico Parocho convalidare, noluit de eorumdem matrimoniorum nullitate quidquam edicere, uti signanter contigit in causa *Hollandiæ matrimoniorum*, ubi, cum propositum fuisset, a Vicario Apostolico illius Regionis existimari, matrimonium inter hæreticos coram Magistratu etherodoxo celebratum saltem jure contractus civilis ita consistere, ut, prævia renovatione consensus coram Parocho Catholico, convalidari non oporteret, tum quia Concilium fuerit quidem in illis Provinciis publicatum, non tamen in illa Republica, quæ, postquam ab orthodoxa Religione descivit, eadem, quæ antea, amplius non sit, sed tam quoad Gubernium, & Habitatores, quam quoad Religionem hodie maneat immutata; tum etiam quia Resolutiones Sac. Congregat. quibus contrarium fuerat definitum, congruerent tantum antiquiori tempori, quo nondum desperata erat conversio Hollandiæ ad Hispanos, disceptato Dubio: *An in Provinciis Belgii confœderatis valeant matrimonia Catholicorum cum Etherodoxis contracta coram Magistratu hæretico non obstante decreto Concilii de solemnitatibus matrimonii in illis Provinciis publicato, & recepto*, S. Congr. sub diem 23. Augusti 1681. sese abstinens ab explicita declaratione nullitatis dictorum matrimoniorum, rescripsit: *Ad mentem cum Sanctissimo scilicet, si esset respondendum dubio, esset respondendum negative*, ut in *lib.* 31. *decr. pag.* 459.

In

In *Boscuducen.* itidem *matrimonii*, propositis Dubiis I. *An, si quis, dum erat hæreticus, matrimonium contraxit coram Magistratu, vel Ministro hæretico, & postea convertatur ad fidem catholicam, requiratur ad validitatem hujusmodi matrimonii novus consensus utriusque conjugis, vel conversi tantum*. II. *An quatenus hujusmodi novus consensus præstari commode nequeat, nihilominus indulgendum sit, ut in hujusmodi matrimonio possit conversus licite perseverare*, die 3. Februarii 1683. prodiit rescriptum: *Ad mentem*, eaque hunc in modum explicata reperitur: *Mens est, quod servetur id, quod fuit observatum in simili casu a S. Congregatione Concilii in una Hollandiæ Matrimoniorum* 23. *Augusti* 1681., *lib.*33. *Decr. pag.*52. *& seq.*

Demum *in Trajecten.* summatim exposita hac facti serie Quidam „ Missionarius, qui dicit, se esse unicum Pastorem Catholicum in „ Exercitibus Hollandicis, quique potius a statibus Hollandicis tole- „ ratus, quam stabilitus appellari valet, licet jam decimus septimus „ labatur annus, ex quo prædicto Pastorali fungitur officio, per Epi- „ stolam certiorem reddidit D. Abbatem S. Catherinæ Internuntium „ Bruxellensem, quod quatuor circiter ab hinc annis quædam Mulier „ Vidua Catholica Matrimonium contraxerit cum Lutherano Mosè „ Trajecti coram Ministro Lutherano, & in forma apud Lutheranos „ usitata, & quod usque adhuc habiti sunt pro legitimis Conjugibus, „ tum quia quidam Director Spiritualis mulieri persuasit, matrimo- „ nium esse validum, tum quia multi tam Lovanii, quam alibi sen- „ tiunt pro validitate consimilium matrimoniorum, & quod solum „ postremis diebus Mulier, quæ dubitare cæpit de validitate matri- „ monii, dubium prædictum sibi aperuit, cui tamen prohibuit, ne „ illud notum faceret, vel Marito, vel Capitaneo Legionis Draco- „ num Wallonum, inter quos Maritus adscriptus est, cum enim ille „ etiam sit Lutheranus, Dubii manifestatio cedere posset in detri- „ mentum Catholicæ Religionis, & in epistola ab internuntio Bruxel- „ lensi quæsivit, an matrimonium esset validum, & quatenus validum „ non esset, petiit licentiam, ut coram se possent consensus renovari: discussisque binis Dubiis: I. *An matrimonium inter hæreticum, & catholicam contractum coram Ministro hæretico validum sit in casu &c.*; & quatenus negative. II. *An sit concedenda facultas caute renovandi consensum coram Parocho Catholico in casu &c.*, die 22. Nov. 1721. responsum fuit *Ad mentem*, quæ in eo versata est, *quod matrimonium esset nullum*, ut in *lib.*71. *decr. pag.*506.

Interdum vero (ubi scilicet nullus urgere videretur timor damni in Catholicos, vel in eos, qui, ejurato errore, orthodoxam religionem cupiunt amplecti) eadem S. Congregatio non abstinuit ab expressa declaratione nullitatis; cum enim in causa *Gcnaden.* ageretur de matrimonio contracto inter catholicum, & hæreticam, non tamen cor. Parocho catholico, qui eo in loco non deerat, ibique Decreta S. Concilii Tridentini observari solerent, die 4. Sept. 1677. rescriptum fuit, *matrimonium esse nullum*, ut in *lib.*29. *decr. pag.*415., atque in similia verba responsum fuit *in Ruremunden. Matrimonii* 2. *Maii* 1676. *lib.*29. *Decr. pag.*241. *in Colonien. die* 46. *Dec.*1719.

in

in Moguntina 21. *Maii* 1721. *lib.*71. *Decr. pag.*184., *& in Paderbonen.* 4. *Augusti* 1725. *lib.*75. *Decr. pag.*447.

Alterum vero, quod examinandum restat, in eo vertitur, num Conjugi Catholico, vel ad Catholicam Fidem converso permitti possit in Connubio antea inito tuta conscientia perseverare, eique Confessarius, vel Parochus absolutionis beneficium queat impertiri, aliaque Sacramenta administrare tam in casu, quo ille sciscitetur, an licitum sibi sit Conjugi suo adhærere, quam in altero, quo de validitate sui Matrimonii non dubitet, sed in bona fide versetur; Quamvis enim certum sit, Conjuges, qui Matrimonium coram Ministro hæretico invalide contraxerunt absque præsentia Parochi, in perpetuo vivere concubinatu, nisi subinde curent, renovato consensu coram Parocho Catholico, Matrimonium convalidare, uti cum aliis advertunt *La Croix Theol. Moral. lib.*6. *part.*3. *num.*770. & *Pignatell. tom.*8. *Consult.*104., ubi hæc habet „ Multi Hæretici „ convertuntur ad Fidem, inter quos non pauci sunt Conjugati, al- „ tero Conjuge perseverante in hæresi, Conjugati, inquam, ritu „ tamen hæretico, ideoque invalido, cum in illis Partibus publica- „ tum sit Decretum Sacri Concilii Tridentini, Pars conversa cupit „ Matrimonium renovare secundum formam ejusdem Decreti Tri- „ dentini, at Compartem hæreticam, a qua separari moraliter impos- „ sibile est, nullatenus potest inducere, ut coram Parocho compa- „ reat; Quæritur, quid Pastores Catholici cum tali agere debeant, „ & speciatim, an Conjugem bonæ voluntatis ad usum Sacramento- „ rum possint admittere. Respondeo, si in dd. locis non fuerit pu- „ blicatum Decretum Conc. Trid. de Reform. Matrim. Cap.1., Ma- „ trimonium, etsi ritu hæretico celebratum, validum est, ut decla- „ ravit Sacra Congregatio Concilii in Bisuntina 26. Junii 1698., ac „ perinde Pastores Catholici poterunt admittere ad Sacramenta alte- „ rum Conjugem conversum ad Fidem, dummodo vivat in Matri- „ monio sine contumelia Creatoris. Si vero in iis locis fuerit publi- „ catum, & ejus forma non fuerit in ejusmodi Matrimoniis observata, „ Matrimonia sunt nulla; nam Hæretici quoque, ubi Decretum „ d. Cap.1. est publicatum, tenentur talem formam observare, & „ propterea etiam ipsorum Matrimonia absque forma Concilii, „ quamvis coram Ministro hæretico, vel Magistratu Loci contracta, „ nulla, atque irrita sunt, juxta declarationem Sacræ Congregatio- „ nis Concilii transmissam Episcopo Tricaricensi Nuncio Apostolico „ apud inferiorem Germaniam, quam refert inter alios Zipæus in „ annalit. jur. Pontific. lib.4. tit. de Sponf. num.16., & nos alibi; „ quare in hoc casu Conjux conversus non potest admitti ad Sacra- „ menta, nisi prius separetur, cum vivat in assiduo concubinatu.

Attamen ii, qui in hæresi Conjugium invalide injerunt, forma Tridentini non servata, subindeque ad Catholicam Religionem conversi bona fide in eo perseverant, suoque Conjugi adhærent, relinquendi potius videntur in eadem bona fide, quam de Matrimonii invaliditate monendi, ne alias, cum velint Matrimonium, renovato consensu coram Parocho Catholico, convalidare, plurimis gra-

gravibus subjiciantur periculis, quæ facile sibi impenderent ob odium, &, persequutionem Principis, seu Magistratus Achatholici ægre ferentis, validitatem Matrimonii coram Ministro hæretico initi in dubium revocari, ut ex mente Sac. Congregationis in citata Causa *Hollandiæ Matrimoniorum* docet Eminentissimus Petra *tom.*4. *in Commentar. ad Const.*12. *Joannis XXII. num.*24. ibi „ Sacra Congregatio Concilii respondit *Secretario cum Sanctissimo ad mentem*, „ quæ erat, quod, si respondendum esset, Matrimonia non valere, „ attamen animadversum fuit, id non expedire, quia potius de- „ berent permitti in eorum bona fide permanere, quam tot periculis „ exponere Catholicos: verum, ut notatum vidi in quodam voto „ Cardinalis Casanate, scriptum fuit Internuntio, ut mandet Vicario „ Apostolico, ne audeat Missionariis prohibere, ne talia Matrimonia „ contrahant; sane aliud est tolerari, aliud, quod Contrahentes in- „ duci non valeant a Missionariis ad verum Matrimonium contra- „ hendum, quod ultimum falsum certe est, & modis placidioribus „ curandum quoad contracta, & insistendum quoad contrahenda.

Conjuges vero Catholici, vel recens ad Fidem conversi, si dubitantes de valore Matrimonii in hæresi coram Ministro hæretico contracti Pastores, vel Confessarios suos consulant, num sibi licitum sit in eo Conjugio sic inito permanere, inducendi omnino sunt, ut caute coram Parocho Catholico consensum renovent ac ita Matrimonium revalident; Quod, si tuto, & commode, id fieri nequeat, non desunt Doctores, qui putant eis licere in usu Matrimonii jam initi, non renovato consensu coram Parocho Catholico, perservare, arbitrantes, hanc opinionem veluti probabilem admitti posse, non obstante propositione ab Innocentio XI. proscripta in ordine *la prima*, quæ de Sacramentis administrandis, vel conficiendis, & respective de Matrimonio contrahendo, non autem de jam celebrato loquitur, quemadmodum præ cæteris tradit *La Croix Theol. Moral. lib.*6. *part.*3. *de Matrim. num.*177.: ibi „ Si Matri- „ monium jam sit ita contractum, poterunt Conjuges etiam conversi „ permanere in usu illius, quamvis consensum non renovent coram „ Parocho Catholico, quia probabile est, fuisse validum, & sequen- „ do hanc opinionem probabilem, haud Sacramentum exponitur „ periculo nullitatis, vel irriverentiæ; tutius tamen erit eos addu- „ cere, ut, obtenta Dispensatione in impedimentis, si quæ adsint, „ contrahatur de novo coram Parocho Catholico, & testibus, ne se „ exponant periculo materialis fornicationis,; Alii vero censent, præstare, ut Summus Pontifex suprema sua auctoritate Conjugibus conversis indulgeat in Matrimonio celebrato coram Ministro hæretico, etiam dicto consensu non iterato, permanere, secundum ea, quæ ad rem notant *Layman. lib.*4. *tract.*10. *part.*2. *cap.*2. *Dicastill. de Sacram. tom.*3. *tract.*10. *disp.*3. *dub.*10. *num.*74. *Tanner. tom.*4. *disput.*8. *quæst.*3. *dub.*9., quos refert *Eminentissimus Petra loc. supracit. num.*25. ubi post expositam mentem Sacræ Congregationis in *Buscoducen. Matrimonii* sic inquit „ Etenim dubio procul „ est, hujusmodi Matrimonia coram Scabinis, seu Ministris hære-

„ ticis celebrata nulla esse ob formam Concilii non servatam. Nihilominus cum solemnitas Matrimonii sit juris positivi, ac agatur de Locis, in quibus Hæretici gravissimis pœnis afficiunt eos, qui prætendunt nullum Matrimonium contractum cor. Ministro hæretico, ad majus malum evitandum, & ob Catholicorum favorem expedit potius tolerare hujusmodi Matrimonia, præsertim quia, ut asserebatur in cit. *Buscoducen.*, si Conjux conversus prætenderet nullitatem primi Contractus, gravi pœna afficeretur ab Hæreticis tamquam violator eorum legis, neque Conjux hæreticus permitteret præstari novum consensum, unde merito petebatur, quod Pontifex indulgere dignaretur, licere conversis continuare in Matrimonio contracto coram Ministro hæretico, etiam sine novo consensu, quoties iste commode præstari non posset.

Et sane, sicuti Summus Pontifex, concurrente legitima causa, potest Matrimonium irritum propter defectum præsentiæ proprii Parochi, vel ob aliud quodvis impedimentum de jure tantum Ecclesiastico Matrimonium dirimens in radice convalidare, & directe dispensando super Matrimonii invaliditate prolem ex copula putative Conjugali susceptam ad legitima restituere natalia, juxta communem Canonistarum sententiam in *Cap. per Venerabilem*, *ubi Joannes Andreas n.*26. *Abbas n.*22. *Alexander de Nevo n.*18. *Gonzal n.*23. *Barbosa n.*6. *qui filii sint legitimi*, & ad eumdem titulum Decretalium prosequuntur *Pring.* §.6. *n.*42., *& seq. Anaclet.* §.2. *n.*51. *Navarr. cons.*2. *lib.*4. *eod. tit. qui filii sunt legitimi* plenissime *Barbosa voto decisivo* 27. *per totum lib.*2. *Sanchez de Matrim. lib.*8. *disput.*7. *n.*4., *& plurib. seqq. Pont. de Matrim. lib.*11. *cap.*5. §.1. *n.*7., *Castill. tom.*5. *controvers. cap.*105., *& præcipue n.*28. *Diana in edit. Coord. tom.*3. *tract.*1. *resolut.*87. *per tot. Peregrin. de fideicom. art.*24. *n.*76. *& plurib. seqq. Corrad. in prax. dispensat. lib.*8. *cap.*3. *n.*46., *& seqq. de Justis de dispens. Matrim. lib.*1. *cap.*7. *n.*284., *& seqq.* fuitque perpetua opinio Rotæ, ut habetur *ex decisis in Causa Pampilonen. Illegitimitatis* 5. *Decembris* 1608., *&* 10. *Junii* 1609. *coram Justo impressis apud Garziam de benef. par.*7. *cap.*2. *n.*40., *& seqq.*, *& dec.*1121. *cor. Seraphino*, *dec.*462. *lib.*2. *in correctis coram Puteo dec.*19. *per tot. cor. Ludovis dec.*174. *post secundum volumen. Cons. Farinacc.*, *& plenissime in dec.*455. *par.*1. *rec.*, *& dec.*617. *par.*2. *rec.*, & in terminis Matrimonii invalidi ex defectu præsentiæ Parochi rescripsit Sacra hæc Congregatio in *Pragen. Matrimonii die* 18. *Septembris* 1723. *lib.*73. *Decr. pag.*495. ita ponderandum est, num id generali, quopiam Decreto fieri expediat pro casibus, quos ita generatim exposuit Episcopus consilium æque, ac remedium postulans in iis potissimum circumstantiis, in quibus facile patet, Conjugem Achatolicum nolle ab hæretica pravitate resilire; cum de cætero in præcitata *Trajecten.* ubi præter Dubium concernens validitatem Matrimonii inter Hæreticum, & Catholicam initi discussum quoque fuit num, quatenus invalidum illud judicaretur, concedenda esset facultas caute renovandi consensus cor. Parocho Catholico, S. Congreg. noluerit quidquam circa id respondere, tametsi Matrimonium irritum esse censuisset. Hæc

Hæc sunt, quæ ad duplicis quæstionis ab Iprensi Episcopo propositæ decisione fusius exponere oportuit, quia nihil ad manus EE.VV. defertur, solumque S. huic Congreg. præter ejusdem antistitis relationem exhibitus fuit enunciatus supplex libellus, in quo post relatas resolutiones S. Congreg. in citatis causis *Hollandiæ matrimoniorum*, & in *Boscoducen. matrim.* ita subjungitur „ E quantunque questo „ sentimento della S. Congregazione non sembri decidere, e strettamente addattarsi al caso presente, imperciocchè riguarda solamente i conjugi dimoranti nelle Provincie soggette al Dominio Olandese, ove può esservi il timore dei pericoli suddetti, i quali, pare, che cessino nel caso, che i conjugati in Olanda vengano ad abitare nel Presidio delle dd. Città di Barriera, le quali fuorchè di Presidio, son composte di Cattolici, e sono proviste di Vescovi, e Parochi anche Cattolici coll' uso libero della Santa Religione, contuttociò, siccome gli Officiali del Presidio esercitano tutta la giurisdizione ne' Soldati, e loro Mogli, ancorchè si trovassero in mezzo alla Città, e Distretto, quindi il conjuge convertito restando nelle dd. Città di Barriera può patire gl' istessi pericoli, che passerebbe dimorando in Olanda, e non vi sarebbe altro scampo, fuorchè quello di trasportare il convertito in un'altra Città, che non fosse di Barriera, „ *& infra*: l' Oratore non ha mancato d' insinuare a' Parochi, e Confessori, che si sforzassero a persuadere il conjugato rimasto Eretico a dare nuovo consenso almeno segreto, cioè senza pubblicazioni in presenza de' Parochi Cattolici, ma se ciò basti, quando non siegua, come alle volte succede per dissenso del conjuge Eretico, sarà parte della prudenza, e saviezza delle EE.VV. il renderne un'accertato parere, o qualche altro temperamento, che stimeranno più proprio. Omnibus itaque perpensis, onus erit EE.VV. deliberare.

An, & quomodo sit rescribendum Episcopo in casu &c.

B

IPREN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM. Cum Iprensis Episcopus, pro eximia in oves sibi commissas pastorali solicitudine, anxiis distineretur dubitationibus, qua ratione agendum foret erga nonnullos Præsidii Hollandici Milites, a quibus, post nuptias coram Ministro, sive Magistratu heterodoxo initas, fuit hæresis ejurata, postulavit ab hoc Sacro Senatu decisionem gravissimæ quæstionis, num scilicet matrimonia in Hollandia, aliisque confœderatis Provinciis coram Ministro, seu Magistrato Acatholico celebrata valida censenda sint: At Emi PP., quibus laudati Præsulis petitio sub diem 17. Augusti 1737. proposita fuit, ponderosum rei momentum pensantes necessarium duxere, absolutam ejus definitionem maturiori examini reservare, intereaque mandarunt rescribi Episcopo, ut conjuges de validitate proprii matrimonii non dubitantes in bona fide relinquerentur, neque a Sacramentorum participatione deberent arceri, eorum vero, qui vexantur scrupulis super suorum matrimoniorum validitate, peculiares casus, & circumstantias di- *Sess.24. c.1. de ref. matr.*

ſtinctim exponeret. Datis igitur juxta hanc mentem literis, S.Congregationis juſſibus ſedulo obſequutus vigil antiſtes jamdudum reſpondit, atque inter multiplices caſus, quos in ejuſmodi materia frequenter nimis tam in ſua Diœceſi, quam finitimis in Regionibus at occurrere, ſequentes præſertim hiſce verbis recenſuit.

,, I. Caſus, ſi pars una Acatholica in his ditionibus Sac. Cæſareæ Ma-
,, jeſtati, vel Regi Chriſtianiſſimo ſubjectis domicilium habens ma-
,, trimonium ibi contrahere velit cum alia Parte, vel Catholica, vel
,, Acatholica, pariter in iiſdem Ditionibus Domicilium habente, Ju-
,, dicat ipſe, *nimirum Epiſcopus*, abſolute ſub pœna nullitatis obſer-
,, vandum decretum Concilii Tridentini. Idem judicat de talibus,
,, qui in ipſa Civitate Moſæ Trajectina contrahere vellent, cum Civi-
,, tatem illam Status Hollandiæ non poſſideant jure dominii, ſed tan-
,, tum oppignorationis. Idem judicat de Præſidiariis militibus, quo-
,, rum legiones in iiſdem ditionibus erectæ ſunt, cum nulla occurrat
,, ratio, quare tales ab obſervatione Decreti Conciliaris ſeſe eximere
,, vellent, cum Decretum eos attingat tam qua locale, quam qua
,, perſonale: hujus judicii noſtri approbationem, vel improbationem
,, ab EE.DD. enixe petimus.

,, II. Caſus, Dubium tamen ab aliquibus movetur, V.G. de milite hæ-
,, retico, qui cum ſua legione in centro Hollandiæ erecta ad has Par-
,, tes venit, tamquam Præſidiarius, & hic matrimonio jungitur co-
,, ram Miniſtello, vel cum una Catholica harum ditionum, vel etiam
,, cum alia Acatholica, quæ cum eadem Legione ad has Partes venit.
,, Pro ratione Dubii allegant, Legionem eſſe quaſi Parochiam ambu-
,, lantem, cujus Miniſtellus agit partes Parochi, ac Parochiam illam
,, ambulantem non teneri aliis legibus, quam teneantur Parochiæ fi-
,, xæ in centro Hollandiæ, in quibus non obſervatur ſaltem ab hæreti-
,, cis Decretum Tridentini. In ſic contrahentibus poteſt eſſe bona fi-
,, des, maxime ubi pars utraque tempore contracti matrimonii erat
,, Acatholica. Pars una ad fidem convertitur, quæritur, an in ſic con-
,, tracto matrimonio continuare poſſit? Addendum tamen, in Diœ-
,, ceſi Iprenſi conſtanter hactenus obſervatum, quod ſimilia matrimo-
,, nia partis Acatholicæ cum Acatholica coram Miniſtellis contracta
,, ſemper habita fuerint tamquam invalida, & ſic contrahentibus, &
,, in ſimili matrimonio perſeverantibus denegata fuerint Sacramenta.
,, Gratiſſimum Nobis erit judicium reſcire EE. DD. ſuper hac noſtra
,, Diœceſis praxi. Optandum foret, ſi in his partibus, in quibus tot im-
,, mixti ſumus hæreticis, matrimonia ſubditorum Sacræ Cæſareæ Ma-
,, jeſtatis cum Acatholicis inhibita forent, & invalida declarata ſal-
,, tem quantum ad effectus civiles. Decretum illud multos certo aver-
,, teret a contrahendis matrimoniis talibus. Simile Decretum datum
,, eſt a Rege Chriſtianiſſimo in Nov. anno 1680., quo non tantum
,, matrimonia ſuorum ſubditorum Catholicorum cum hæreticis inhi-
,, bet, ſed inſuper declarat invalide contracta, proles ex talibus matri-
,, moniis procreatas illegitimas, & ad ſucceſſionem parentum inhabi-
,, les. Simile Decretum meditata eſt Sereniſſima Belgii Gubernatrix,
,, & deſuper anno 1734. judicium exquiſivit Epiſcoporum Provinciæ,
,, ſed nihil hactenus factum.

,, III. Ca-

III. „ Casus,& magis frequens est de duobus,qui in iis Provinciis Hol-
„ landiæ, quæ liberum jus hodie habent Reipublicæ, matrimonium
„ contraxerunt cor.Magistratu,vel Ministro Acatholico,bona fide pu-
„ tantes, id in iis Provinciis sufficere. Sic juncti ad has partes deve-
„ niunt cum Præsidiis militaribus, vel aliis occasionibus. Hic existen-
„ tes parti Catholicæ, vel ei, quæ meditatur ad fidem catholicam
„ transire,inter colloquendum a Civibus catholicis iniicitur scrupulus
„ de talium matrimoniorum validitate. Hi anxii recurrunt ad Con-
„ fessarios, petuntque, quid sit de validitate talium matrimoniorum.
„ Pro validitate respondere non audent, quia Ecclesia hactenus desu-
„ per non fuit locuta. Si respondeant, esse invalida, exinde consequi-
„ tur, parti catholicæ deserendam esse partem Acatholicam, quæ
„ consensum cor. Parocho Catholico non vult renovare; deserendas
„ proles, etiam sæpius cum evidenti periculo perditionis illarum, ut-
„ pote quæ a parte Catholica in fide instruuntur, vel saltem ad eam
„ disponuntur, & parti catholicæ transeundum ad statum mendicita-
„ tis, quam duram conditionem multi sustinere non volentes, præ-
„ eligunt in suo matrimonio permanere, & pars, quæ conversionem
„ suam meditabatur, a suo proposito resilit, videns, se post conver-
„ sionem ad tales extremitates redigendam.
IV. „ Casus est, Titius Catholicus harum Provinciarum subditus cum
„ navibus vectoriis, aliisque occasionibus devenit ad partes Hollan-
„ dicas, ibidem matrimonium contrahit cum Acatholica cor. Magi-
„ stratu, vel Ministro Acatholico. In eodem matrimonio continuat
„ ad plures annos, etiam proles procreat. Postea suæ uxoris pertæsus
„ eam deserit, redit ad has partes, & subticens contractum in Hollan-
„ dia matrimonium, hic alias nuptias contrahit, vel illud matrimo-
„ nium declarans petit, eo non obstante, ad aliud hic admitti, quia,ut
„ supponit, matrimonium in Hollandia, ut ante contractum, nullum
„ fuit. Quæritur, an talis in contracto hic secundo matrimonio con-
„ tinuare possit, vel ad contrahendum secundum admitti; eo etiam
„ non obstante, quod, quando cum Acatholica matrimonium con-
„ traxit in Hollandia, revera crediderit, se legitime, & valide con-
„ trahere.

Præterea vero quatuor alios casus, qui novissime contigerunt, in hæc verba exponit.

„ I. Cornelius de Pouu Catholicus jam a viginti, & uno annis matri-
„ monium contraxit in patria dicta Cassant sub ditione Statuum Hol-
„ landiæ, in qua ante hac publicatum fuit Tridentinum, cum Aca-
„ tholica cor. Ministro hæretico tantum, ex quo matrimonio natæ
„ sunt quatuor proles.Uxor Acatholica cum una prole a præfato Cor-
„ nelio recessit, ad Dioecesim nostram jam a mense accessit sæpedi-
„ ctus Cornelius cum tribus prolibus, & petit jungi matrimonio Pe-
„ tronillæ Widein mulieri catholicæ eo titulo, quod prius matrimo-
„ nium in Hollandia, ut ante, contractum fuerit invalidum ex præ-
„ fata Petronilla modo prolem unam habeat. An ad matrimonium
„ admitti potest.

II. „ Franciscus Boninge Winori Bergensis Dioecesis nostræ Orthodo-

„ xæ

„ xæ Fidei cultor anno 1713. Matrimonium contraxit in Ulisfinge „ Oppido Geelandiæ sub ditione Statuum Hollandiæ, ut in priori ca- „ su, cum Anna Blusce Acatholica coram solo Ministro Acatholico, „ qua cum quatuor procreavit proles. Prædictus Franciscus, invita „ uxore, tertio navigavit ad Indias; Redux petit accedere ad suam „ uxorem Annam Blufcè, illa propter iteratos recessus mariti eum „ repellit. Repulsam passus, redit Dunchercam Civitatem Diœcesis „ nostræ, gerit se ut innuptum, meditatur matrimonium cum Clara „ Hugeloors Dunchercana, illudque finaliter contrahit anno 1732. „ cor. Pastore Dunchercano, non obstante oppositione, & declaratione „ prioris matrimonii in Hollandia contracti, & nulla a nobis obtenta „ bannorum dispensatione; Quæritur, an in isto secundo matrimonio „ continuare possit? In ea hactenus fuimus opinione, eum non posse, „ & similibus matrimoniis hactenus nos opposuimus, hoc motivo præ- „ ter alia, quod, si talia matrimonia Dunchercæ, utpote portu mari- „ timo admitteremus, ea in dies forent admittenda cum nautis, qui „ ad portum continuo appellunt.

„ III. Casus, quem nominibus, & cognominibus exprimere non pos- „ sumus, quia in actu ipso Sacramentalis Confessionis proponitur, est, „ ut sequitur. Pars Catholica cum parte Acatholica in centro Hol- „ landiæ matrimonium contraxit cor. Magistratu, vel Ministro Aca- „ tholico. Ibidem existentes nunquam dubitarunt de validitate sui „ matrimonii; ibidem enim Confessarii nunquam pœnitentes mole- „ stant circa similia matrimonia, vel quia non audent, vel quia putant „ valida. Dum ad has partes veniunt tanquam Præsidiarii milites, „ aliud audiunt a Catholicis, quam audierunt in Hollandia, de suis „ matrimoniis dubitant, consulunt Confessarios, qui responsum dare „ non valentes, ad nos recurrunt, & nobis ipsis cespitantibus nihil su- „ perest, nisi ad S. Sedem recurrere.

„ IV. Casus præcedenti affinis est. Titius miles hæreticus ad has par- „ tes deveniens, & videns omnia, quæ in Ecclesia Catholica fiunt, quæ „ antea nunquam viderat, solemnitatem Officiorum Divinorum, ad- „ ministrationem Sacramentorum, audiens conciones Catholicorum, „ movetur ad amplectendam Religionem Romano-Catholicam, sed „ remoram videt ex parte conjugis in hæresi obstinatæ. Si converta- „ tur, non poterit ab ea recedere, non enim licitum est ipsi consule- „ re, ut sine venia militiam deserat. Si a debito conjugali abstinere „ velit, eum uxor deferet Officialibus hæreticis, & sub pœna carce- „ ris, vel forte gravioribus cogitur adhærere uxori suæ; Unde quæri- „ tur, an post conversionem licebit ipsi cum uxore cohabitare, ut ante.

His itaque ob oculos habitis, resumpto folio sub dictam diem 17. Augusti 1737. distributo, perpensa elaborata doctissima relatione Emi D. Card. de Alsatia Archiepiscopi Mechliniensis, qui sententiam suam super postulationibus Iprensis Episcopi aperire rogatus fuit, visisque demum, si placet, etiam Adnotationibus Secretarii una cum Resolutionibus, sive Rescriptis ab hac S. Congreg. per varia tempora editis sejunctim circumferendis, placeat EE.VV. statuere.

An, & quomodo sit rescribendum Episcopo?

Re-

C

Relatio Eminentiſsimi,& Reverendiſsimi Domini Cardinalis de Alſatia Archiepiſcopi Mechlinienſis.

Emi, & Rmi D. mei Obſmi.

ACcepi Folia in Urbe impreſſa, quæ continent Dubia S. Congreg. Concilii die Sabathi 17. Auguſti labentis anni propoſita, & juxta morem ejuſdem S. Congreg. de jure reſolvenda, inter quæ præcipuum,& ſummi ſane momenti Dubium proponitur circa matrimonia in Hollandia contracta circa formam a S. Conc. Trid. *ſeſs*.24. *cap*.1. *de ref. matr.* præſcriptam: Super quo dubio, & ſuper expoſitis ibidem in utramque partem rationibus placuit EE. VV. ſententiam meam exquirere.

Omnibus igitur attente perpenſis, extimatiſque rationibus, quæ in ſupradictis Foliis in utramque partem doctiſſime ſimul, & ſtudioſiſſime allata ſunt, primum illud occurrit examinandum, an S. Conc. Trid. in Hollandia fuerit ſufficienter publicatum, in ordine ut nova Tridentini conſtitutio ibi vim legis obtinuerit olim, & obtineant hodie, adeoque an ad mentem ipſiuſmet Concilii matrimonia præter formam præſcriptam contracta irrita ſint, atque invalida? Video in dictis foliis *pag*.151. allegari plures Authores graves, qui aſſerunt Conc. Trid. in omnibus Provinciis Belgii fuiſſe publicatum. Verum inter illos Authores nullus eſt Belga, & hi, aliique ita ſentire videntur, quia conſtat „ Philippum II. Hiſpaniarum Regem juſ„ ſiſſe ſæpius, ut ad publicationem Concilii, non obſtantibus qui„ buſcumque oppoſitionibus, procederetur, & Margharitam Par„ menſem, Ducemque Albanum Belgii Gubernatores dictam pu„ blicationem urſiſſe, & modis omnibus procuraſſe „. Hos conatus, juſſiones, mandata loquuntur Hiſtorici omnes, & agnoſco Ego. Nihilominus mihi valde dubium eſt, an in Hollandia, & confœderatis Provinciis ſufficiens Concilii Trid. publicatio facta fuerit, imo an fieri potuerit talis neceſſaria publicatio, qualem ipſummet Concilium requirit, adeoque an obſervantia conſtitutionis Tridentinæ unquam cum auctoritate, & cum effectu inducta fuit in Hollandia, fœderatiſque Provinciis.

Fridericus Schenkius primus, & unicus poſt novarum Sedium erectionem Archiepiſcopus Ultrajectinus menſe Octobri 1565. indixit Synodum Provincialem pro publicatione Tridentini facienda ex mandato Regis. Reclamarunt contra Archidiaconi, Prælati, & Capitula quinque Eccleſiarum. Poſthabita illorum proteſtatione, juſſit publicationem fieri in Synodo die 31. dicti menſis Octobris; verum, appellantibus pleriſque, alia ſolemnis publicatio facta fuit in Metropolitana Eccleſia latine, & ex domo publica Civitatis Belgicæ

die 22. Junii 1566. Legitur etiam publicatio facta fuisse Delphis Oppido Hollandiæ, & Diœc. Ultrajectinæ, mense Augusto ejusdem anni 1566., cum nullum ob turbulenta tempora effectum habuisset, secuta est tertia publicatio Ultrajecti facta anno 1570., de quibus videri potest *Bat. Sac. par.* 2. *p.* 19., *& seqq.*, Cui authori, quamvis Schismatico Presbytero Ultrajectino non est, cur fidem denegem in hac parte historiæ, quia nullam fallendi causam habuit, & pro Concilii Tridentini observantia semper stetit. Ceterum ne Schenkio quidem Archiepiscopo sat auctoritatis fuit ad Tridentini publicationem, & observantiam procurandam. Archidiaconi nempe antiqua jura non dimittebant: Et Cornelius Meropius „ Archi-„ diaconus majoris Ecclesiæ, cui universa olim intra Civitatem, & „ aliquot in locis extra illam jurisdictio competebat, patrio idiomate „ Concil. Tridentinum annuntiavit.„ Quo successu in his, & in reliquis locis Diœcesis Ultrajectinæ, id ex sequentibus utcumque colligi poterit. V. *Bat. sac. p.* 19., *&* 55.

Verum enim vero hæ tres diversæ Concilii publicationes ex Regio mandato factæ videntur fuisse meri conatus, & omni effectu caruisse. Erat namque illis temporibus miserrima Ecclesiæ Batavæ facies, & inconomachia grassabatur per totum Belgium anno 1566., adeo, ut Magistratus Ultrajectinus coactus fuerit unam e Parochialibus Ecclesiis Civitatis S. Jacobo Sacram Hæreticis permittere, & tradere die 27. Augusti 1566., id est, decem mensibus post primam, & duobus dumtaxat post secundam, & quatuor omnino annis ante tertiam Concilii publicationem ibidem factam, quæ Parochialis Ecclesia numquam fuit restituta, rebus semper in pejus labentibus, & tandem desperatis; de quibus angustiis, & de eversa re Catholica loquuntur Historici omnes, & signanter videri potest, qui nuper ex professo (ut ajunt) hæc examinavit Ecclesiæ Meæ Metropolitanæ Canonicus, nunc etiam Archipresbyter E. P. Hoynch Van Papendreht in *hist. Eccl. Vltrai pag.* 6., *&* 7., & in ejusdem *Specim. Grum. Broedess. pag.* 30., *&* 31. Difficultates, & oppositiones publicationi Concilii factas adnotarunt Historici passim, & præ cæteris Nicolaus Burgundus Belga primum Professor Ingolstadiensis, dein Senatus Brabantinus Vir Catholicus, & Scriptor accuratus, qui rem compendio exhibet his verbis „ Primus omnium Archiepisco-„ pus Cameracensis, nec sine contentione *Concilium Tridenti-„ num* vulgavit. Eamdem enim Regionem necdum contagio „ late insederat. Post multum demum temporis Mechliniensis „ ægre obtinuit. Ultrajectino pertinacius contradictum. Cano-„ nici insolidum severitatem aspernabantur spernendi morum, & „ licentiæ assueti, cum Archiepiscopo crebrò intendebant certa-„ men, cujus frugalitatem pro vitiis oderant. Frisiorum Civitates „ misere legatos in Curiam. Opponentibus majorum mores. Con-„ stituta, responsum fuit, nihil adferri, cur morarentur deside-„ rium Regis, quod cæteræ Provinciæ tam prompte absolverant. „ Nec eosdem nunc scrupulos sibi primum moveri: plures Provin-„ cias idem agitasse; Sed manere jura sua cunctis integra, quoad

„ defi-

„ definierit Rex, quid de his fieri placeat. Non movebant hæc
„ Frisios obstinatos adversus imperium: multique contradictionis
„ auctoritatem Gubernatricis destructam sequens motus languen-
„ tem extinxit.

Inter Episcopos Suffraganeos Sedis Ultrajectinæ unicus legitur, Concilium Tridentinum in sua Dioecesi publicasse, nempe Daventriensis, quod serius ea Regio a fide, & ab Hispano Rege defecerit. Idem conabatur Middelburgensis Episcopus ordinationibus suis, & Synodi Dioecesanæ prælo Lovaniensi commissis, cum tota Zelandia a fide defecit. Reliqui tres, nemqe Harlemensis, Levardiensis, & Præoninquensis publicatione in Ultrajectina Synodo facta contenti ursere Tridentini Concilii observantiam, quantum quidem potuere, & hinc nata Authorum sententia afferentium, Concilium in foederato Belgio publicatum fuisse; prout etiam ad S. Sedem relatum fuit centum post annos in Relat. Archiepiscopi Ephesini apud *Hoguek Hist. Eccl. Vltaj. par.* 95.

Quid Schenekius Archiepiscopus post Synodi celebrationem egerit, id nos latet omne, & est mirum apud omnes Authores de hoc Præsulæ silentium: quamvis superfuerit annis prope quindecim, nempe usque ad 25. Augusti 1580, quo die obiit. Nemo illi successit, sed Archiepiscopus Ultrajectinus cum quinque Suffraganeis Dioecesibus, Vicario Apostolico a S. Sede attributi sunt. Primus Sasboldus Vosmerus de publicatione Concilii dubius anno 1609. 28. Junii illud rursum publicavit, usurpans hæc verba; „ Concilium Triden-
„ tinum .... alias publicatum iterato vobis proponimus, & in omni-
„ bus suis partibus observandum sub anathematis poena mandamus,
„ renovantes, & confirmantes omnia, quæ felicis memoriæ Reve-
„ rendissimus DD. Egidius de Moute Episcopus Daventriensis, &
„ Joannes „ *verius Cornelius* a Mirop Præpositus, & Archidiaconus
„ Ultrajectensis super hoc statuerunt. „ *Bat. Sac. par.* 55., *&* 67.,
Hæc ille, veluti si daretur intelligi, nihil actum fuisse a Schenckio, totaque Synodo Ultrajectina, vel ipsos frustra fuisse conatos. Certe de publicatione facta in aliis Dioecesis Locis, ac pluribus Oppidis, nihil prorsus, post longum, & diligens examen invenitur actum: nimirum Dordraci, Leidæ, Gaudæ, Reterodami, Schiedami, Gorcomii, Brilæ, Schoonhoviæ, Amesfortii, Dosestradi, quod iniqua tempora nihil simile, permiserunt. Et Henricus Cuyckius Episcopus Ruremundensis Secundus anno 1596. institutus, videns insigniora quoque Dioecesis suæ Oppida ab Hæreticis sibi erepta uti Neomagum, aliaque, non dubitavit declarare verbis ex Authographo infra referendis, Concilium Tridentinum illis in locis publicatum vix fuisse, aut publicari potuisse.

Porro ipsum met Concilium valde specialem publicationem *Capitis* 1. *de Reform. Matrim.* requirit, *&* *talem*, inquit *Zipaus Consf. can. lib.* 4. *de Sponf.*, *&* *Matrim. con.* 4. *n.* 3., *qualis nulla exigitur in toto corpore juris*, nimirum, ut Populo publicaretur, & explicaretur in *singulis Parochialibus Ecclesiis*, adeout non qualiscumque hujus Decreti conciliaris publicatio obliget, sed ea demum, quæ in sin-

gulis Parochiis facta fuerit. Proindeque Sac. Congregatio ejusdem „ Concilii Interpres alias declaravit non censeri satisfactum menti „ Concilii per publicationem in Regno, Provincia, aut in Synodo „ factam, sed necessario publicandum esse Decretum in singulis Pa- „ rochiis „ Ita *Eminentissimus Petra Constit. XII. Joannis XXII. tom.*4. *n.*33. Jam vero, quo tempore Schenkius Concilium publicare agressus est Hæretici cuncta terrore repleverant, deficiebant Civitates, & Oppida diebus singulis, & quotidianæ erant Monachorum, Parochorumque apostasiæ a fide, ut statuendum videatur, quod non constet, & rationabiliter dubitetur, an Concilium Tridentinum in *singulis Parochis* per Hollandiam, cæterasque fœderati Belgii Provincias publicatum sit, aut publicari potuerit. Authores porro omnes, qui asserunt, Concilium Tridentinum in Hollandia publicatum esse, non loquuntur de publicatione facta ad mentem Concilii, id est in *singulis Parochiis*, prout in Belgio Catholico factum fuit, & patet ex Synodo Prov. Melch. 1., quæ voluit, ut d. cap. 1. non semel, sed sæpius Populo in concionibus proponerent Parochi. Sed illi, & hi Authores quoque, qui in scripto EE. VV. porrecto pag. 151. citantur, simpliciter scribunt, Concilium in Hollandia publicatum fuisse, prout communiter, hodieque apud nos dicitur ob cognitam scilicet Regis Philippi voluntatem, & imperium.

Non dissimulabo, quod Vicarii Apostolici Sasboldus, & Rovenius pro munere suo Concilii observantiam, & signanter hujus *capitis* 1. continuo urserint, prout Decreta ab ipsis emissa, & relata in Bat. Sac. fidem faciunt; sed, an hæc Decreta sufficientis, & necessariæ puplicationis vim, & robur obtineant, id enim vero non est valde expeditum, quandoquidem, dum illi præessent, eversa esset tota Religio; tum quod ipsimet Vicarii Apostolici quidquam *publicare* prohibebantur per Status Acatholicos, per quos etiam in exilium missi sunt ambo, tum etiam, quod eorum Decreta vix divulgabantur, & nonnisi sero, maximoque cum periculo pervenire poterant ad manus, non jam Parochorum, (quales nulli amplius, ablatis jam templis, proscriptaque Religione Catholica, supererant), sed Missionariorum latentium in occultis, ignotisque locis, qui quoque talem Tridentini Constitutionem sine capitis periculo Populo publicare, & explicare in singulis Parochialibus Ecclesiis non valebant, aut poterant. Quod adeo verum est, ut Episcopus Castoriensis Vicarius quoque Apostolicus anno 1668. (mitioribus nempe temporibus) evulgans Constitutiones servandas a Presbyteris in fœd. Belgio laborantibus testatus fuerit, quod „ Constitutiones, „ quas Archiepiscopus Philippus Rovenius emisit, temporum „ ratio, vel infregerit, vel fere antiquaverit.

Porro quousque hæ meæ circa Concilii Tridentini non sufficientem promulgationem considerationes, & anxietates valere debeant, EE. VV. Sapientissimo judicio relinquo. Aliud aggredior, quod pariter in facto consistit, nempe illam obtinuisse praxim in fœderato Belgio, ut Matrimonia Hæreticorum absque forma Concilii contracta, ibidem rata, & valida habeantur, & quod Conjuges ad

ad fidem converſi non ſoleant, *ad de novo contrahendum obligari*.

A quo tempore hæc praxis introducta fuerit, non liquet, verum illa incrementum ex propalata Sententia Epiſcopi Caſtorienſis Vicarii Apoſtolici, quam cum a viſitatione ſacrorum liminum reverſus eſſet, conſulta ſuper hac re Sancta Sede omnibus per Hollandiam Sacerdotibus in cura animarum laborantibus annuntiavit, & quam refert Author Bataviæ Sacræ pag.481., ſuper qua a Prædeceſſore meo Alphonſo de Berghes interrogatus Epiſcopus reſcripſit eidem, prout in annexo folio deſumpto ex Authographo, quod in Archiviis meis conſervatur. Ejuſdem cum Caſtorienſi dudum antea mentis fuit Henricus Cuiickius Ruremundenſis Epiſcopus, qui ad Prædeceſſorum pariter meum Matthiam Hovium ſcripſit hæc verba ex Authographo in iiſdem Archiviis aſſervato „ De Matrimoniis, quæ „ apud Perduelles, ubi publicum Catholicæ fidei profligatum eſt „ exercitium, abſque Parochi præſentia contracta ſunt, & dies con- „ trahuntur, dici aliud non poteſt, quam rata eſſe habenda : nec il- „ lis obſtare Tridentinæ Synodi Conſtitutionem, talia irritantem „ Matrimonia iis in locis, ubi Conſtitutionis illius legitima facta „ eſt publicatio. Ea enim Conſtitutio pluribus in locis vix „ publicata eſt ante Catholicæ Religionis proſcriptum exercitium, „ & poſt ſubſecutam longiſſimi temporis perduellionem, nec un- „ quam repetitam, aut renovatam eam publicationem, tum in „ Civitatibus, tum maxime in Pagis jam dudum obliterata cenſeri „ debet, & junioribus prorſus incognita eſt ea Conſtitutio, ejuſque „ publicatio „ Ubi obſervo, quod teſtante Epiſcopo Cuiickio, Concilii Tridentini Conſtitutio, & publicatio junioribus in Diœceſi ſua huic meæ Sedi Metropolitanæ ſuffraganea *incognita eſſet* ante quadraginta annorum lapſum. Publicatio enim per Provinciam Mechlinienſem facta eſt anno 1570., & Cuiickius obiit anno 1609.

His præmiſſis, ut iſtius Sacræ Congregationis juſſioni ſatisfaciam, dubia, quæ EE. VV. in laudato ſcripto Typis impreſſo propoſita ſunt, in quoſdam articulos dividenda duxi, ut mentem meam, & votum dilucidius exponam.

I. *Duo Acatholici Hollandi, contracto Matrimonio coram Miniſtro, vel Magiſtratu Acatholicis, convertuntur ambo ad fidem. quæritur, an Matrimonium ſit nullum, & ritu Catholico renovandum, ſervata forma Concilii Tridentini.*

Ad hanc quæſtionem de jure reſpondere ad ſolam ſpectat S. Sedem Apoſtolicam. Quare referam de ſola praxi obſervata in Hollandia, & de rationibus, quibus illa innititur.

Igitur EE. Veſtras certiores facio, ab omnibus omnino Miſſionariis Secularibus, & Regularibus talia Matrimonia haberi valida, & nullo prorſus ſcrupulo illos deſuper angi, ac nunquam ipſos adigere Conjuges converſos, ut de novo contrahant. Quinimo Matrimonia inter Catholicum, & Acatholicam, ac vice versa eodem modo contracta, habentur valida ad minus in ratione contractus, niſi pars Acatholica eſſet Anabaptiſta, & non baptizata. Hæc praxis a tempore Epiſcopi Caſtorienſis, ideſt ab anno 1671. Univerſaliter in-

introducta, & observata fuit, eo quod ille Roma reversus, tam versus, tam verbis, quam scriptis declaravit, sibi a S. Officio mandatum fuisse, ut sequeretur, *quod saluti animarum maxime crederet opportunum*, prout pariter testatus est apud Prædecessorem meum, ut est in annexo Folio. At qui, inquiunt Missionarii Hollandi, S. Sedes non ignoravit hanc praxim a Castoriensi introductam, & is non caruit Adversariis, qui Romæ exponerunt, quid ille tanquam a S. Sede acceptum, allatumque deprædicabant, prout re ipsa contigisse asserit *Martinus de Suaven de Sponf. duorum* citatus in scripto Sac. Congregationis exhibito, porro S. Sedes non contradixit, & non vetuit praxim, quæ jam sexaginta, & amplius annos obtinet.

Rationes hujus praxis receptæ allegant duas, unam, ne Religio Catholica illis in partibus, si docerent, Acatholicos omnes tali modo conjunctos esse fornicatores, & ex fornicatione natos, maximopere odiosa fieret Acatholicis, & acerbissimam in se persecutionem excitaret. Altera, ut facilior redderetur conversio Acatholicorum, dum Conjuge Acatholico conversionem procrastinante, parti Catholicæ licitum est, in Matrimonio ita contracto permanere sine contumelia Creatoris. Ex hac praxi concludunt Missionarii Hollandi, quod cum sciente, & non prohibente S. Sede, illa jam tanto tempore obtinuerit, Ecclesia derogant Legi Tridentinæ, aut saltem pro Hollandia relaxari.

Dxi Matrimonia in Hollandia contracta ibidem rata haberi saltem in *ratione contractus*: quia illi Missionarii ex scholis nostratibus eo missi, qui separant contractum Matrimonialem a Sacramento, & tenent, Parochum, non autem Contrahentes esse Ministrum Sacramenti; hi, inquam, hanc alteram habent praxim: quod etsi credant, talia Matrimonia esse valida, tamen ea renovari curant, dum utraque pars convertitur, & dum id commode fieri potest: allegantes pro ratione, I. quia certius est, Matrimonium subsistere, quod coram Parocho, & Testibus initur. II. Quia Benedictionis Sacerdotalis participes tunc fiunt. III. Quia probabiliter etiam Sacramentum, & gratiam Sacramenti tunc suscipiunt, certum non sit, an non sufficiat pro materia Sacramenti Matrimonii illa renovatio consensus, ut aliqui Doctores adnotant: Et hæc forsitan ratio est, cur in locis Catholicis de novo coram Parocho, & Testibus post separationem, & peractam pœnitentia contrahere jubeantur illi, qui ab ante i vito, & renitente Pastore in ipsius, & Testium præsentia contraxerunt.

II. *Casu, quo una pars supradictorum conjugum convertatur ad fidem altera in hæresi permanente, quæritur, an pars Catholica possit relinqui in illo Conjugio, & in bona fide, & admitti possit ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ.*

In tota Missione Hollandica obtinet praxis, ut pars conversa in Matrimonio relinquatur, & peracta pœnitentia ad Sacramenta admittatur. Et ejusdem mentis est Eminentissimus Petra, & la Croix relati in scripto Sac. Cong. oblato pag. ibidem 156. Nam ut supponitur, Matrimonium in ratione saltem contractus est validum. Hæc au-

autem ſententia, vel ideo eſt amplectenda, & oppoſitæ præponenda, quia converſioni favet, & tranquillitati publicæ: Nam ſi pars converſa ſeparari deberet a parte hæretica (prout certo in oppoſita ſententia fieri deberet) innumeræ ſequerentur difficultates, maxime ubi proles jam eſſet nata: ex quibus ſe extricare nullatenus poſſet pars converſa, niſi Patriam relinqueret, & ſic omnes omnino Miſſionarii evidenti periculo exilii, aliorumque gravium malorum ſubiicerentur.

Quare videtur quoque Parochus talibus non debere Sacramenta denegare: ſed partem vere converſam paterno affectu amplecti, & quamdiu altera pars converſa non fuerit, nihil de Matrimonio imprudenter effutire: Sic enim melius conſuletur educationi prolis in fide Catholica, & facilius allicietur ad fidem pars nondum converſa, quæ alias forſitan reſiliret, dum reſciret, ſe uſque modo in continua vixiſſe fornicatione, & reſiliendo prolem ſecum adduceret ad Templa Acatholicorum, uti experientia docuit.

III. Quæritur, an expediat definitive declarare ex auctoritate Apoſtolica, matrimonia *Hollandorum citra formam a Conc. Trid. præſcriptam contracta nulla eſſe, & invalida?*

Epiſcopus Caſtorienſis teſtatus eſt, quod anno 1671. ſibi Roma reſponſum fuerit a S.Officio: *non convenire, ut quæſtio a ſe poſtpoſita a S.Officio definiretur.*

Et hæc S. Congreg. ſub die 23. Auguſti 1681. ſeſe abſtinens ab explicita declaratione nullitatis dd. matrimoniorum reſcripſit: *ad mentem cum Sanctiſſimo ſcilicet ſi eſſet reſpondendum dubio eſſet, reſpondendum negative*, & huic ſententiæ inhæſit die 30. Febr. 1683. Ita in ſupracitato ſcripto in S. Congreg. exhibito *pag.* 154.

Si tempore Caſtorienſis Epiſcopi, & decennio poſt, viſum fuerit, talem deciſionem non expedire, patientur EE.VV., ut hodie judicem, talem deciſionem horrendum in modum obfuturam bono Religionis in Hollandia, cujus rei ratio fruſtra a me multis verbis allegabitur, dum illa EE.VV. minime lateat. Unum illud exponere liceat: Evidentiſſimum, & inevitabile Religioni Catholicæ exitium imminere, dum ex tali declaratione Rectores Reipublicæ fœderati Belgii intelligerent, ſe poſt centum quinquaginta annos demum damnari, tamquam in continua fornicatione viventes, ex fornicatione natos, & nonniſi prolem fornicariam gignentes. Vereor etiam, ne Janſeniſtæ nondum ſubacti, & non omni potentia exuti in S. Sedem crudeliter inſurgerent, & ipſoſmet Reipublicæ Rectores in univerſos Romano-Catholicos, omneſque Orthodoxos Miſſionarios implacabiliter concitent; prout nuper effecerunt occaſione Officii S.Gregorii Papæ VII. quando exiit edictum juramenti ab omnibus omnino Miſſionariis præſtandi ſub pœna exilii, aliorumque malorum. Quare etiam ſuppoſita S. Conc. Trident. promulgatione ſufficienti, & per omnes, ac ſingulas Parochiales Eccleſias, cenſeo non expedire, ut talis definitiva edatur declaratio nullitatis matrimoniorum in Hollandia citra præſcriptum Concilii contractorum. Verum eſt, Acatholicos hanc gratiam non mereri, ſed bonum Religionis, &

Fidei

Fidei Catholicæ conſervatio, nec non 50. millium Romano-Catholicorum in fœderato Belgio degentium commiſeratio hanc gratiam videntur mereri in re, quæ eſt ſolius juris poſitivi Eccleſiaſtici.

Omnibus conſideratis, ſinant EE.VV., ut ſententiam meam totaliter, & integre aperiam. Non videtur mihi ſufficere, ut matrimonia, de quibus quæſtio, ſimpliciter tolerentur, prout hactenus illa tolerata fuere: Nam ſic Epiſcopis, Parochis, & Miſſionariis ſuperſunt, & remanent eædem perplexitates, anxietates, & dubia, de quibus merito apud hanc S. Congreg. conqueritur Epiſcopus Iprenſis, & quæ me etiam ſubinde vexarunt, & ancipitem reddiderunt, & ſalvo Sanctitatis Suæ ſupremo Oraculo, judico expedire in re adeo perplexa, ut pro ſalute animarum, & pro incremento Fidei Catholicæ in fœderatis Provinciis (quibus Conc. Trident. ſufficienter fuiſſe publicatum non conſtat) Summus Pontifex legem latam per Conc. Trid. ex ſuprema authoritate relaxet, & ſuper dicto impedimento novo cum Incolis Provinciarum illarum diſpenſet; quando ceſſabunt graviſſima incommoda, converſio ad fidem catholicam reddetur facilior, diſſidia, & odia non orientur inter partem catholicam, & hæreticam ratione conſenſus, quem pars hæretica non volet renovare coram Parocho; una pars alteram non deſeret, nec ad aliud matrimonium convolabit; vitabuntur fornicationes non tantum formales, ſed etiam materiales, quæ, dum fieri poteſt, impediri quoque debent. Denique pars catholica ſine ulla anxietate ad Sacramenta admitti poterit.

Liceat quoque illud adnotare, quod in matrimoniis Hollandicis, pro more, & ſecundum leges regionis celebratis, nimirum præmiſſis tribus proclamationibus, ſuper quibus numquam diſpenſatur, & adhibitis duobus teſtibus, qui ſemper ibidem adhibentur, obtineatur finis a Concilio intentus: qui fuit, ut graviſſima peccata, quæ ex clandeſtinis matrimoniis ſequebantur, efficaciter impedirentur; præſertim eorum, qui hac occaſione in ſtatu damnationis perſeverabunt, dum priori Conjuge, cum qua contraxerant, relicta, contrahebant cum alia publice, quia prius matrimonium probari non poterat; Et ſic cum poſteriori conjuge in perpetuo adulterio vivebant; atque hic finis etiam obtinetur per matrimonia coram Magiſtratu Acatholico in Hollandia contracto.

Poſtremo ad EE.VV. notitiam deducendum exiſtimavi, ſpem eſſe non infundatam, ut ipſimet Status Hollandiæ modum ponant frequentibus illis conjugis inter diſparis Religionis homines, unde Eccleſiæ Catholicæ non modica adveniret utilitas: dum ex illis matrimoniis tam bene naſcitur periculum perverſionis partis hæreticæ, & proles non periclitabitur de fide; certe anno 1728. proponente Magno Penſionario in ordinario ſtatuum congreſſu, deliberatum fuit, ut ad impediendas rixas, diſſidia, & alia varia incommoda provenientia ex matrimoniis prætenſi reformati cum catholica non liceret ulli reformato, aut illi, quorum parentes actualiter, aut, dum viverent, religionem reformatam profitebantur, conjugium inire cum catholica; & quod proles ex ſimilibus prohibitis matrimoniis nati eſſent

ſent illegitimi,& legitimari non poſſent.Porro die 30.Aprilis 1732. conſtituerunt in alio ordinario congreſſu hanc propoſitionem exequutioni mandare, & per Edictum promulgare, quod ultimum tamen uſque in hunc diem (incompertum ob quas cauſas) ad effectum deductum non eſt, niſi nuper admodum pro ſolis Officialibus militaribus.

Igitur, ut votum meum ad præmiſſa dubia diſtincte apud EE.VV. proferam, cenſeo ad primum: *Matrimonia Acatholicorum in Hollandia contracta citra formam a Conc. Trid. præſcriptam, rata eſſe, & valida, ac minime renovanda, ſi nullum obſtet impedimentum Canonicum.*

Cenſeo ad ſecundum: *partem converſam poſſe relinqui in illo conjugio taliter contracto, & in bona ſua fide, atque a Parocho poſſe, & debere admitti ad alia Sacramenta, ſervatis ſervandis.*

Cenſeo ad tertium: *Non expedire ſolemniter declarare matrimonia Hollandorum eſſe nulla, & invalida, etiamſi S.Sedi videretur ſtatuendum eſſe, quod ea nulla, & invalida ſint: idque ob graviſſima, & inevitabilia mala Religioni Catholicæ ex tali declaratione imminentia.* Et EE. VV. manus humillime deoſculor.

Michliniæ die 18. Octobris 1737.

EE. VV.

Humillimus, & Devinctiſſimus Servitor verus.
Tho: Cardinalis de Alſatia.

D

Adnotationes Secretarii in Cauſa Ipren. Viſitationis Sacrorum Liminum.

ARTICULUS PRIMUS.

An Decretum Sacri Concilii Tridentini cap.1. ſeſs.24. de Ref.Matrim. *fuerit in Hollandia, cæteriſque Provinciis confœderatis promulgatum.*

RELigioſiſſimus Hiſpaniarum Rex Catholicus Philippus II., ut eximio, quo erga Apoſtolicam Sedem cultu,ſtudioque gloriabatur, ejus Eccleſiaſticis Sanctionibus obſequeretur, quum primum accepit, Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi Decreta fuiſſe a Summo Pontifice Pio IV. ſolemni ſua Conſtitutione ſub datum diei 24.Jan.1564. confirmata, ſtatim edixit, ut eadem in ſingulis Statibus, atque Provinciis ſibi ſubjectis promulgarentur, utque Rectores, ac Præſides ipſorum Statuum, & Provinciarum curarent ibidem ea recipi, atque obſervari: Id vero cum feliciter in Hiſpaniarum Regnis ſucceſſiſſet, non æqua rerum tranquillitate, parique animorum conſenſione obtineri potuit in Belgio, aliiſque finitimis Provinciis, quas eo tempore Regis Fratris ſui nomine gubernabat Margharita Auſtriaca, Parmenſis nuncupata: Licet enim Philippus Sororem ſuam monuiſ-

monuisset, *nella pubblicazione, ed esecuzione diligentissima del Concilio di Trento non dover essa per qualunque riguardo punto allentare*, iterumque aliis in literis eidem mentem suam aperuisset in hæc verba: *Non piacergli, che si eccettuasse veruna cosa nella promulgazione del Concilio, affinchè non si porgesse materia così di mormorare. Intorno a dritti, e del Re, e delle Provincie essersi il tutto considerato abbondevolmente, quando s' era trattato di publicare il Concilio in Ispagna, ove aveano luogo le stesse difficoltà: e siccome quivi non si erano apprezzate, promulgandovisi il Concilio senza niuna limitazione, e ponendo solo qualche leggiero temperamento nell' uso: così voler lui, che si adoperasse in Fiandra. A questo fine mandarsi copia della promulgazione preceduta in Ispagna, acciocchè tutti i Popoli a se ubbidienti si riducessero alla medesima norma*, juxta testimonium, quod hac de re perhibet *cl.mem.Card.Pallavicinus in hist. Conc.Trid. lib.*14. *cap.*12. Tot tamen, tantique tumultus sub illa tempora, & ea occasione in prædictis Regionibus sunt excitati, ut merito in controversiam revocari posse videatur, num S.Trid.Concil., & præsertim ejus *cap.*1. *sess.*24. *de ref. matr.* fuerit in Hollandia, cæterisque Provinciis confœderatis, juxta legem ab eodem Concilio indictam, promulgatum; cumque ad rem, de qua agitur, id præ primis stabiliendum sit, haud inutile erit, momenta, quæ in utramque partem adduci possunt, paulo fusius exponere.

2 Ut itaque exordium sumatur ab iis, quæ promulgationem Tridentinæ Synodi in enunciatis Regionibus sequutam videntur evincere, occurrit primo authoritas plurium non obscuri nominis Historicorum, qui referentes præmissos Catholici Regis Philippi jussus, eosque tanta animi firmitate ab ipso iteratos, posthabitis quibuscumque Magistratuum multipliciter obnitentium contradictionibus, omnia, & singula Tridentinorum Patrum Decreta sine ulla penitus limitatione promulgari præceperit, inde conjectant, asseruntque, ejus imperatis fuisse paritum; uti præ cæteris videre est apud *Spondanum ad annum Christi* 1565. *n.*5. *Famianum Strada de bello Belgico dec.*1. *lib.*4. *in fin. Card. Bentivoglio delle Guerre di Fiandra lib.*2. *pag. Mihi* 22., & *Card. Pallavicinum in Hist. Conc. Trid. lib.*14. *cap.*12., qui, post relatas præinsertas Philippi literas, in hæc verba concludit: *Questa pietà del Rè Filippo congiunta con quella del Rè Bastiano, e de' Principi Italiani sottomise al Concilio le Regioni Occidentali dell'uno, e dell' altro Mondo, e parte del Settentrione, e l' Indie Orientali, e molti Paesi dell' Affrica, e per quanto a' climi, ed alle qualità di quelle Chiese confacevansi le stabilite Constituzioni Tridentine.*

3 Secundo in eamdem sententiam conveniunt graves Theologi, & Canonistæ, ubi enim agunt de famigerato Tridentinæ Synodi decreto irritante matrimonia, quæ sine Parochi, ac duorum saltem testium præsentia imposterum contraherentur, apposite tradunt, eamdem Synodum fuisse in sæpedictis Provinciis evulgatam, inter quos sunt *Bruno Neusser disput.*182. *n.*4. *de Veryviis art.*1., *Reiffenstuel. in jus can. lib.*4. *tit.*3. §.3. *n.*137. *in fin. Smalzgrueber eodem lo-*
co

co n.115. & seq. Verricell. de Apostolic. Mission. tit. 12. de matr. q. 172. sect. 1., *Platellius in Synopsi Cursus Theolog. par. 5. cap. 7. §. 5. de Clandest. matr. n. 1123.*, *Arsdekin. Theologia Tripartit. tom. 2. par. 2. tract. 4. cap. 8. de matr. §. 4. n. 2.*, *la Croix theogol. moral. lib. 6. par. 3. de matr. n. 767.*, *Emus Petra in suis doctissimis Comment. ad Const. 2. Joannis XXII. n. 23. tom. 4.*, & alii.

4 Tertio concurrunt testimonia, quæ non semel perhibuere tum Apostolici Vicarii, tum Missionarii in eas Regiones ablegati; quippe qui consulentes modo unam, modo alteram ex Sacris Congregationibus Urbis, num matrimonia ibi coram Acatholico Ministro inita deberent rata censeri, juxta casus expositos in Folio in hanc causam distributo sub diem 17. Augusti superioris anni §. *Verumtamen*, *& duob. seq.*, pro certo assumere videntur, Tridentinum fuisse illic promulgatum; secus enim dd. Matrimoniorum validitatem, quam de cætero conati sunt aliquando propugnare, in defectu promulgationis Tridentini facillime constituissent.

5 Accedit demum non semel pandita S. hujus Congregationis opinio; sive enim attendatur Dubium in Causa *Hollandiæ matrimoniorum* in hæc verba conceptum: *An in Provinciis Belgii confœderatis valeant matrimonia Catholicorum cum Etherodoxis contracta coram Magistratu hæretico, non obstante Decreto Concilii de solemnitatibus matrimonii in illis Provinciis publicato, & recepto*, cui sub diem 23. Augusti 1681. rescriptum fuit: *Ad mentem cum Sanctissimo*; Mens autem explicata est: *Si esset respondendum, respondendum esse negative*, ut in *lib. 31. Decr. pag. 459.*, sive ratio habeatur posterioris Resolutionis datæ in *Boscuducen. Matrimonii 3. Febr. 1683.* ubi, disceptatis Dubiis: I. *An si quis, dum erat hæreticus, matrimonium contraxit coram Magistratu, vel Ministro hæretico, & postea convertatur ad fidem catholicam, requiratur ad validitatem hujusmodi matrimonii novus consensus utriusque conjugis, vel conversi tantum*. II. *An, quatenus hujusmodi novus consensus præstari commode nequeat, nihilominus indulgendum sit, ut in hujusmodi matrimonio possit conversus licite perseverare*, rescriptum pariter fuit: *Ad mentem*, quæ in hunc pariter modum legitur exposita: *Mens est, quod servetur id, quod fuit observatum in simili casu a S. Congr. Concilii in una Hollandiæ matrimoniorum 23. Augusti 1681. lib. 33. decr. pag. 52. & seqq.*, res utique absoluta videtur, S. Congregationem de sufficienti promulgatione Trid. Concilii, & signanter ejus Decreti sub *cap. 1. sess. 24. de ref. matr.*, jampridem sequuta in Hollandia, aliisque confœderatis Provinciis nequaquam dubitasse.

6 At adversus hæc non levia sunt, quæ opponuntur, quæque, si non probant omnino per negativam, ut dici solet, coarctatam, Tridentinum in Hollandia, aliisque confœderatis Provinciis promulgatum non fuisse, rem saltem videntur in magna dubietate constituere; siquidem pro eo, quod pertinet ad historica monumenta, ponderandum in primis sese offert, omnes ferme authores in eo convenire, quod sub annum 1564. truculentissima bella, civilesque seditiones cœperint in dictis Provinciis excitari, ita quidem, ut in se-

quenti anno 1565. jam fuiſſet illic ab Heterodoxis lethale hæreſis venenum late diffuſum; unde Altaribus præſertim dirutis, ſacris Imaginibus e Templis undequaque abraſis, falſaque Doctrina ab Exedris publice diſſeminata, Catholici Paſtores a Parochiis ſuis exulare cogerentur, ac mala tandem eouſque devenerint, ut circa annum 1572. totam ferme Hollandiam, Zelandiam, ac Friſiam a Catholico Rege, & ab avita Religione miſerrime defeciſſe, enarrent *Famianus Strada de Bello Belgico dec.1. lib.4. in fin. Card. Bentivoglio delle Guerre di Fiandra lib.2. pag. mihi 22.*, hinc enim videtur inferri poſſe, Trid.Concilium, ac præcipue Decretum *cap.1.ſeſs.24. de ref. matr.* nequiviſſe iis in Regionibus promulgari, quemadmodum ratiocinantur nonnulli Auctores, quos tacito nomine refert *Marchantius in Tribunali Sacram. tom.3.part.3.tract.1. tit.7. q.10. concl.3.*, ubi primum ſic habet: „ Porro quidam chronologico argumento non male probant, Concilium Tridentinum, & hanc maxime legem de præſentia Parochi, nec ſufficienter promulgari, nec uſu communi firmari a principio in Hollandia potuiſſe, quia anno 1563., quo primum Romæ promulgatum eſt, in Provinciis illis Belgii erant truculentiſſima bella, & ſeditiones civiles, hæreticis, & hæreſibus jam graſſantibus, & venenum ſuum diffundentibus, ita ut anno 1565. Templa ſpoliarentur, Iconoclaſtarum furore Imagines, & Altaria deſtruerentur; Paſtores ſuis Parochiis exturbarentur, conciones hæreticæ publice fierent, boni, & fideles Reges exularent, donec tandem anno 1572. tota Hollandia, Zelandia, Friſia a Rege Catholico, & avita fide deficeret: *deinde vero ex recenſita hiſtoria in hac verba concludit*: Quis hiſce concuſſionibus, & turbulento Patriæ ſtatu credat, Concilium Tridentinum in locis tam afflictis fuiſſe legitime promulgatum, & uſu communi legem de præſentia Parochi receptam? Maxime cum Parochi exularent, itaut nullus Sacerdos auderet comparere, unus fuerit fidelium luctus, quod ad Sacramenta etiam neceſſaria, quæ horum plenam fidem faciunt „. Et quamvis re ipſa Tridentinam Synodum a Friderico Schenkio primo Ultrajectino Antiſtite ſemel, iterum, ac tertio ſub annos 1565. 1566. & 1570. ab Archiepiſcopis Cameracenſi, & Mechlinenſi, & demum ab uno ex ſuffraganeis Ultrajectinæ Sedis, nimirum ab Epiſcopo Daventrienſi, promulgatam fuiſſe, referat *Author Bataviæ Sacræ par.2.n.19. & ſeq.*; dubitandi adhuc locum de ſufficienti ſaltem promulgatione videntur præbere difficultates, impedimenta, atque oppoſitiones a Cathedralium, & Collegiatarum Capitulis, Archidiaconis, aliiſque inferioribus Prælatis, itidemque a ſecularibus earumdem Provinciarum Magiſtratibus interjecta, ne Tridentinæ Sanctiones publica authoritate promulgarentur; magiſque, ne earum fieret acceptatio, vel ſequeretur exequutio, quemadmodum ex Hiſtoricis ſcripſere *Card. Bentivoglio delle Guerre di Fiandra lib.2.fol.mihi* 45. 48., & 117., præcitatus *Author Bataviæ Sacræ part.2. pag.19. & ſeqq.*, *Hoynck Van. Papendrecht. in hiſt. Eccl. Ultraject. pag.6. & 7. & in ejuſdem ſpecim. Grud. Broederſ. pag.*30. & 31., & præcæteris *Nicolaus*

laus Burgundus Belga, & author accuratiſſimus rem totam in hæc verba exhibens „ Primus omnium Archiepiſcopus Cameracenſis, „ nec ſine contentione *Concilium Tridentinum* vulgavit. Eamdem „ enim Regionem, nec dum contagio late inſederat. Poſt multum „ demum temporis Mechlinenſis ægre obtinuit. Ultrajectino „ pertinacius contradictum. Canonici inſolitam ſeveritatem aſper- „ nabantur, ſpernendi morum, & licentiæ aſſueti, cum Archiepi- „ ſcopo crebro intendebant certamen, cujus frugalitatem pro vi- „ tiis oderant. Friſiorum Civitates miſere Legatos in Curiam; op- „ ponentibus majorum mores, & conſtituta, reſponſum fuit, nihil „ adferri, cur morarentur deſiderium Regis, quod cæteræ Provin- „ ciæ tam prompte abſolverant. Nec eoſdem nunc ſcrupulos ſibi „ primum moveri: Plures Provincias idem agitaſſe; ſed manere „ jura ſua cunctis integra, quoad diſquiſierit Rex, quid de his fieri „ placeat. Non movebant hæc Friſios obſtinatos adverſus impe- „ rium: multiſque contradictionibus authoritatem Gubernatricis „ deſtructam ſequens motus languentem extinxit.

8 Augetque dubitandi occaſionem defectus certi alicujus monumenti, ex quo peculiariter elici queat promulgatio ſæpedicti *cap.*1.*ſeſs.*24. *de ref. matr.*; Cum enim præcitati Authores eam videantur inferre ex ſola generali promulgatione Concilii Tridentini; hæc tamen ſufficiens non præbet argumentum aſſerendi, quod factum fuerit ſatis legi in dictæ a Tridentinis Patribus, qui de hac ſanctione agentes præceperant omnibus Ordinariis „ ut cum primum poterint, cu- „ rent hoc Decretum Populo publicari, ac explicari in ſingulis ſua- „ rum Dioeceſum Parochialibus Eccleſiis; idque primo anno quam „ ſæpiſſime fiat; deinde vero, quoties expedire viderint; utque hu- „ juſmodi decretum in unaquaque Parochia ſuum robur poſt trigin- „ ta dies habere incipiat a die primæ publicationis in eadem Paro- „ chia factæ numerandos „ & notant *Fagnan. in cap. Quod a Prædeceſſore* 1. *n.*143. *de Schiſmat.*, *Reiffenſtuel in Jus Can. lib.*4. *tit.*3. *de Clandeſt. deſponſ. n.*21. *Smalzgrueber eod. loco* §.2. *n.*98.

9 Et ſane ipſi quoque Hiſtorici Scriptores, promulgatum aſſerentes Tridentinum in illis Provincis, nullum adferunt teſtimonium, ex quo compertum fiat, toties d. Decretum aliquo temporis ſpatio fuiſſe inibi obſervatum; quum de cætero validius argumentum pro inferenda promulgatione memorati decreti iis in locis, ubi ſatis de illa non conſtat, erui ſoleat ex obſervantia, ſi nimirum doceatur, ibi aliquando matrimonia cum Parochi, ac Teſtium præſentia fuiſſe celebrata, uti appoſite notant *Fagnan. in d. cap. Quod a Prædeceſſore prim. n.*143. *de Schiſmat. Pignattell. tom.*4. *conſult.*79. *n.*40. *Smalzgrueber in Jus Can. lib.*4. *de Clandeſt. deſponſat.* §.2. *n.*100., & *Marchantius in Tribunal. Sacram. tom.*3. *part.*3. *tract.*1. *tit.*7. *qu.*10. *concl.*1., utens hoc argumento ſic ait „ In locis Hollandiæ, Ze- „ landiæ, Friſiæ &c. in quibus non conſtat, legem Tridentini fuiſſe „ legitime promulgatam, & ex vi ejuſdem Concilii aliquo notabi- „ li tempore, ſaltem unius, vel alterius anni, communiter, & paſ- „ ſim obſervatam, pro non promulgata habenda eſt „ & conſonat

Rescriptum S. Congregationis relatum per *Farinac. par.* 4. *decis. seu Resol. ejusd. S. Congr. fol. mihi* 271., ubi eadem S.Congregatio, ab Episcopo Tricariensi consulta circa forma matrimoniorum, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ contrahuntur, ita respondit: „ Ubi hoc decretum nondum est publicatum in Parochia, va-„ let matrimonium contractum absque observatione formæ a Con-„ cilio præscriptæ. Publicatio autem decreti facta præsumitur, ubi „ decretum ipsum fuit aliquo tempore in Parochia, tamquam de-„ cretum Concilii, observatum „ In idemque collimat altera Resolutio edita in *Constantinopolitana* 2.*Dec.*1634., in qua responsum fuit,„ Rituale Romanum de Sacramento Matrimonii continens for-„ mam Decreti S. Conc. Trid. *cap.*1. *sess.*24. *de ref. matr.* obser-„ vatum in singulis Parochiis Civitatis Peræ tamquam Decretum „ S. Concilii, & Summi Pontificis Romani, inducere sufficientem „ præsumptionem publicationis ejusdem Decreti, itaut in celebra-„ tione matrimoniorum pro illorum validitate servanda sit forma „ ab eodem S. Concilio præscripta „ ut in *lib.*15. *decr. pag.*130. Unde a contrario sensu, ut dici solet, merito inferri posse videtur, quod, ubi minime constat, controversum Tridentini Decretum fuisse aliquando observatum, non debeat promulgatum censeri.

10 Neque magnum momentum videtur constitui posse in aliis Resolutionibus ejusdem S. Congreg. præcedenter allegatis; quippe quæ declarantes invalida matrimonia in sæpedictis Provinciis confœderatis absque Parochi, & Testium præsentia celebrata, tametsi citra dubium innitantur assertæ promulgationi Concilii ibidem sequutæ, nusquam tamen apparet, iisdem Resolutionibus præcessisse sedulam, maturamque investigationem, num revera promulgatio Concilii Tridentini in iis Regionibus fuerit rite expleta; adeout prudenter liceat opinari, facilem fortasse S. Congreg. præstitisse fidem Missionariis, & Vicariis Apostolicis, qui, sufficienti rerum indagatione non præmissa, eas tantum promovebant quæstiones, quibus dispositio Tridentini, quatenus promulgata, & usu recepta, locum præberet, quemadmodum bene colligitur ex verbis, quibus conceptum fuit dubium in præcitata Causa *Hollandia Matrimoniorum*, præseferens tanquam rem sub disputatione tunc minime cadentem, quod Decretum Concilii de Solemnitatibus in Matrimonii contractu servandis fuisset in illis Provinciis nedum publicatum, sed etiam receptum.

11 Quin vero haud inconsulto explicitum censeri debet in memorato Dubio discusso pro Causa *Hollandiæ Matrimoniorum*, quod sæpedictum Tridentini Decretum fuisset in iis Regionibus non solum promulgatum, verum etiam receptum: quia, si S. Congregationi sola qualiscumque publicatio fuisset exposita, itaut EE. PP. suspicari potuissent, Decretum illud nunquam ibi fuisse usu receptum, difficilius fortasse emanasset rescriptum declarans, Matrimonia Catholicorum cum Heterodoxis contracta coram Magistratu hæretico non valere; cum plures numerentur Doctores opinantes, præmissam Tridentini Legem, ubi ea recepta non fuit, minime obligare saltem ad

ad effectum, ut irrita dici debeant matrimonia, quæ sine forma per illam præscripta fuerint celebrata, ut in specie præter alios tuentur *Guttierez de matr. pag.61. n.12. in fin.*, *Sanchez lib.3. disput.18. n.1. Castro Palao de spons. disp.2. punct.13. §.8. n.3.*, *Piring. in jus canon. lib.4. de clandestin. desponf. n.9.*, *Schabog. n.8.*, *Konig. n.27. Viesner. n.23. Smalzgrueber. §.2. n.97.*, & *Zoes. de Clandest. desponsat. n.21.*, ubi hæc habet: *Quamvis Ecclesia, ejusque Caput Romanus Pontifex immediate a Deo suam habeat authoritatem, ut possit irritos reddere contractus clandestinos independenter ab acceptatione populi; judicavit tamen expedire, non ante eos irritare, quam per subordinatas Ecclesiarum potestates in suis Provinciis esset acceptata irritatio. Posset enim ex ea re gravius malum oriri. Itaque, antequam acceptetur irritatio, licet non sine peccato quis refragetur, clandestina matrimonia sunt valida*, & brevius eamdem sententiam tradit *Gobat. tract.9. cas.18. num.456.*: ibi: *Attamen non sufficit promulgatio, sed requiritur acceptatio*: *Marchantius in Tribun. Sacram. tom.3. tract.1. tit.7. quæst.9. conclus.1.* ibi: *Ubi Tridentinum communi usu receptum non fuit, etsi forte promulgatum, ibi non obligat præsentia Parochi tanquam necessaria conditio ad valorem Matrimonii*, *Reiffenstuel. eod. tit. n.119.*: ibi: *In locis, & Provinciis, ubi Concilium Tridentinum promulgatum quidem, sed receptum non est quoad dispositionem de matrimonio clandestino, Incolæ illius loci valide contrahunt matrimonium absque præsentia Parochi, & Testium.*

12 Indeque alia successit opinio, quod, si probabilis subsit dubitatio, num toties memoratum Tridentini Decretum fuerit aliquo in loco promulgatum, aut si promulgatum, non constet, fuisse receptum, Matrimonia ibidem absque Parochi, & Testium præsentia contracta pro validis haberi debeant, ad tradita per *Navar. de clandestin. desp. cons.2. n.6.*, *Marchantius d. tit.7. quæst.10. concl.5.*, *Gobat. in append.1. ad cas.18. n.501. litt.E. Pichler. de clandest. despons. n.12.*, & rescripsit S. Congreg. in *Antuerpien. lib.1. decr. pag.74.*, & ubi etiam ejusmodi sententiis nolit adhæreri, illud saltem colligi posse videtur, quod nisi S. Congreg. expositum fuisset, sæpedictum Tridentini Decretum fuisse in Hollandia promulgatum, atque receptum, de ipsa promulgatione morosior S. eadem Congreg. investigasset, an actus assertæ promulgationis juxta mentem Tridentinorum Patrum in singulis Parochiis, & juxta methodum a Sacrosancta Synodo præscriptam fuisset expletus.

13 Cum itaque ab editis Resolutionibus inferri nequeat, satis constitisse Sacræ Congregationi Concilii, quod Decretum Tridentini, de quo agitur, fuerit in Hollandia, aliisque Confœderatis rite promulgatum, prudenter utique ex rationibus superius allatis de ipsius sufficienti publicatione videtur dubitari posse; donec autem dubium eliminetur, ac rei veritas elucescat, non debet ab ea recedi sententia, quæ Matrimonia sine Parocho inibi valide celebrari tuetur, cum in dubio possessionis legis standum sit pro libertate quemadmodum de omni lege tenent *Salas par.2. tract.8. disput. unic. sect.18. n.189. Azorius par.1. instit. lib.2. cap.19. quæst.12. Taburin. in Decal.*

*cal. lib.*1. *cap*.3. *verb. leges* , *& præcepta n.*1., & in terminis de hoc Tridentini Decreto afferunt *Navarr. de clandest. desponsat. cons.*2. *n.*1. *primæ edit.* , *Marchant. cit. tit.*7. *quæst.*10. *concl.*3. *Gobat. in appendic.*1. *ad sæpius citatum casum* 18. *n.*501. *lit. E. Pichler. tit. de clandest. desponsat. n.*12. aliique passim.

14 Hæc sunt, quæ circa propositam questionem, num Sacrosancta Tridentina Synodus, & præsertim ejus Decretum *Sess.*24. *cap.*1. *de reform. Matrim.* fuerit in Hollandia, cæterisque Provinciis Confœderatis jamdudum jussu Catholici Regis Philippi II. sufficienter promulgatum, videntur expendi posse. At ubi de sufficienti, ac legittima promulgatione sub iis memorati Regis temporibus secuta certum nequeat proferri judicium, adhuc superest examinandum, an saltem quoad Catholicos successu temporis idem Decretum ita in illis Regionibus publicatum dici queat, ut Matrimonia, quæ ab ipsis, ejus forma non servata, contrahuntur, irrita censenda sint.

15 Sane Fidelium cætus post bella, & seditiones, quæ in Hollandiam, cæterasque confœderatas Provincias novum Gubernii genus demum invexere, paulatim cæpit una cum Episcopis, Vicariis, & Missionariis Apostolicis ibidem restitui, & pacifice adeo conquiescere, ut verosimillimum aliquibus reddatur, eosdem Episcopos, & Vicarios, seu Missionarios Apostolicos Catholicis illic degentibus præfatum Tridentini Decretum rite denunciasse plurimumque ejus observantiam ursisse, uti præceteris ad rem nostram ratiocinatur *Marchantius in Tribunal. Sacram. tract.*1. *tit.*7. *quæst.*9. *conclus.*4. ibi: *Restituto tantisper cætu Fidelium in Hollandia, Episcopis, & Vicariis Generalibus, Parochis, & aliis Ministris Catholicis restitutis per Hollandiam maxime verisimiliter ab iis, qui Romanæ Catholicæ Ecclesiæ adhærent, Concilium Tridentinum, & ejus Leges, & speciater de præsentia Parochi in Matrimoniis usu communi receptæ sunt, adeoque in locis ubi de communi usu constat, lex de Parochi præsentia in Matrimoniis jam obtinuit, nec absque validitate Matrimonii (ubi nullum esset periculum, aut justum impedimentum) omitti potest. Ratio est, quia, etsi in Territorio quoad politiam civilem Concilium Tridentinum possit supponi non receptum, quia tamen cætus Fidelium in Politia Ecclesiastica Rempublicam quamdam facit, & in eodem Territorio Politiam Ecclesiasticam obtinet, legibus ejus usu receptis se conformare debet; suppono autem, legem de præsentia Parochi a Fidelibus velut in Parochias Congregatis, ex zelo Fidei, & reverentia ad Ecclesiam Catholicam Romanam, & Tridentinum, ejusque leges, susceptam, & Vicariorum Generalium in spiritualibus sollicitudinem introductam esse, adeoque regulariter, & communiter, ubi justum impedimentum non est, observari debere.*

16 Et re ipsa de Vicariis Apostolicis Salboldo, Rovenio, nec non de Episcopo Castoriensi Vicario itidem Apostolico, qui rebus postmodum in Hollandia pacatis, informando fidelium Gregi juxta sanctiones Cath.Rom.Eccl. leges sedulo incubuere, testimoniũ perhibet *Author. Bavariæ sacræ pag.*19., adeout mox allatum argumentum ex verisimilitudine depromptum, cui innititur *Marchantius*, non modici

modici fortasse ponderis videri possit in finem concludendi, quod sæpedictum Tridentini decretum, si non fuit in Hollandia, aliisque confœderatis Provinciis sub illa priora tempora sufficienter promulgatum secundum jussus Catholici Regis Philippi II., fuerit saltem postea ab Episcopis, Vicariis, & Missionariis Apostolicis universo Catholicorum illic degentium cætui denunciatum, atque indictum; adeoque hæc etiam circumstantia, & temporum differentia præ oculis est habenda, ut ex æquo judicetur, num ad evadendam ejusdem Decreti legem res satis tuta sit in asserto ejus legitimæ promulgationis defectu momentum constituere; quæ tamen inspectio ad Catholicos potius, qui veram religionem illic semper professi sunt, quam ad Heterodoxos, qui jamdudum a fide defecerunt, videtur posse pertinere.

ARTICULUS SECUNDUS.

An Matrimonia inter Hæreticos celebrata in Hollandia, Zelandia, Frisia, aliisque Provinciis confœderatis sine Parochi præsentia, sed coram Magistratu, sive Ministro Acatholico sint valida.

17 QUæstio hæc assumenda proponitur dependenter a judicio, quod prius statuatur super articulo præcedenti, num scilicet decretum *cap.* 1. *de Ref. Matr.* censeatur sufficienter in memoratis Provinciis promulgatum; Quatenus enim, vel ejus publicatio non crederetur rite peracta, vel Decretum illud haberetur tanquam vim legis obligatoriæ non assecutum, utpote in iis Regionibus nunquam usu receptum, prompta, facilisque esset decisio pro validitate ejusmodi Matrimoniorum, quum, seposita obligatione servandi formam a Tridentino præscriptam, cæterisque cessantibus Canonicis impedimentis, citra dubium Matrimonia inter Hæreticos coram Ministro, sive Magistratu heterodoxo contracta deberent valida dijudicari.

18 At si de sufficienti promulgatione sæpedicti Decreti ad formam Tridentini usque ab initio secuta constare reputetur, ita ut, neque de illius acceptatione, sive observantia nulla possit, debeatve amplius quæstio institui, plura adhuc supersunt ad propositi articuli definitionem dispicienda.

19 Et primo quidem ea præmitti debet regula generalis, quod, si in loco, ubi contingit Matrimonia celebrari, neque Parochus, neque Sacerdos ab eo deputatus, qui eisdem Matrimoniis valeat assistentiam præstare, inveniatur, vel si quis existat, Hæreticorum tamen metu latitet, sive tutus nequeat ad eum haberi accessus, rite, valideque nedum inter Hæreticos, verum etiam inter Catholicos absque illius præsentia celebrari possunt Matrimonia, si modo, quantum ceteroquin fieri potest, adhibitis saltem duobus Testibus, forma a Tridentino præscripta servetur, quemadmodum ex Theologis tradunt communiter *Sylvius in Commentar. in Supplement. ad* 3. *part. S. Thom. qu.* 45. *art.* 5. *quæritur* 4. *Platelius in Synopsi curs. Theolog. part.* 5.

par.5. cap.7. §.3. *de Clandestin. Matrim. n.*1123., *Marchant. in Tribunal. Sacram. Tom.*3. *par.*3. *Tract.*1. *tit.*7. *quæst.*9. *Concl.*5., *Stephanus Bowvii de Sacram. Tract. in quæst.*1. *de Matr. clandestin. circa fin. lit. D. & E.*; *Arsdebin Theol. tripartit. Tom.*2. *par.*2. *Tract.*4. *cap.*8. *de Matrim. n.*3., & 4. *Pontas. Dictionar. Theol. moral. verb. impedimentum clandestinatis cas.*20. & ex Canonistis *Zippæus de Sponsal., & Matrim. num.*16.

20 Et consentanee ad hanc Canonici Juris censuram consulta jam pridem Sacra hæc Congregatio de forma, sub qua Matrimonia in sæpedictis Provinciis forent celebranda, die 27. Martii 1632. in hæc verba rescripsit Episcopo Tricariensi,, Ubi constat, Decretum Sacri ,, Concilii esse publicatum, vel aliquo tempore in Parochia, tanquam Decretum S. Concilii observatum, sed Parochialis Ecclesia, ,, utpote carens proprio Parocho, & Cathedralis itidem Episcopo, ,, atque Capitulo habente facultatem alium Sacerdotem delegandi ,, careat, nullusque alius ibi sit, qui vices Parochi, vel Episcopi ,, suppleat, Matrimonium valere absque præsentia Parochi, servata ,, tamen in eo, in quo potest, forma Concilii, nempe adhibitis saltem duobus, aut tribus Testibus. Si existant quidem Parochus, ,, vel Episcopus, sed nullo constituto Vicario, uterque metu Hæreticorum lateat, itaut vere ignoretur, ubinam sit, vel eodem metu ,, ac Diœcesi absit, nec ad alterutrum sit tutus accessus, validum ,, esse Matrimonium contractum absque forma Sacri Concilii Tridentini, adhibitis tamen, ut dictum est, duobus Testibus ,, & consonat aliud antiquius Decretum, quod referunt *Philippus Gamacheus in* 3. *par. Tract. de Matrim. cap.*28. *in fin. Joannes Sotellius in declarat. Sac. Congregationis ad Trid. collect. in sess.*24. *de Reform. Matr. cap.*1., *Farinac. ibidem fol. Mihi* 274. & *Vericell. de Apostolic. miss. tit.*2. *de Matrim. quæst.*174. *Sect.*1.

21 Secundo adverti debet, magnam versari posse differentiam inter Matrimonia, quæ in memoratis regionibus hæretici contrahant inter se, & ea, quæ inter Catholicos tantum, sive inter Catholicum, & hæreticū, vel e converso celebrentur; Plures enim Authores inferius recensendi, licet existiment, Matrimonia ibi ab Hæreticis inter se celebrata absque Parochi præsentia non esse invalida; secus tamen tenendum fore; tuentur de Matrimoniis inter Catholicos ibidem initis, ut præceteris sustinent *Juenin. de Sacrament. dissert.*10. *quæst.*5. *cap.*4. *Marchant. in Tribunal. Sacram. tract.*1. *tit.*7. *qu.*9. *concl.*4., & *Platelius in Synops. Curs. Theolog. par.*5. *cap.*7. §.5. *de Clandestin. Matr. n.*1123. ibi,, Petes tertio, quid dicendum sit de Hollandia, ,, aliisque locis in quibus Tridentinum aliquando fuit receptum, ,, sed modo subjacent Hæreticis Tridentinum non recipientibus. ,, An scilicet in istis Locis valeat Matrimonium Clandestinum. ,, Respondeo non valere initum inter Catholicos illic habitantes, si ,, possit haberi Parochus, vel ejus Substitutus sine gravi ipsius, vel ,, Contrahentium periculo.

22 Et in terminis Matrimonii a Catholico cum Hæretica, & e converso celebrati differunt *Rosignol. de Matrim. tom.*1. *disquisit.*1.

præ-

*prænot.*20. *n.*1. *pag. Mihi* 61., *& seqq. Vericell. de Apost. Mission. tit.*12. *de Matr. quæst.*172. *Sect.*42.13. ibi:Respondetur tertio dicto,
„ quod duo Hæretici valide contrahant absque Parocho, tamen se-
„ cus est,si unus Conjux sit Hæreticus,& alter Catholicus ; nam ra-
„ tione Catholici cum contrahatur in loco, ubi receptum est Decre-
„ tum Tridentini,adhibendus est Parochus. Probatur; nam ex Tri-
„ dentino requiritur Parochus Viri, vel mulieris, ergo, quidquid
„ sit de viro Hæretico, mulier ligatur dispositione Tridentini, & sic
„ ratione Mulieris est adhibendus Parochus; quod pluribus exem-
„ plis ostenditur, quamvis enim Paganus non sit subjectus Ecclesiæ,
„ nec ligetur Constitutione Ecclesiastica, quia tamen Mulier Chri-
„ stiana subjicitur, ideo hæc sit inhabilis ad contrahendum cum Pa-
„ gano, & sic indirecte Paganus subjicitur Legi Ecclesiasticæ, ergo
„ licet Hæreticus non esset subjectus Ecclesiæ, aut non haberet
„ Parochum, & sic non teneretur observare Decretum Tridentini
„ (quod est falsissimum); tamen quia Catholica de cętero subjici-
„ tur, indirecte quoque Hæreticus cum ea contrahens ligatur, ut
„ nequeat valide contrahere absque Parocho.

23 Hinc itaque progrediendo ad examen quæstionis unice versantis circa Matrimonia inter Hæreticos celebrata iis in Locis, ubi constat, Decretum Tridentini fuisse sufficienter promulgatum, & ubi non desit copia Parochi, tutusque ad eum haberi possit accessus, fateri oportet concordem super ea non esse Doctorum sententiam, & graves in utramque partem militare rationes; siquidem pro invaliditate Matrimoniorum, quę illic fiant absque præsentia Parochi, & duorum saltem, aut trium Testium, etiamsi contrahantur coram Magistratu, seu Ministro Acatholico, docet hujus sententiæ Antesignanus *P. Lessius in Actuar. ad pr.*2. *verb. Præscriptio*, quem sequuntur *Basilius Pontius in appendic. de Matrim. lib.*5. *cap.*7. *n.*1., *Busemb. in Medull. Theol. Moral. lib.*6. *tract.*6. *cap.*3. *disput.*2., *la Croix lib.*6. *par.*3. *n.*769., *Rosignol. de Matrim.*1. *prænot.*20. *num.*1. *tom.*1. *pag.*61. *& seqq.*, *Zippæus lib.*4. *de Sponsal. & Matrim. n.*15. *Boss. de Matr. cap.*1. *n.*78. *Bellarmin. ad cap.*1. *sess.*24. *de ref. Matr. Verricell. de Apostol. Miss. tit.*39. *quæst.*174. *sect.*1. *&* 4. *Gobat. Theol. experiment. tract.*9, *cas.*18. *per tot.*; ubi allegat judicium a facultate Theologica Universitatis Viennensis post maturam rei discussionem latum 18. Maii 1665. *Schimier. Jurisprud. Canonico civil. tom.*3. *lib.*4. *tract.*3. *cap.*5. *sect.*4. §.1. *n.*86. *Reiffenstuel. in Jus Can. tit. de Clandest. desponsat. n.*132. *& signanter n.*138., *Smalzgrueber. eod. tit. decretal. n.*115., *Pignatell. Consul.*79. *n.*26. *tom.*5., *& consult.*104. *tom.*8. *&* doctissime *Eminentissimus Petra tom.*4. *in Commentar. ad Const.*12. *Joannis XXII. n.*20.

24 Præcipuum vero sententiæ hujus fundamentum a præfatis Authoribus allatum in eo sistit, quod Hæretici Sanctam Dei Ecclesiam per Baptismi lavacrum ingressi, quemadmodum cæteris omnibus Apostolicis Constitutionibus subjiciuntur ex *Text. in Can. Non in vobis de consecr. dist.*4. *in Can. Quod quidem* 1., & ex aliis pluribus, quos cumulat *Gonzal. in cap. Sicut. n.*12. *de Hæretic.* Ita etiam Tridentini De-

Decretum formam in contrahendis Matrimoniis servandam præscribenti obnoxii sint, eidemque sub pœna nullitatis suorum Matrimoniorum parere teneantur, ut in specie disserunt *Schmier. in Jus Can. lib.4. tract.3. cap.5. sect.4. §.1. n.86.* Wiestner. *in Jus Can. lib.4. de Sponsal., & Matr. art.9. n.191. Verricell. de Apost. Miss. tit.12. de Matr. quæst.174. sect.4. n.9., la Croix tom.2. lib.6. par.3. de Matr. n.172., & Eminentissimus Petra* in suis mox laudatis Commentar. *ad Const.12. Joannis XXII. n.19. & 23.*

25 E contra tamen eorumdem Matrimoniorum validitatem propugnant ex Theologis *Layman. lib.5. tract.10. par.2. cap.4. n.7., Tannerus Theol. tom.4. disput.8. quæst.3. dub.6. n.122. Dicastill. de Matr. disput.3. dub.4. n.24., Marchant. in Tribunal. sacr. tom.3. par.3. tract.1. tit.6. quæst.4. concl.4., & tit.7. quæst.10., Sporer. Theol. tom.3. par.4. cap.1. sect.1. n.35., Arsdekin. Theol. Tripartit. tom.2. par.2. tract.4. cap.8. §.4., Platelius Theol. par.5. cap.7. §.5. in fin., Marin. Theol. tom.3. tract.23. disput.9. sect.3. n.44., Ivenin. de Sacr. dissert.10. de Matr., Bonagratia in dissert. de Matr. Hæretic. §. Ad primum, Henricus Mayer. in Opuscol. de Sponsal., & Matr. n.70., Jo: Moquitius in disput. de Nupt. Clandest. n. ult., Theophil. Raynaud. Heteroclit. spiritual. tom.16. sect.1. punct.14. n.8.* & ex Canonistis Wex *in Opuscul. Canon. Trid. de Sponsal. Piring. in Jus Canon. lib.4. tit. de Clandestin. desponsat. n.12., Pichler. eod. loco lib.4. tit.1. n.98. & tit.3. n.16.,* Wiestner *ibidem tit. de Sponsal. & Matr. n.192. Konig. tit. de Clandest. desponsat. n.4., Kugler. de Matr. quæst.65. per tot. & Modernus Lovaniensis de Jur. Eccl. tom.1. par.2. tit. de Sponsal. a n.31., Martin. de Suvanen. de sponsal. duorum, Stalen. in dissert. Theol. Polit. de Matr. Hæret. par.1. quæst.4. & par.2. cap.4.*

26 Hic autem præstat animadvertere, paucos ex mox allegatis Authoribus loqui peculiariter de Matrimoniis inter Hæreticos in Hollandia, aliisque confœderatis Provinciis contractis, sed plerosque agere de Matrimoniis in genere, aut de iis tantum, quæ in aliis Hæreticorum Regionibus, & presertim in Germania, aut Gallia celebrantur: Præterea iidem Authores priorem sententiam, uti probabilem, admittunt, alteram vero veluti probabiliorem depredicant; & demum illorum aliqui, post exposita utriusque opinionis fundamenta, aut a suo proferendo sensu abstinent, aut ingenue concludunt, difficile esse, quid certi hac in re statuere, ut inter alios fatetur *Konig. in Jus Canon. lib.4. tit.3. de Clandest. desponsat. n.4. vers. dico:* ibi: *Ne tamen quid dissimulem, memini, me in proem. Jur. Can. n.9. allegasse Declarationem Cardinalium ad Tridentinum dicto cap.1. sess.24. n.10. in qua Sacra Congregatio expresse declaravit, Matrimonia nulla esse, quæ Hæretici coram suo Prædicante celebrant in locis, ubi Trid. sit promulgatum, unde difficile est, quid certi statuere*; Quinimmo Apostolicæ Sedis definitionem necessariam esse, pridem sensit *Guilelmus Estius in 4. distinct.24. §.9. in fin.* ibi „ Huic malo, quod ex Hæreticorum „ inobedientia nascitur, poterit Ecclesia maturiori consilio quod „ aliquando futurum speramus, occurrere, idque vel explicando „ Decreti sui sensum, vel novum Decretum statuendo.

27 Rationum vero momenta, quibus Authore prædicti ad amplectendam libentius posteriorem sententiam Matrimoniorum validitati faventem trahuntur, hæc potissima videntur esse. Primo, quod in locis, ubi cum Catholicis permixti commorantur hæretici, binæ debeant in quolibet Parochiali districtu Parœciæ considerari, non loco quidem, sed fide, doctrina, religione, ac moribus distinctæ, altera nempe Catholicorum, altera vero hæreticorum, qui unam Societatem, & Communitatem quoad spiritualia omnino separatam, distinctam, & diversam a Communitate Catholica constituunt, propriosque habent usus, cœremonias, & Ministros, seu Pseudo-Parochos, adeoque, cum in eadem asserta hæreticorum Parochia Tridentini Decretum nunquam fuerit rite promulgatum, minusque usu receptum, nequeat eorumdem hæreticorum cœtus lege, & forma in eo Decreto præscripta censeri obstrictus, tametsi in Catholicorum Parochia Decretum illud fuerit promulgatum, atque inter istos usu receptum, eo plane modo, quo dictum Decretum in una Catholicorum Parochia publicatum non ligat in alia, in qua ejus promulgatio sequuta non fuerit, uti præcæteris arguunt *Tannerus Theolog. tom.4. disput.8. quæst.3. dub.6. n.122.*, *Dicastill. de matr. disput.3. dub.4. n.24. & Marin. Theolog. tom.3. tract.23. disput.9. sect.3. n.43.*, ubi sic inquit „ Secundo, quia in talibus locis, ubi hæretici habent suos Prædicantes, licet Parochia hæreticorum, & Catholicorum sit „ physice eadem, moraliter sunt duæ Parochiæ fide, & moribus di„ stinctæ, ideoque promulgatio Decreti Tridentini moraliter cen„ setur facta in una Parochia, & non in alia, cum facta non sit a Præ„ dicantibus hæreticis.

28 Secundo, quod hæretici, restrictius accepta, nullam habeant Parochiam, proindeque tamquam vero, & proprio Parocho carentes ea non ligentur lege, quæ jubet, matrimonia coram proprio Parocho celebrari, juxta ea, quæ opinatur *Philippus Gamacheus in 2. part. tract. de matr. cap.28. in fin.*, ubi ait „ Hæreticos non habere ullam „ Parochiam, quia hæretici moraliter loquendo, non reputantur „ Parochiani nostrarum Ecclesiarum, licet in earum confinio habi„ tent, eo quia nullo modo ad eas accedunt, & palam confitentur, „ nolle unquam accedere, nec ad eas accedere aliquando coguntur.

29 Tertio, quia vetitum cum sit Parocho assistere matrimonio, sive inter hæreticos, sive inter Catholicum, & hæreticam contrahendo, uti rescripsit S. hæc Congreg. die 22. Junii 1624. *lib* 12. *decr. pag.* 183. in hæc verba „ Sive alter tantum ex conjugibus sit hæreticus, sive „ ambo, nullatenus debere Parochum hæreticorum matrimoniis „ assistere, *& in Causa, cui titulus* Dubia jurisdictionis Cappella„ norum exercitus „ *cum disceptatum fuerit*: VIII. *An Cappellani Catholici assistere possint Matrimoniis Acatholicorum cum Acatholicis, & respective Catholicis etiam intra fines Italiæ*, die 6. Martii 1694. prodiit Rescriptum *Negative*, ut in *lib.* 44. *decr. pag.* 80., impossibile propterea sit hæreticis uti præsentia Parochi in suis matrimoniis, adeoque nihil plane discriminis intercedat ab eo casu, quo, vel Parochus omnino desit, vel tutus ad eum haberi nequeat accessus;

unde pari prorsus ratione valere debeat matrimonium inter hæreticos celebratum absque præsentia Parochi, qui nequit accersiri, vel accersitus non assisteret; cum in iis, quæ juris humani sunt, cessare censeatur obligatio servandi legem, quæ sive phisice, sive moraliter servari non potest, ut cum aliis observat *Fagnan. in cap. si clericus n.58. de for. competen.*

30 Quarto, quod hæretici, si doctiores excipias, sæpedictum Decretum, quo clandestina conjugia irritantur, prorsus ignorent, unde teneri non debeant pœna legis, quam nesciunt, a se violari.

31 Quinto, quod hæreticorum Ministelli communiter veri, ac legitimi Parochi reputentur; Matrimoniis vero ineundis nedum verus, & proprius Parochus, sed etiam is, qui ex communi Populi errore pro vero, ac legitimo Parocho, licet re ipsa talis non sit, valide assistit, juxta receptissimam sententiam, quam cum aliis sequuntur *Picler. in jus canon. lib.40. tit.1. n.98. & tit.3. n.16.*, pluresque ex Doctoribus supra relatis.

32 Sexto, quod admodum verisimile sit, Tridentinos Patres ex quadam Epicheja noluisse hæreticorum matrimonia sub Decreto sæpedicto comprehendere; quippe qui optime scirent, plura gravissima pericula, & incommoda ipsis imminere, si, posthabito Ministro Heterodoxo, vellent sua Connubia coram Catholico Parocho celebrare; adeoque, licet forma ad alicujus actus validitatem præscripta nequeat, quacumque etiam urgente necessitate, immo etiam concurrente impossibilitate eam servandi, absque ejusdem actus nullitate omitti, uti contingit in matrimonio, quod, si fortasse in articulo mortis, sive ad legitimandam prolem, sive ad avertendum quodcumque aliud gravissimum incommodum absque præsentia Parochi celebretur, irritum esset, tametsi in ea temporis angustia impossibile fuisset, Parochum adhiberi, secundum ea, quæ fuse tradunt *Suarez. de legibus lib.5. cap.23. per tot.*, *Sanchez de matrim. lib.3. disput.17. n.7.*, *Guttierez eod. tract. cap.61. n.4.*, *Pontius lib.5. cap.6. n.3. Perez disput.39. sect.4. n.4.*, *Navarr. cons.45. sub tit. de spons. parte edit. Barbos. de offic. & potest Episc. alleg.32. n.147.*; attamen ubi impossibilitas universalis, & perpetua foret, totamque Rempublicam, Regionem, aut Communitatem aliquam afficeret, omnis æqui, bonique ratio postulet, ut talis forma, quoad illud personarum genus, cui difficillimum, ac ferme impossibile redditur, eam servare, non censeatur inducta, quemadmodum cum aliis expendit *Marchant. in Tribun. Sacram. par.3. tit.1. quæst.8. concl.3.*

33 Septimo, quod a centum, & ultra annis, post promulgatum scilicet, usuque ab initio fortasse etiam receptum Tridentini Decretum, inoleverat in Hollandia, aliisque Provinciis confœderatis universalis, & pacifica consuetudo celebrandi inter hæreticos matrimonia sine Parochi præsentia coram Magistratu, aut Ministro Acatholico; centenaria autem ejusmodi consuetudo utpote vim habens novam inducendi Legem facilius potuerit abrogare illam a Tridentino indictam, uti cum aliis arguit *Wiestner in Jus Can. lib.4. de sponsal., & matr. art.9. n.191.*

Octa-

34 Octavo, quod luctuosa incommoda, quæ ex clandestinis connubiis solent oriri, quæque Sacrosancta Tridentina Synodus voluit avertere, sufficienter ex nuptiis publice coram Magistratu, vel Ministro Acatholico ineundis evitentur, adeoque satis inde factum videatur menti Tridentinorum Patrum, ut supervacaneum sit ulterius sæpedictæ sanctionis implementum postulare, uti inter alios ponderant *Stalenus in dissert. Theolog. Politic. par.2. cap.4.*, & modernus Lovaniensis *de jure ecclesiast. tom.1. par.2. tit. de sponsal.4. n.31. ad fin.*
35 Nono, quod Apostolica Sedes a sæpedicta Tridentina Lege hæreticos tacite dispensasse censeatur, quemadmodum in specie differunt *Sporer. Theolog. moral. tom.3. par.4. cap.1. sess.1. n.35.*, ubi sic ait. „ Putandum non est, Decretum se ad matrimonia facta ibi sine Parocho extendere, adeoque matrimonia hæreticorum ibi sine Parocho Catholico, sive coram Ministro hæretico celebrata, esse valida, quippe sciente, nonque contradicente, eoque ipso tacite consentiente Summo Pontifice, ne multa ibi incommoda oriantur, quod filii eorum legitime nati non essent, ideoque non capaces officiorum, vel sacrorum ordinum, *Marin. Theol. tom.3. tract.23. disput.9. sect.3. n.44.*: ibi: „ Hæc sententia valde verisimilis est, quia non est credendum, esse voluntatem Pontificiam, ut Decretum Tridentini „ se extendat ad ea matrimonia, unde multa incommoda oriantur, „ si eorum filii non sit legitimi, non capaces officiorum, dignita„ tum, & sacrorum ordinum, præcipue cum Papa sciens non con„ tradicat, nec declaret irrita ejusmodi matrimonia, *Piring. in Jus* „ *Can. lib.4. de clandest. desponj. §.2. n.12. circa fin.*: ibi: In locis, „ ubi Concilium Tridentinum est promulgatum, & hæretici cum „ catholicis permixti vivunt, valida erunt matrimonia sine vero „ Parocho celebrata propter tacitam dispensationem Summi Pon„ tificis, qui sciens ejusmodi matrimonia contrahi, non contradi„ cit, nec irrita declarat, ideoque non est existimandum, velle Pon„ tificem, ut Decretum Concilii Tridentini ad ejusmodi matri„ monia clandestina se extendat, ne multa gravia incommoda inde „ oriantur, *& Konig. in Jus Can. lib.4. tit.3. de clandest. desponsat.* „ *n.4. vers. Dico secundo*: ibi: Primaria ratio est, quia præsumi non „ debet de pia matre Ecclesia, quod nunquam mens ejus fuerit ob „ defectum legitimi Parochi annullare ejusmodi matrimonia pro„ pter maxima mala, ac pericula inde proventura; Si enim Acatho„ lici viderent suos liberos natos ex talibus matrimoniis a nobis ha„ beri pro illegitimis, quantæ hinc calamitates, atque passim „ Catholicorum persecutiones? Quot bella, & seditiones move„ rentur? Accedente præterea in argumentum præsumptæ dispen„ sationis, quod nedum Summus Pontifex hæreticorum matrimo„ nia absque Parochi præsentia in iis regionibus passim contracta „ hactenus invalida non declaravit, verum etiam neque matrimo„ nia prædicta post ipsorum conversionem consueverunt coram „ Parocho, & Testibus restaurari, minusque conjugi ad fidem con„ verso permissum fuit, priori relicta uxore, ad secunda vota tran„ sire, sed eadem matrimonia prorsus valida fuere reputata, ac us-

„ que

„ que dum reputantur,ut filii inde procreati tamquam legitimi abs-
„ que ulla Apostolica dispensatione ad Ordines solent promoveri,
„ quemadmodum,veluti testes occultari referunt *Picler. in jus can. lib.*4. *de clandest.desponf. n.*16.*Weistner.tit. de sponsal.n.*197.,*Smalzgrueber eod. loco n.*379., *Stalenus dissert. de matr. hæret. & Suvanen. in dissert. de sponsal. duorum*.

36 Ad hæc plurimum momenti constituitur in eo, quod Joannes Episcopus Castoriensis olim per Provincias confœderatas Vicarius Apostolicus, cum super hac ipsa quæstione Congregationem S. Officii consuluisset, hoc accepto, uti asseritur, responso „ non conve-„ nire, ut ea quæstio a S. Officio definiretur, verum statueret ipse, „ quod cederet animarum sibi creditarum saluti maxime expedi-„ re „ ratus præstare magis, ut ea, de quibus dubitari contigerat, hæreticorum matrimonia valida declararentur,literis ad Episcopum Gandensem 14.Augusti 1685., & ad Antonium Hoessac Cathedralis Antuerpiensis Canonicum 14. Decembris ejusdem annis datis, matrimonia prædicta valida esse,ac pro validis habenda fore, edixerit: qua de re apud S.hanc Congregationem insimulatus, quidquid a se actum fuerat, enunciato Supremi Tribunalis S. Inquisitionis Responso vindicaverit, itaut, auditis etiam rationibus, quibus se motum asseruit Episcopus Castoricensis, nihil amplius contra Doctrinam, & praxim ab eo inductam fuerit subinde decretum, uti affirmat *Stalen. in dissert. Theol. polit. de matr. hæret. par.*2. *cap.*4. *Suvanen. in cit. dissert. de sponta Duorum.*, *modernus Lovaniensis de jur. Eccl. univers. par.*2. *tit.*12. *cap.*5. *n.*33. *la Croix lib.*6. *qu.*3. *n.*798., *& Arsdekin. in theolog. tripartit. tom.*2.*par.*2. *tract.*4. *cap.*8. §.4.

37 Decimo tandem rationibus hactenus allatis addi posse videtur, id saltem evinci, quod ex omnibus præmissis, atque ex tot Doctorum authoritate probabile, ut minimum sit, controversa hæreticorum matrimonia sæpedicto Tridentino Decreto non subjacere: Ubi autem probabile est, impedimentum aliquod matrimoniorum validitatem inficiens nequaquam in jure subsistere, tunc eadem matrimonia censenda sint valide celebrari ob ipsius matrimonii favorem, ejus namque validitas juxta *cap. fin. de sentent. & re judic.*, quoad fieri potest, sustineri debet, & in specie ad rem tradit *P.Viva in theses damnatas par.*2. *proposit.*1. *n.*29., ubi ait, *quod rationabiliter Ecclesia vult favere matrimonio, reddendo illud validum, quoties juxta probabiles opiniones contrahitur*, ostendens,id procedere, non solum in matrimoniis contractis, verum etiam in contrahendis, & consonare videtur *Sanchez. lib.*8. *de matr. disp.*6. *n.*18., *Diana part.*4. *tract.*4. *resol.*4., *Cardenas in sua Crisi theolog. proposit.*1. *dissert.*2. *cap.*8. *art.*3. *& seqq.*, *Pichler. in jus canon. lib.*4. *tit.*1. *n.*100.

38 Istæ igitur rationes tot Doctorum authoritate firmatæ,nisi seorsim, singulæ conjunctim saltem, uti fas est, acceptæ videntur plurimum urgere pro validitate matrimoniorum, de quibus agitur: At ne quidquam ex iis, quæ in re tanti momenti merentur expendi,prætereatur, operæ pretium erit in unamquamque earum quædam animadvertenda subiicere.

Ad

39 Ad primam scilicet de duplici Paræcia in quolibet Parochiali districtu considerandа, Catholicorum nempe una, & altera hæreticorum, ponderandum est, num ratio hæc suffragari possit hæreticis Hollandiæ, aliarumque Provinciarum confœderatarum, ubi judicetur, Trid. Decretum fuisse in illis Regionibus jussu Philippi II. sufficienter promulgatum circa annos 1565. & 1566.; tunc enim hæretici, neque peculiarem Pseudo Parochiam potuerunt adhuc sibi constituere, neque postmodum id iis licuit, ne asseratur hoc pacto hæreticos posse ab Ecclesiasticis legibus, quibus directe subiiciuntur, sese indirecte subducere, ac liberare contra ea juris principia, quæ ad rem expendunt *Zippæus in jus can. lib.4.tit. de spons. & matr. n.15., Schimier. jurisprud. Canonico civil. tom.3. lib.4. tract.3. cap.5. sect.4. §.1. n.86.*, *la Croix tom.2. lib.6. par.13. num.869. & seqq.*, *Emus Petra tom.4. in suis eruditissimis Commentariis ad Constit.12. Joannis XXII. n.19. & 23.*

40 Ad secundam, quod hæretici non ligentur Tridentini Decreto, quia re ipsa nullum habeant proprium Parochum, expendenda sunt, quæ cum *Basilio Pont. de matr. lib.5. cap.7. n.1. & in append. cap.9. §.1. n.1.* respondet *Verricell. de Apostol. Mission. tit.12. de matrim. quæst.174. sect.4. n.9.*: ibi: „ Hæreticus subjectus est Jurisdictioni „ Ecclesiæ, nequit enim ab ejus jurisdictione contumacialiter se eximere, cui jure Divino subjicitur per Baptismum, ergo Papæ subjectus est, cæterisque Superioribus Papæ subordinatis, ut Episcopis ergo, & Parochis, nam non minus Parochus, quam Episcopus est ejus Pastor, quamvis ille immediatus, & subordinatus, ergo, sicuti nequit contumacialiter se eximere a Papæ, aut Episcopi jurisdictione, ita nec Parochi, ergo proprium Parochum, & Parochiam habet; neque obstat argumentum Gamachei, quod scilicet hæreticus nunquam adeat Parochiam, & profiteatur, se nolle eam adire, nam esse sub tali Parocho non provenit, quia Parochialem Ecclesiam quis adeat, sed quia habitat in tali loco; neque contumacia hæretici potest eum a Parochi jurisdictione eximere, alioquin ex delicto commodum reportaret; nec etiam obstat, hæreticos non compelli ad Parochiam adeundam, vel quia non possunt compelli, vel ad majora incommoda vitanda non compelluntur; hoc autem non indicat consensum approbativum, sed permissivum Superiorum, tum quia frustra compellentur adire Parochiam, non abjurata hæresi, quare patet, non excusari.

41 Ad tertiam de impossibilitate reperiendi Parochum, qui matrimoniis hæreticorum assistat ob Decreta id Parochis districte vetantia, opponi videtur regula juris, quod tunc solum cessat obligatio servandi aliquam legem, quando impedimentum, ne illa servetur, aliunde provenit, quam ex culpa ejus, qui legis vinculo obstringitur, secus enim culpa ipsa commodum delinquenti adferret.

42 Ad quartam de ignorantia Tridentini Decreti apud hæreticos hodiernos ferme generaliter vigente, proindeque de ipsorum exemptione tam a lege, quam a pœna legis, quam communiter ignorant, perpendendum est, num assertæ ignorationis effectus eousque proten-

tendi possit, ut habilitas, quam Tridentina Synodus omnibus semel Ecclesiam ingressis ad matrimonium sine præsentia Parochi ineundum ademit, ab hæreticis obtineri censenda sit, cum de cætero lex omnis, quæ irritans dicitur, etiam ignorantes afficiat, ut tradit *Suarez de legibus lib.*5. *cap.*22. *n.*4., ac signanter de Tridentino Decreto docent *Sanchez de matr. lib.*3. *cap.*17. *n.*10., *Basilius Pont. lib.*5. *cap.*6. *n.*18., *Perez disput.*39. *sect.*5., *Guttierez de matr. cap.*61. *n.* 11. *Castropal. par.*4. *tract.* 28. *de spons. disput.*2. *punct.* 13. §.8. *n.*7., ubi rationem assignant his verbis „ Quia irritatio actus non in pœnam „ contrahentium clandestine imponitur, sed in odium talis contra„ ctus, ut inconvenientia inde orta vitentur, ac proinde sive igno„ ranter, sive scienter matrimonium clandestinum contrahatur, „ nullius est valoris, *la Croix tom.*2. *lib.*6. *part.*3. *de matr. n.*172., „ ubi ita respondet. Ad quartum admitto, quod invincibilis igno„ rantia possit excusare a peccato, sed illa non potest eos facere ha„ biles ad contrahendum, quos Ecclesia reddidit inhabiles, uti pa„ tet in consanguineis, qui, si contrahant etiam ignorantes impe„ dimentum, invalide contrahunt.

43 Ad quintam, quod hæreticorum Ministelli utpote pro veris, & legitimis Parochis communiter ab illis habiti, eorumdem matrimoniis valide assistant, ex regula de Parocho putativo passim recepta, occurri facile potest sententia a pluribus gravissimis Doctoribus acerrime propugnata, quod nisi cum errore communi concurrat quoque titulus coloratus, quo certe hæreticorum Ministelli prorsus destituti sunt, solus ille communis error ad validitatem actuum, qui celebrantur, sive quibus assistitur a Pseudo-Parocho, non sufficiat, quemadmodum adhærens opinioni quinquaginta circiter Doctorum, quos recenset, mordicus tuetur *Sanchez de matr. lib.*3. *disput.*22. *n.*29.; Præterquam quod, ubi etiam titulus non reputaretur necessarius, sed error communis sufficere posset, juxta sententiam *Pont. lib.*5. *de matr. cap.*20. *n.*2. *Dian. part.*3. *tract.*4. *resol.*142., cum iste debeat in hunc finem esse probabilis, non autem, ut dici solet, crassus, atque supinus, difficultas adhuc superesset, num talis censeri queat error ille hæreticorum ex obdurata ipsorum pertinacia derivatus.

44 Ad sextam de verisimili Tridentinorum Patrum voluntate non comprehendendi ex quadam epicheja sub ea lege connubia hæreticorum, quippe qui secus gravissimis exponerentur periculis, si posthabito Ministro hæretico, vellent matrimonia coram Catholico Parocho celebrare, videtur obiici posse, neminem sub obtentu verisimilis æquitatis, ut Epichejæ a Generali Decreto præsentium Parochi pro forma matrimonii explicite demandante immunem censendum fore secundum ea, quæ per *Text. in cap. cum dilecti de rescript.* in terminis notat præ cæteris *Castro Palao part.*4. *punct.*13. §.8. *n.*9., eoque minus hæreticos, qui, dum Ecclesiæ leges contemnunt, si mala deinde ipsis, & gravia, ut dici solet, per accidens obveniunt incommoda, non debent tamen ab iisdem legibus eximi, uti cum aliis ratiocinatur *la Croix tom.*2. *lib.*6. *par.*3. *de matr. n.*772., accedente

præ-

præterea, non facile quemquam sibi imperare posse, ut credat, noluisse Tridentinos Patres memoratam legem protendi ad hæreticos Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, aliarumque Provinciarum confœderatarum, ut enunciata mala evitarentur, quia, licet communiter receptum sit, hæreticos Ecclesiæ legibus post infelicem eorum lapsum non teneri, quippe quod nolit Ecclesia potestatem, & jurisdictionem, qua cæteroquin pollet, in filios illos perduelles exercere, ad notata per *Marchant. in Tribunal. Sacram. tom.3. par.3. tit.6. quæst.4. concl.4.*: Hæc tamen ratio videtur suffragari tantum hæreticis Angliæ, Scotiæ, Hiperniæ, Sveciæ, Daniæ, aliarumque Provinciarum, quæ ante annum 1545., quo Tridentina Synodus haberi cœpit, hæresi jam infectæ reperiebantur, juxta tradita per *Wex Ariadn. par.5. tract.2. §.1. n.25. Smalgrueber in jus canon. de clandest. desponf. §.2. n.98., Schimier eod. loco lib.4. tract.3. cap.5. sect.4. §.1. n.86. & seqq.*; Secus vero quoad præfatos hæreticos Hollandiæ, aliorumque statuum confœderatorum, qui ab Hispano Imperio, & a Catholica Religione defecere post jam absolutam Tridentinam Synodum, juxta ea, quæ ex historicis scriptoribus superius sunt adnotata.

45 Ad septimam de consuetudine a centum, & ultra annis inducta celebrandi matrimonia sine Parochi præsentia coram Magistratu, aut Ministro hæretico, cujus vigore contenditur lex Tridentini abrogata, perpendendum est, num eadem consuetudo, veluti proveniens ex infecta hæresis radice, ex insano potestatis clavium, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ contemptu, ex odio in Ecclesiam, & ex pertinaci errore, quo Acatholici authoritatem legislatoris a Christo Domino relictam suo in Terris Vicario negant, ullius hac in re momenti valeat judicari, ut expendunt adducti per *Less. loc. suprac. cas.1. n.3. & Reinfestuell. in jus canonic. lib.1. de consuet. n.145.*, itidemque ponderandum, an ea censeri debeat quocumque Summi Pontificis alioquin necessario consensu destituta, cum præsumi non posse videatur, supremum Ecclesiæ caput suum consensum accomodasse consuetudini, qua hæretici Ecclesiæ rebelles propria freti pertinacia tentarunt se a sæpedicta Tridentini lege subducere, uti hoc argumento passim utuntur Doctores adducti per *Wiestner in jus can. lib.4. de sponf. & matr. artic.9. n.191.*, & alii plures priorem tuentes sententiam.

46 Ad octavam, quod satis obtineatur finis, quem Tridentini Patres intenderunt arcendi mala plurima ex clandestinis connubiis provenientia, statim ac ista coram Magistratu, sive Ministro hæretico celebrantur, hisce verbis respondet præter alios *la Croix theolog. moral. lib.6. part.3. de matr. n. 772. Ad III. dico, mentem Ecclesiæ esse non tantum, ut publice sibi constet de matrimonio legitime contracto, alioquin etiam in partibus Catholicis sufficeret contrahere coram Magistratu, sed ut sibi de hoc constet per suum qualificatum ministrum; Parochus enim non adhibetur mere tanquam testis, sed cum matrimonium sit Sacramentum, Ecclesia voluit, ut ipsi assisteret talis minister istius solemnitatis, quem voluit esse proprium Parochum.*

47 Ad nonam de tacita dispensatione, quæ præsumi debeat ab Apostolica Sede indulta, ne huic Tridentinæ Sanctioni modo amplius obnoxii censeatur hæretici, ponderandum imprimis est, huic præsumptæ dispensationi plurimum officere iteratas Resolutiones (quarum aliquæ descriptæ fuerunt in Folio diei 17. Augusti 1737., & aliæ etiam recentiores ad calcem præsentium adnotationum apponentur) ex quibus coniicitur, tam S. hanc Congregationem, quam alteram S. Officii pluris censuisse, controversa hæreticorum matrimonia, veluti sine Parochi præsentia contracta, tamquam invalida habenda esse, quemadmodum cum aliis advertunt adducti per *Wiestner in jus can. lib.*4. *de sponſ. & matr. art.*9. *n.*191., *& Konig. in jus can. eod. lib.*4. *tit.*3. *de clandest. desponſ. n.*4. *verſ. Dico Secundo*, prætereaque merentur expendi, quæ in ejusdem tacitæ dispensationis exclusionem proponit prælaudatus „ La Croix loco mox „ allegato. Ecclesia aliquando contradixit, ut constat ex dictis, „ neque prudenter præsumi potest, quod Papa nunc velit indulgere, „ & permittere despici leges illas ab illis rebellibus, qui ei negant „ potestatem ad talia impedimenta inducenda, vel tollenda. Quod „ autem sæpius non contradixerint Pontifices, inde est, quia sciebant, nil profuturum apud contumaces, & satis erat semel, sæpiusque protestatum esse; nam, ut recte notat cum communi „ Suarez, ex hoc solo, quod Superior etiam sciens aliquæ permittat, inde non posse universaliter colligi ejus consensum, quia „ multa per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, ut dicitur *cap. Jamdudum de præben.*, & huic faciunt verba, quæ Tridentinum *ſeſs.*24. *cap.*5. *de ref. matr.* ex jure profert; non enim „ dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria monita temere contempsit. Quod si illi ipsi hæretici scirent, Papam sic benigne secum agere, irriderent eum, uti solent, ergo censeri debet, quod Papa pergat manere invitus. Probatur tertio, quia in facultatibus extraordinariis, quas singulis „ quinqueniis Sacra Sedes concedit Nunciis Apostolicis, & Episcopis Germaniæ, hæc est una dispensandi in tertio, & quarto simplici, & mixto tantum cum pauperibus contrahendis, in contractis vero cum hæreticis conversis etiam in secundo simplici, & „ mixto, dummodo nullo modo attingat primum gradum, & in his „ casibus prolem susceptam declarandi legitimam, ex qua facultate „ colligitur, Papam etiam nunc non agnoscere illa matrimonia hæreticorum cum impedimento consanguinitatis, aut affinitatis contracta esse valida. Quod autem addit, filios eorum censeri legitimos, verum est, saltem pro foro externo, & civiliter secundum „ dicta *lib.*4. *n.*754.; Hinc etiam quandoque dissimulatur ab Episcopo, quandoque autem non; ideo pro securitate a plerisque petitur dispensatio. Advertenda tamen sunt verba, quæ postmodum subiicit iste author, quæque illum non satis firmum in impugnanda validitate ejusmodi matrimoniorum ostendunt; inquit enim: NEGARI AUTEM DEBET, QUOD TALES CONJUGES CONVERSI POSSINT AB INVICEM DIVELLI QUIA PROBA-

BILE

BILE EST, EJUSMODI MATRIMONIA VALERE, ET ESSE VERA SACRAMENTA.

48 Decimæ tandem rationi, quæ innititur dispositioni juris matrimoniorum validitati faventius libenter admittendæ, ubi ex copia, & gravitate Doctorum satis probabile reddatur oppositum aliquod impedimentum non subsistere, duplex videtur obiici posse animadversio; prima scilicet, num probabilis vere dici queat sententia dictorum matrimoniorum validitatem propugnans, cui Resolutiones Sac. Congregationum Urbis adversantur; altera vero, quod, licet matrimonium, postquam fuit contractum, debeat validum reputari, si dubium insurgat, illud fuisse cum impedimento dirimente initum, sed probabile sit, impedimentum illud nequaquam subsistere, ut ad rem notat sæpedictus *la Croix theol. moral. lib.6. part. de matr. num.167.*: ibi: *Si matrimonium jam sit ita contractum, poterunt conjuges etiam conversi permanere in usu illius, quamvis consensum non renovent coram Parocho Catholico, quia probabile est, fuisse validum, & sequendo hanc opinionem probabilem, haud Sacramentum exponitur periculo nullitatis, vel irreverentiæ*; at si agatur de matrimonio ineundo, non eadem videtur recipi posse sententia, ut in terminis, quod nequeant hæretici juxta præmissam Staleni, aliorumque opinionem matrimonia contraherr, tuetur idem *la Croix loc. cit. n.169.* sic inquiens „ Probabilius est, non esse licitum contrahere, suadere, aut cooperari matrimonio ineundo secundum relatam Staleni, & aliorum sententiam, quia secundum damnationem primæ propositionis ab Innocentio XI. factam illicitum est in administratione Sacramenti sequi sententiam probabilem, relicta tutiore, quando agitur de valore, nisi aliunde accedat certitudo, uti dictum est *lib.6. par.2. n.104. ad n.111.*; atqui sententia Staleni est tantum probabilis, & opposita est tutior, agiturque de Sacramenti valore, pro quo non accedit aliunde certitudo, cum sententia illa non sit communiter recepta, nec conformis stylo Curiæ Romanæ, quæ, si interrogetur, resolvit talia matrimonia esse invalide contracta; ergo quando matrimonium est adhuc contrahendum, illicitum est sequi sententiam illam, relicta tutiore „ Hactenus memoratus Author. Et hæc sunt, quæ ad librandum, æstimandumque pondus rationum superius allatarum videntur considerari posse.

49 Ad hæc vero, quia inter Authores propugnantes validitatem matrimoniorum, quæ sine præsentia Parochi ab hæreticis contrahuntur, ubi Decretum Tridentinæ Synodi est promulgatum, rem satis diffuse pertractat *Theophil. Raynaudus in Heterocl. spirit. tom.16. sect.1. punct.14. n.8.*, atque ex ejus argumentis facile in memoriam redire queunt graviora momenta in utramque partem recensita, licet potissimum agere videatur de matrimoniis in Gallia contractis, non abs re est ipsius verba transcribere. Putat ille siquidem valida probari hæreticorum conjugia absque Parocho contracta: „ Quia, nisi id admittamus, fatendum erit, omnia hæreticorum „ matrimonia in Gallia esse fornicationes, & omnem eorum Sobo-

„ lem esse illegitimam : Nam vix est Paræcia ulla in Gallia, in qua „ Decretum Concilii Tridentini adversus clandestina matrimonia „ non sit promulgatum,& tamen celebrantur ibi ab hæreticis con„ jugia non coram Parochis, sed coram Ministris. Igitur, si assi„ stentia Parochi æque pro hæreticorum matrimoniis exigeretur, „ ac pro matrimoniis Catholicorum, omnia hæreticorum matri„ monia per Galliam essent scortationes,omnes hæreticorum uxo„ res scorta, omnes liberi spurii haberi deberent, quod dici non „ posse multa evincunt; Nam alioquin male faceret Ecclesia, cum „ id simularet in Hæreticis, nec ea, ut de aliis sceleribus, quæ ex „ impiis Dogmatibus exercent, ut de negatione Baptismi Pueris „ extra Cathechisim, de ciborum contra interdictum usu, deque „ aliis plerisque illicitis redargueret. Male item faceret, cum re„ deuntibus ad se a Calvinismo Conjugibus, qui in hæresi contra„ xerunt, & consummarunt, non præscriberet, ut confiteantur, „ quoties usi sint prætenso Matrimonio; nam juxta sententiam, „ quam reicimus, toties peccassent mortaliter. Et quamvis dici „ possit, quod id ab aliquibus non sit explicandum, quia fuerunt in „ bona fide, nec mortaliter deliquerunt ea in parte: tamen pleri„ que alii, ut qui inter eos sunt eruditiores, vel a nostris Docto„ ribus id inaudire potuissent, bona fide caruisset, atque adeo te„ nerentur ad explicandum prædictum numerum, quod dicere „ esset, usum omnium Peritorum Confessariorum damnare, & „ illaqueare Conscientias, nec modicum obicem conversioni plu„ rimorum opponere.

50 „ Ad argumentum ex Tridentino desumptum respondet: hanc „ legem, tametsi justam, & sanctam, esse tamen humanam; at„ que adeo adversus eam posse præscribi interveniente bona fide, „ & silente Ecclesia. Quamvis enim exemptio a subjectione debi„ ta potestati Spirituali Summi Pontificis non possit præscribi,cum „ ea subjectio sit Juris Divini, & nulla humana obfirmatione, aut „ voluntate sit abdicabilis, tamen exemptio ab obligatione legis „ semel latæ, nec renovatæ a Superiore præscribi potest consuetu„ dine, ut definivit Gregorii IX. cap. ult. de consuetudine, & ex „ multis DD. confirmat Covarr. 3. Variar. cap. 13., & nomina„ tim quoad leges humanas de sic, vel aliter ineundo Matrimo„ nio id ipsum notavit Lessius de just. cap.6. num.45., neque di„ cas ad præscribendum exigi bonam fidem, quæ Hæreticis de„ est; quamvis enim Hæretici quoad dissensum a Fidei Dogma„ tibus careant bona fide, tamen quoad usus Sacros, & Leges po„ liticas Ecclesiasticas possunt bona fide potiri, præsertim qui non „ inchoarunt usum contrarium Legi Ecclesiasticæ, & Prælatis, „ quorum esset legis neglectæ observationem curare nihil tale ur„ gentibus.

51 „ Quamvis igitur Hæretici (*prosequitur idem Author*) initio cum „ Lex Concilii Tridentini quoad Matrimonia Clandestina in Lo„ cis ipsorum promulgata est, peccaverint, eam non servando, „ & irrita Matrimonia celebrarint non advocando Parochum, ta-

men

,, men posteriores, qui priorum vestigiis insistentes, de ea obliga-
,, tione non cogitarunt, nec dubitarunt, quin valide sine Parocho
,, contraherent, fuerunt quoad hoc in bona fide, tandemque per
,, consuetudinem diuturnam, dissimulante Ecclesia, præscripserunt
,, jus contrahendi valide absque Parochi proprii præsentia, non ob-
,, stante Lege Concilii obligante Catholicos, circa quos Ecclesia
,, invigilavit, ut contra eam Legem semel promulgatam non pec-
,, carent impune, & ne contra eam possent præscribere.

52 Respondet etiam argumento desumpto ab authoritate S. Congreg. Concilii ita scribens,, Quod vero Emi Cardinalis declarationi Tri-
,, dentinorum Decretorum præfecti affirmasse dicuntur, Decretum
,, hoc Tridentinum de advocando Parocho obligare etiam Hæreti-
,, cos, si sit promulgatum in Locis, in quibus degunt, expediri potest
,, dicendo, vere ita esse rem spectando nude, & attenta vi juris hu-
,, mani legitime nondum præscripti. Id enim intererat docere,
,, quia est per se, & pertinet ad communem juris obligationem.
,, Quod autem aliqui, intervenientibus conditionibus ad præscriben-
,, dum idoneis præscribant contra legem, & per accidens, nec consi-
,, deratura Sapientibus, sicut, qui diceret Legem Jejunii obligare
,, etiam Mulieres in tali ætate, recte dicere per se loquendo, neque
,, esset repræhendendus, eo quod Mulieres gravidæ, etiamsi ad eam
,, ætatis mensuram pertigerint, non teneantur lege Ecclesiastica Je-
,, junii; quia per accidens est ad legem latam pro Personis in tali æta-
,, te Constitutis, quod inter eas aliquæ habeant impedimentum gra-
,, viditatis, DD. autem æque, ac Legislatores non spectant ea, quæ
,, sunt per accidens, sed tantum quæ sunt per se.

53 ,, Hi porro Emi Interpretes,, (subiicit ille demum),, non habent
,, locum Legislatorum, neque urgent obligationem Legum ab Ec-
,, clesia latarum, ut obsistant præscriptionibus adversus eas, sed me-
,, re interpretantur Legislatoris mentem, qualis fuit, cum Lex est
,, lata. Ac proinde in re præsenti non infirmant præscriptionem.
,, Nec tantum eam nunc infirmant postquam legitime præscriptum
,, est. Sed etiam non infirmassent, nec impedivissent cursum ejus,
,, quamvis eorum declaratio fuisset exhibita ante exactum tempus
,, legitimum ad præscriptionem necessarium, quia eorum scripta
,, (ut dixi) sunt tantum declarationes sensus Legis a Tridentina
,, Synodo latæ, non autem confirmationes, vel renovationes ejus ad
,, abrumpendam inchoatam præscriptionem, tantumque differunt
,, ab Interpretationibus privatorum DD., quod sint autenticæ Inter-
,, pretationis, nec adversus eas recalcitrare liceat, quod fas est adver-
,, sus aliorum DD. Interpretationes præstare.

54 Postremo illud etiam pro coronide veluti peculiari animadversione dignum videtur, quod cum viginti, & amplius Authores superius indicati sub *n.*25. stent pro validatate Matrimoniorum, de quibus agitur, & eorum plerique scripserint, quum tantum temporis spatium a die defectionis Hollandiæ a fide Catholica non præteriisset, nec eadem, quæ modo spem fere omnem redigendi Gentes illius ad

hodie

obedientiam S. Sedis præſcidit, rerum Conſtitutio firmata eſſet, ponderandum ſe offert, an dictorum Doctorum ſententiæ libentius hodie ſit adhærendum; Eoque magis ſi conjugatur maxima occaſio dubitandi, quod controverſum Tridentini Decretum nunquam fuerit iis in Regionibus legitime promulgatum: Hæc enim ſola ratio, quod clare non conſtet de legitima illius promulgatione, ſufficere poteſt, ut pro dictorum Matrimoniorum validitate tuto pronuncietur, ad tradita per Doctores allegatos ſub n. 13., immo vero Sacram quoque Congregationem fuiſſe in ſenſu, quod in iis Regionibus, ubi non conſtet Decretum prædictum fuiſſe publicatum in Parochiis intelligibili idiomate, ſeu numquam receptum, & in uſu poſitum, vel ipſius memoria perierit; Matrimonia coram non Parochis contracta valida ſint, apparet ex Reſolutione emanata in *Indiarum Orientalium Matrimonii* 30. Martii 1669., & confert etiam Reſcriptum prius editum in Cauſa *Poloniæ* 13. *Novembris* 1638.

55 Quoniam vero de Reſolutionibus, atque Reſcriptis hujus S. Congregationis jam pluries incidit ſermo, ne iſta lateant EE. VV., quotquot ad propoſitam quæſtionem pertinentia ſummo labore exquiſita licuit invenire, ad literam, uti ea legere eſt in libris Decretorum, Eminentiarum VV. oculis ſubiiciuntur; At quia ex illis nondum ſatis Paſtorum ſollicitudini, qui in Belgio, finitimiſque Provinciis Animarum curæ invigilant, ſatis conſultum videtur, præſtat repetere, quod jampridem Guilelmus Eſtius (cujus tamen doctrina num in reliquis mereatur approbari, S. Sedis Judicio relinquitur) firmiorem ſuper hac re definitionem exoptans veritus non eſt pronunciare *in* 4. *diſt.* 24. §. *In fin.* „ Huic malo, quod ex Hæreticorum inobedientia naſcitur, poterit Eccleſia maturiori conſilio, „ quod aliquando futurum ſperamus, occurrere; Idque vel explicando Decreti ſui ſenſum, vel novum Decretum ſtatuendo.

Et ita &c. Sub cenſura &c.

C. A. Archiep. Philippen. S. C. C. Secret.

E
RESOLUTIONIS S. CONGREGATIONIS,
Quæ conferre videntur ad Deciſionum Cauſæ
Ipren. Viſitationis Sacrorum Liminum.

Antuerpien. Licet per Decretum Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 1. caveatur, quod Matrimonium aliter, quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, ſeu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus teſtibus contractũ ſit irritum, & nullũ, impoſita etiam pœna iis, qui hujuſmodi contractui interfuerint, quodque per Bullam fel. rec. Pii IV. ordinatum ſit, omnia Decreta Concilii ad reformationem, ac jus poſitivum ſpectantia a Kalendis Maii tunc pro-

proxime præteriti omnes obligare cæpisse, neque post eam diem excusationem cujusque admittendam; tamen, dum ex facto proponeretur, Martinum de Rivera natione Hispanum, dum in Civitate Condonen. Regni Angliæ negotiandi causa uno, aut altero mense solum egisset, tertia mensis Augusti anno 1572. in præsentia cujusdam Notarii publici, & cujusdam Alphonsi Basurtii in quodam Cænaculo cum quadam Hestere de Sabitoris etiam Catholica, & quæ a duobus tantum mensibus citra ex Civitate Antuerpiensi in Angliam venerat, ptotulisse, & scripsisse, vel subsignasse verba sequentia; *Ego Martinus de Rivera accipio Hesterem de Sabitoris pro mea sponsa, & uxore ex hoc die in antea pro tota vita mea, eoque fine ei do meam veram fidem*; & dictam Hesterem similia reciproca verba ad prædictum Martinum directa protulisse, scripsisse, vel subsignasse, hoc addito, quod inter ipsos Contrahentes id actum fuisset, ut, data opportunitate, in Hispaniam, aut in inferiores Regiones Catholicæ Majestati subjectas traiicerentur, ibique solemniter in Sanctæ Matris Ecclesiæ facie Matrimonium contraherent.

Dubitatum est, an *ne prædictum Decretum Concilii Tridentini ad prædictos Contrahentes, non obstante, quod paulo ante in Regnum Angliæ hæretica pravitate infectum, ubi Parochorum non est copia, divertissent, porrigi, & extendi debeat, eosque ad sic contrahendum inhabiles reddiderit*.

Sacra Congregatio censuit, *non extendi, si in illa Ecclesia, in cujus Parochia tunc habitabant Contrahentes, nondum eo tempore, quo sic contraxerunt, erat, ut palam dicitur, publicatum Decretum Conciliii sess. 24 de ref. Matr. cap. 1.*, ut in lib. 1. *Decr. pag.* 74.

POLONIÆ, discusso Dubio, *An, quando mulier Catholica cum Hæretico, vel e contra Matrimonium, præsente Ministro Hæretico contrahat in loco, in quo dubitatur, an Sacrum Conc. Trid. fuerit publicatum, debeat coram Parocho Catholico iterum contrahere*, Sacra Congregatio sub diem 13. Novembris 1638. ita respondit *Si non constet de publicatione Sacri Conc. Trid. in Parochia Contrahentium, non esse invalida Matrimonia coram Ministro Hæretico contracta: Si vero constet de publicatione Sacri Concilii in Parochia saltem ex illius observantia per aliquod tempus, tamquam Decreti Sacri Concilii, ad validitatem Matrimonii requiri, ut coram Parocho Catholico iterum contrahat*, ut *in lib.* 16. *Decr. pag.* 117.

INDIARUM ORIENTALIUM MATRIMONII. In Scripturis, & informationibus a Sac. Congreg. S. Officii ad hanc Sac. Congreg. pro infrascriptorum Dubiorum resolutione remissis continetur, quod in Serra de Malavari Indiarum Orientalium ab exordio Schismatis aliqui Catholici conjungebantur in Matrimonium a Parochis invalide ordinatis ab Archidiacono intruso: alii a Presbyteris Catholicis in Panochos institutis ab eodem Archidiacono: alii a Presbyteris factis Schismaticis, & in Parochos a populo electis: alii absque interventu ullius Parochi ob timorem Regum Paganorum, & in aliquibus Matrimoniis dictus Archidiaconus dispensavit super impedimentis dirimentibus. Istis positis, quæritur.

I. *An*

I. *An Matrimonia in prædictis casibus contracta sint valida.*

II. *An in Serra Matrimonia clandestina sint invalida.*

III. *An supposita hujusmodi Matrimoniorum invaliditate, & impossibilitate Conjuges separandi, vel eos denuo publice contrahere faciendi, potuerit Episcopus concedere, & publicare se concessisse Parochis eos denuo privatim in Ecclesia coram duobus, aut tribus Testibus absque alia publicatione conjugendi.*

Die 30. Martii 1669. Sacra Congregatio respondit: *Ad* I. *si Decretum ejusdem Concilii cap.*1. *sess.*24. *de ref. Matrim. in iis Regionibus non fuit publicatum in Parochiis intelligibili idiomate, seu nunquam receptum, & in usu positum, vel ipsius memoria prorsus perierit, valida esse infrascripta Matrimonia, nempe contracta coram Parochis ordinatis seu institutis ab Archidiacono intruso. Secundo contracta coram Sacerdotibus Catholicis & institutis Parochis ab eodem intruso. Tertio contracta coram aliis Sacerdotibus factis Schismaticis. Quarto contracta coram Parochis a Populo electis. Quinto tandem contracta absque ullius Parochi præsentia. Si vero Decretum illud Sacri Concilii fuit præfato modo in Parochiis publicatum, & receptum, adsitque memoria, quod de tempore ante Schisma erant in usu, & coram legitimo Parocho, vel Missionario Apostolico, & Testibus juxta formam Concilii contrahebantur Matrimonia, in hoc casu esse distinguendum, vel Parochi legitimi, aut Missionarii aderant in ea Regione, & accessus ad eos erat tutus, & facilis, vel non aderant, nec, si aderant, accessus ad eos erat tutus facilis, si primum, omnia præfata Matrimonia, cum potuerint fieri coram Parocho legitimo, vel Missionario & non fuerunt sic facta, esse invalida, & revalidanda: si secundum, juxta alias decisum ab eadem S. Congreg. stante impossibilitate habendi legitimum Parochum, vel Missionarium, esse valida, si coram Testibus saltem facta sunt. Contracta autem cum impedimentis dirimentibus dispensatis ab intruso esse invalida, nec posse dissimulari, & propterea, obtenta dispensatione a Sanctissimo, vel ab alio facultatem a Sanctissimo habente, esse revalidanda. Ad* II. *ut supra, si nimirum præcitatum Decretum Sacri Concilii fuit in Parochiis intelligibili lingua publicatum, Clandestina esse invalida, si non ita publicatum, esse valida. Præsumendum autem esse, quod fuerit hoc modo publicatum, si de tempore, vel præsenti, vel præterito extet memoria, quod Matrimonia contrahi solebant coram Parocho, aut Missionario, & Testibus tanquam ex præscripto ejusdem Sacri Concilii. Ad* III. *modum illum revalidandi secretò coram Parocho, aut Missionario, & Testibus sine nova publicatione esse legitimum, & prudentem, ideoque in similibus casibus Clandestinorum usum tenendum*, ut in lib.26. Decr. pag.198. & 199.

RUREMUNDEN. MATRIMONII. Catholicus cum hæretica, quæ hæresim abjurare promiserat, Matrimonium coram Magistratu sæculari in loco, ubi Conc. Trid. est receptum, & Parochus commode haberi, & adiri poterat, contraxit, & postea consummavit, verum quia mulier non solum ad hæresim abjurandam adduci non potuit, sed etiam alteri viro nupsit. Orator ad Partes viventes sub obedientia S. Sedis se recepit, & cum alia muliere contrahere desiderat, sed quoniam ordinarius recusat permittere absque S. Congregationis declaratione; Orator supplicat decerni. *An*

An prædictum Matrimonium contractum ab ipso cum dicta hæretica modo, ut præfertur, fuerit nullum.

S. C. die 2. Maii 1676., rescripsit, *secundum ea, quæ proponuntur, dictum Matrimonium fuisse nullum*, ut in *lib.* 29. *Decr. pag.* 241.

GEDANEN. MATRIMONII. A Sanctissimo D. Nostro remissus fuit pro voto supplex libellus sequentis tenoris: Beatissime Pater: Officialis Gedanen. defert hunc casum de consensu Partium, prout de jure decidendum. Fuit contractum Matrimonium inter Eliam Constantium Schodier Catholicum, & Elisabetham Mulierem hæreticam, non tamen coram Parocho Catholico, licet ibi fuerit publicatum Sacrum Concilium Tridentinum, supplicat itaque committi declarationem Sacræ Congreg. Conc. Trid., ut Partes possint sibi consulere.

An Matrimonium hujusmodi fuerit nullum.

Sac. Congregatio die 8. Maii 1677. distulit resolutionem, quousque distinctius informent, ut in *lib.* 29. *Decr. pag.* 415. *terg.*

GEDANEN. MATRIMONII. Proposito per libellum a Sanctissimo remissum Dubio infrascripto 8. Maii proxime præteriti, dilata fuit Resolutio, ut Proponens magis distincte informaret. Nunc igitur addit, quod in loco Matrimonii Concilium fuit publicatum, ibidemque adest Parochus Catholicos: iterum igitur instat decerni.

An Matrimonium inter Catholicum, & hæreticam contractum, non tamen coram eorum Parocho Catholico, fuerit nullum.

Sacra Congregatio die 4. Septembris 1677. respondit: *Affirmative Matrimonium fuisse nullum*, ut in *lib.* 29. *Decr. pag.* 501.

HOLLANDIÆ MATRIMONIORUM. Quidam ex Missionariis significavit D. Internuntio Belgii, complurium Catholicorum conscientias scrupulis agitari circa validitatem Matrimoniorum, quæ inter Catholicos, & hæreticos coram Magistratu hæretico contracta sunt. Censebant prius Missionarii, Matrimonia hujusmodi nulla esse, tum quia Sac. Concilium in dictis Provinciis publicatum, ac receptum fuit, tum quia hæc Sac. Congregatio anno 1603. a d. Nuntio Apostolico consulta respondit, ipsorum etiam hæreticorum Matrimonia ab absque forma Concilii quamvis coram Ministro hæretico, vel Magistratu loci contracta nulla, atque irrita esse: consueverant itaque Missionarii Catholicos de nullitate monere eorumque conscientias urgere ad validandum Matrimonium ritu Catholico, cum separari non possent.

Ab hanc autem praxi modo cessatur, quia Vicarius Apostolicus prohibuit per hæc verba: Prohibemus etiam sub pœna suspensionis ab Officio Missionis omnibus Missionariis, ne quis Personas, quarum altera est Acatholico, Nobis inconsultis, & sine nostro speciali consensu præsumat conjugere.

Imo in aliquot casibus pro licentia requisitus, respondit, ut Puella cum Acatholico Matrimonium initura ritu Catholico conjugatur, non expedit tum ob Sacramenti Sanctimoniam, quæ violatur, dum Acatholico administratur; Tum ut Catholica conjux aliqua pœna afficiatur, quod non in Domino nupserit; Poterit tamen cum Aca-

tholico conjugaliter vivere, quia conjunctio coram Magistratu facta est civile Matrimonium, quod liberat a fornicatione, quavis non sit Sacramentum, quod usum conjugis cælesti gratia perfundit: porro Puella illa a Sacramento Eucharistiæ suspendenda est, juncta tamen pœnitentia, ut sæpius veniat ad Sacramentum, pœnitentiis, sanctis adhortationibus, & piis operibus in Dei servitio confirmanda.

Vicarius autem a D. Internuntio requisitus opinionis suæ fundamenta assignat, quod Hollandi ab hominibus non reputantur spurii, sed illorum Cætus, Reipublicæ, & Civitates, ac si alter conjugum Fidem Catholicam amplectatur, adhuc Matrimonium constit non obstare publicationem Conc., quia dici potest publicatum in illis Provinciis, non tamen in illa Republica, quæ hodie non est eadem, quæ tunc temporis erat, neque quoad gubernium, neque quoad Habitatores, neque quoad Religionem, ideoque non obstare Decretum S. Congregationis, quia si congruebat illi tempori, quo nondum desperata erat Reversio ad Hispanos, non congruit huic tempori, quo Hollandi non sunt amplius subditi, & Respublica immutata est.

His stantibus, D. Internuntius a Missionario requisitus per Secretariam status supplicat ab hac S. Congregatione declarari.

An in Provinciis Belgii confœderatis valeant Matrimonia Catholicorum cum Heterodoxis contracta coram Magistratu hæretico non obstante Decreto Concilii de solemnitatibus Matrimonii in illis Provinciis publicato, & recepto.

S. C. die 23. Augusti 1681. rescripsit: *ad mentem cum Sanctissimo scilicet, si esset respondendum Dubio esset respondendum negative*, ut in lib. 31. Decr. pag. 459.

BOSCODUCEN. MATRIMONIORUM. Vicarius Apostolicus enarrat fuisse ab hæreticis editam legem, qua cavetur, nulla esse Matrimonia, quæ coram Magistratu, aut Ministro hæretico celebrata non fuerint, unde dubitat, an in casu, quo quis ex conjugibus, qui Matrimonium juxta legem præfatam iniverunt, convertantur ad Fidem, teneatur renovare consensum coram proprio Parocho, maxime cum pluries necesse sit conversionem occultare, & quia qui prætenderet nullitatem primi contractus, gravi pœna afficeretur, tamquam violator d. legis, neque hæreticus conjux permitteret novum consensum præstari, supplicat Sanctissimo Domino Nostro, quatenus declarare dignetur, licere conversis continuare in Matrimonio contracto coram Ministro hæretico etiam sine novo consensu, quoties iste commode præstari non possit.

Cum autem Sacra Congregatio S. Officii hujusmodi Dubiorum decisionem ad hanc Sacram Congregationem remiserit, Eminentissimi PP. respondere non gravabuntur.

I. *An, si quis, dum erat hæreticus, Matrimonium contraxit coram Magistratu, vel Ministro hæretico, & postea convertatur ad Fidem Catholicam, requiratur ad validitatem hujusmodi Matrimonii novus consensus utriusque conjugis, vel conversi tantum?*

II. *An, quatenus hujusmodi novus consensus præstari commode nequeat, nihilominus indulgendum sit, ut in hujusmodi Matrimonio possit conversus licite perseverare.*

Sa-

Sacra Congregatio die 13. Februar. 1683. rescripsit: *Ad mentem Mens est, quod servetur id, quod fuit observatum in simili casu a Sacra Congregatione Concilii in una Hollandiæ Matrimoniorum* 23. *Aug.* 1681., ut in *lib.*33. *Decr. pag.*52.

DUBIUM VALIDITATIS MATRIMONIORUM INTER CATHOLICOS, ET HÆRETICOS. In Diœcesi Antuerpiensi pro majori parte sita sub Domino Hollandiæ inita Matrimonia coram Magistratibus secularibus revocantur in dubium, tanquam non servata forma Concilii Tridentini, licet ibidem publicata sub Imperio tamen Hispaniæ ad tollenda clandestina, quæ fieri consueverant. Modo sub dominio Acatholicorum, nullis existentibus solemniis, contrahuntur coram Schabinis, & Reformatis, quæ valida tuetur Episcopus Canturiensis nuper in Hollandia Vicarius Apostolicus, ea ductus ratione, quia forma præscripta sit tantum in locis Catholicis, hujusmodi sit praxis apud Germanos, & Pœnitentiarios Romæ similia matrimonia non reprobantes, cum autem in hac Diœcesi pro invalidis constanti consuetudine habeantur, instat modernus Episcopus pro declaratione.

An hujusmodi matrimonia, non servata forma Concilii, sint valida.

S. Congregatio die 14. Januarii 1690. respondit: *Ad D. Secretarium juxta mentem cum Agente Episcopi Antuerpiensis*, quæ tamen non fuit explicata, ut in *lib.*40. *decr. pag.*47.

RUREMUNDEN. MATRIMONIORUM. Relato die prima Martii præteriti statu Ecclesiæ Ruremundensis, Episcopus inter cætera exposuit.

In quibusdam partibus hujus Diœcesis hæreticis subjectis, iidem obligant omnes nubere coram Magistratibus sub pœna nullitatis, & prohibitum est sub gravi pœna, ne renovent suos consensus coram Sacerdote, imo plurimi utriusque sexus vadunt habitatum sub hæreticis, & postquam ibi sunt conjuncti, revertuntur ad antiquam residentiam, nec volunt (præsertim si mariti sunt hæretici) renovare consensum coram Parocho, quapropter ad tollendas angustias Confessariis, quando pars Catholica venit ad confessionem, supplicat responderi: *An similes possent sic relinqui, & tamen a suis absolvi peccatis.*

Hujusmodi Dubio proposito, S. Congregatio cognitionem remisit ad S. Congregationem S. Officii, quæ & ipsa satius duxit idem Dubium de novo remittere ad hanc S.Congregationem Concilii sub die 4. Junii proxime præteriti, quare dignentur EE. VV. benigniter respondere.

S. Congreg. Concilii die 19. Julii 1692. hujusmodi causæ cognitionem remisit ad S. Congreg. S. Officii, ut in *lib.*42. *decr. pag.* 48. *terg.* Factis autem diligentiis, nihil in Regestis S. Inquisitionis potuit reperiri, quod oculis EE. VV. subiiceretur.

GANDAVEN. V. SS. LIM. Exponente inter cætera Episc. -- Licet pauci subditi Diœcesis sint hæretici, multi tamen a triennio, & ultra tempore præsidii hyemalis copiarum Principum confœderatorum confluunt, quorum plurimis adhærent filiæ Diœcesanæ sub specie

prætensi matrimonii contracti coram Ministris Acatholicis. Consului Theologorum Lovaniensem, qui resolvit, hujusmodi matrimonia non posse sustineri, nec licita esse, sed cum his belli temporibus impossibile sit abusus hosce repellere, maxime quia consilium Flandriæ causas omnes etiam Ecclesiasticas ad se trahit, hinc supplicat edoceri, *An, & quomodo in hos abusus se gerere debeat*, S. Congregatio die 3. Martii 1696. respondit: *Ad III. Matrimonia esse nulla*, ut in *lib.* 46. *pag.* 138. *& seqq.*

VENETIARUM. R. P. Patriarcha Venetus supplicat pro decisione casus infrascripti -- Titius Italus, & Catholicus, contractis Amstelodami sponsalibus cum Berta pariter Catholica, temere ductus ad Ecclesiam hæreticorum matrimonio se junxit cum eadem Berta coram Ministro Acatholico, & testibus, illudque successive consummavit. Non multo post mercaturæ causa in Hispania profectus, & illinc Amstelodamum reversus invenit Bertam alteri se in matrimonium copulasse. Licet autem plene edoctus fuisset, in ea regione in hisce casibus optionem dari marito, vel repetendi, vel deserendi uxorem, statuit tamen eam deserere. Quare, Berta derelicta, navigans in Græciam aliam Puellam in uxorem duxit, ex qua filios suscepit. Modo Titius factus dubiæ fidei circa validitatem primi, vel secundi matrimonii supplex exposcit Sapientissimum EE. VV. oraculum super infrascriptis nempe.

I. *An primum matrimonium contractum cum Berta coram Ministro Acatholico fuerit validum necne.*

II. *An secundum matrimonium cum Puella Græca sustineatur?*

S. Congregatio die 1. Decembris 1696. respondit: *Primum Matrimonium esse nullum; Secundum esse validum, nisi aliud obstiterit*, ut in *lib.* 46. *decr. pag.* 481.

HOLLANDIÆ MATRIMONII. Decem ab hinc annis Vir quidam Boisalair nuncupatus origine Gallus, dum stipendia merebatur apud Batavorum turmas in Provinciis Hollandiæ, matrimonium contraxit cum quadam Puella cognomento Sckoltis, nata ex patre Luterano, & matre Catholica, quæ moram trahebat in Pago de Ryswich prope Hagam. Matrimonium id præcesserunt proclamata solemnia juxta morem earum Regionum in æde Acatholicorum Reformatorum cum interstitio septem hebdomadarum, quibus elapsis, præfati sponsi conjuncti fuerunt a Ministro hæretico. In statu conjugali vixerunt iidem sponsi quinque, & amplius annis, procreando etiam prolem jam defunctam, donec dictus Boisalair captivus in bello factus, in Gallias ductus fuit, ubi sub Regis stipendiis merere perrexit. Hoc interim plures literas amore, & æstimatione refertas suæ conjugi dedit, sed abhinc circiter biennio, cum reperiretur in Stativis Civitatis Yprarum in Belgio, captus amore cujusdem puellæ ex custode carcerum natæ, cum ea aliud iniit conjugium, & prolem suscepit, deserendo supradictam primam conjugem, quæ ad animum id revocans sese contulit Ypras, querelas suas deferendo apud Episcopum d. Civitatis, & Magistratum loci pro repetitione sui Viri. Episcopus antedictus dicitur in eo sensu esse, quod primum matri-

matrimonium sit nullum ex defectu præsentiæ Sacerdotis Catholici: Hinc exoptans Pastor Hagæ edoceri, an in casu, quo primum matrimonium declaretur nullum ab Episcopo Ypren., possit mulier iterum cum alio nubere, exhibuit Abbati Passioneo thema facti supra recensiti, ab eoque transmissi ad Secretariam Status Sanctissimi Domini Nostri, a qua ad Supremum Tribunal S.Officii, & ab eo tandem ad hanc S. Congreg. pro resolutione remissum fuit. Pleraque excitat motiva idem Pastor super primo matrimonio præmisso. Quod nimirum fuerit illud solemnizatum præter morem, cum lapsu scilicet septem hebdomadarum ad proclamata facienda, cum dumtaxat quindecim dies intercedere soleant; quod conjuges uti subjecti illis statibus Generalibus contraxerint coram persona publica, & in publico loco; Quod vixerint pluribus annis uti conjuges, suscepta prole: Quod, ubi unus contrahentium est Catholicus, alter vero hæreticus, regulariter conjunctio non fiat coram Parocho Catholico, sed solummodo coram Magistratu, sive alio Ministro, hocque non obstante habeatur inibi contractus validus, juxta assertam decisionem olim factam a S. Congregat. Inquisitionis tempore Castoriensis; Quod aliter peccaretur adversus Patrias leges dictantes primum matrimonium esse validum; quod tandem ejusmodi matrimonium ita sequutum, etsi improbatum, nunquam tamen controversum, seu rejectum extitit a Pastore Catholico. Præfatus Abbas Passioneus propendere videtur insubsistentiæ opinionis Episcopi Ypren. quam nonnisi cum alteratione Patriarum legum locum sibi vindicare posse asseverat. Quibus sane perpensis, quæritur ab EE. VV. declarari.

An primum matrimonium contractum inter præfatum virum Boisalair, & Puellam Schkoltis sit validum in casu &c.

Die 15. Novembris 1710. Sac.Congregatio distulit propositionem, & causa non apparet amplius proposita.

COLONIEN. Maria Anna de Horst Patria Juliacensis, & de Diœcesi Coloniensi, viginti circiter abhinc annis cum esset in ætate annorum quatuordecim, matrimonium contraxit Parentibus invitis, cum Boleslao Schtuerin hæretico Pomerano Neomagi in Hollandia coram Ministro hæretico, licet Parochus Catholicus adiri, & commode haberi potuisset in eodem loco. Ex hoc matrimonio duo filii nati sunt, cumque Boleslaus, post quinquennium Mariam Annam deseruisset, & abiens in longinquas Sveciæ Regiones hæreticam duxerit Uxorem, infelix Marianna, quæ miseram duxit vitam per spacium plurium annorum, cum occasionem invenerit matrimonium contrahendi cum Edmundo Geversagen Catholico, supplices preces porrexit huic S. Congregationi pro declaratione nullitatis matrimonii a se contracti cum Boleslao, & pro libera facultate matrimonium contrahendi cum Edmundo.

Datæ fuerunt literæ pro informatione ad Ordinarium, qui respondit, primo subsistere in facto eo, quæ fuerunt exposita; secundo, matrimonium fuisse contractum coram Ministro hæretico Castrensi, non tamen proprio illius legionis, sub qua Boleslaus militabat; tertio,

tio, potuisse contrahi matrimonium coram Missionario Catholico, & Testibus juxta Concilii Tridentini Decretum; quarto, Concilium Tridentinum, & Decretum de matrimonio contrahendo coram Parocho,& Testibus fuisse in loco publicatum,nec ullam quoad hunc punctum moveri posse controversiam; quinto se juxta repetitas hujus S. Congregat. declarationes inclinare pro nullitate matrimonii, sed se deinde dubitare, ex quo Emus D. meus Card. Petra in suis doctissimis Commentariis ad Constitutiones Apostolicas *tom*.4. scripsit non expedire, ut procedatur ad declarationem nullitatis horum matrimoniorum, cum ex consimilibus declarationibus multa mala sequantur, & Catholici degentes in Regionibus hæreticorum periculis persecutionum exponantur; sexto, se hæc mala prævidere in casu, de quo nunc agitur, cum in recessu, quem vocant, Religionis facto de anno 1672. inter Marchionem Brandeburgicum, & Ducem Neoburgicum intuitu terrarum ex successione Juliacensi inter se divisarum, conventum fuerit, quod in contrahendis mixtis matrimoniis, hoc est v. g. Catholicæ cum hæretico, assistere semper debeat Parochus, seu Minister sponsi, & quod proles mascula educetur in Religione Patris, & proles fœmina in Religione matris; septimo, quod, licet hæc prodierint ab incompetenti auctoritate, nihilominus in praxi recepta sunt, itaut mala, infortunia, persecutiones Catholicorum, & alia hujus generis imminere probabilissime credenda sint, si ad aures Principum Acatholicorum deveniat, pro nullis haberi matrimonia contracta coram Ministro hæretico a fœmina Catholica cum Viro Etherodoxo; octavo, superesse modum, quo res componi posset, si videlicet, prætermisso defectu assistentiæ Parochi Catholici, procederetur ad publicationem nullitatis matrimonii utpote contracti coram Ministro,qui non erat proprius sponsi Minister, erat enim Minister alterius Legionis, sub qua Boleslaus non militabat, uti supradictum est, cum Acatholici, etsi reputent valida matrimonia contracta coram alieno Ministro,severe nihilominus puniant Ministrum assistentem matrimoniis, quæ a suis subditis contracta non sint, & idcirco credi possit mitius esse laturos, si nullum declaretur id, quod ipsi perperam gestum agnoscunt; ultimo demum permissum fuisse Boleslao remanere in secundo matrimonio contracto cum hæretica, non quia existimatum fuerit, primum matrimonium contractum cum Maria Anna fuisse invalidum, sed quia ponderatum fuit ab hæreticis, uti sibi Ordinarius Coloniensis asserit, ex actis constare, quod secundum matrimonium contractum fuerat cum fœmina nobili præcedentis matrimonii ignara.

Hæc sunt, quæ continentur in luculenta dicti Ordinarii relatione, nunc autem transeundo ad exponendam praxim, & consuetudinem hujus S. Congregationis, nec non asserta Doctorum,præmissaque regula generali desumpta ex litera Concilii *sess*.24. *cap*.1. *de ref.matr.*, quod ipsa videlicet Sancta Synodus noluit nullitatem matrimonii ex defectu præsentiæ Parochi, & Testium sibi vindicare locum in Parochiis,in quibus Decretum publicatum non fuerit,redactaque quæ-

stione

ſtione ad eos locos, in quibus Tridentinum Decretum fuit publicatum, nonnulli in ea ſunt opinione, quod hæretici degentes in locis prædictis non ſint prædictæ legi ſubjecti, itaut matrimonia ibi ab eis contracta coram Miniſtro Acatholico, & ſic ſine vero Parocho, & Teſtibus pro validis ſint habenda, ut late oſtendere conatur *Theophilus Raynaudus in Heteroclitic. ſpiritualibus tom.*16. *pag. mihi* 176. *a n.*7. *uſque ad n.*14. Alii in ea ſunt opinione, quod matrimonia hæc hæreticorum valida ſint in illis locis, in quibus utpote tunc Principi Catholico ſubjectis, licet olim fuerit publicatum Tridentini Decretum, hodie nihilominus ſubſunt Principibus hæreticis, quam aſſertionem ampliant etiam ad caſum, in quo non deeſt copia Parochi Catholici, & etiam ad caſum, in quo alter ex contrahentibus Catholicus eſſet, uti late oſtendere conatur *Vaneſpen. Juris Eccleſiaſtici tom.*1. *part.*2. *tit.*12. *de ſponſalibus a n.*31. *uſque ad finem*; Et alii demum volunt matrimonia hæc hæreticorum nulla eſſe, ſive inter hæreticos contracta fuerint, ſive inter hæreticum, & Catholicam, dummodo tamen copia haberi potuerit Parochi, aut Sacerdotis Catholici, qui matrimonio intereſſet, quam ſententiam latiſſime tuetur *la Croix lib.*6. *par.*3. *de matr. n.*772. *& in pluribus ſeq.*, & eidem late adhærent etiam cæteri plena manu cumulati per *Anaclet. ad tit. Decret. de Clandeſtina deſponſatione* §.3. *a num.*132. *& ſeq. P. Schmalzgrueber. ad eundem tit. decret.* §.2. *a n.*115. *& in plurib. ſeq.*, ubi enim Parochi Catholici non ſunt, vel eſt moraliter impoſſibile eos reperire, validum etiam eſt matrimonium ſine eorum præſentia contractum juxta reſponſum Ven. Dei Servi Card. Bellarmini, cujus meminit *Rot. deciſ.*308. *n.*25. *cor. Dunozet. Seniore*, & quod per extenſum refertur apud *Gobat. in Theologia radicali tract. centeſimodecimoſexto cap.*4. *de matr. clandeſt. pag. mihi* 528.

Deveniendo ad hujus Sac. Congregationis Reſolutiones: Fuit alias ab ea reſolutum, hæreticos teneri pro validitate matrimonii ad ſervandam formam præſcriptam a Concilio Tridentino, ſi ejus Decretum fuerit in loco publicatum. Item hæc eadem S. Congregatio alias reſolvit matrimonia hæc eſſe valida, quamvis contracta ſine Parocho, ſi in loco nec Epiſcopus, nec Parochus adſit, dummodo tamen duo, aut tres Teſtes fuerint adhibiti, & ſic ſervata fuerit, quantum potuit, forma Concilii, & omnes hæ reſolutiones impreſsæ reperiuntur apud *Pignatell. tom.*5. *conſult.*79. *n.*26. *& ſeq. apud Anaclet. ad tit. Decr. de clandeſtin. deſponſatione ſub n.*132. *& ſub n.*141., *& apud Eminentiſs. D. Card. Petra ad Conſtit. Apoſtolicas tom.*4. *pag.*78. *& plur. ſeq.*, & concordant aliæ reſolutiones recentiores hujus ejuſdem S. Congregationis in *Colonien.* 16. *Dec.* 1719. *lib.*69. *decret. pag.*609. *a tergo*, *& in Moguntina* 31. *Maii* 1721. *lib.*71. *decret. pag.*184. *tergo*.

At quia hæc eadem S. Congregatio bis, hoc eſt in Cauſa *Hollandiæ matrimoniorum* 23. *Auguſti* 1681., *& in Boſcoducen. matrimonii* 13. *Februarii*, ſuper hoc eodem Dubio reſcripſit Secretario cum Sanctiſſimo ad mentem, & prædictus Emus D. meus Card. Petra, qui pluribus annis laudabiliter, & laborioſe functus eſt officio Secretarii,

men-

mentem explicavit, quæ fuit, ut si Dubio respondendum esset, non aliter responderi posset, quam pro nullitate matrimonii, sed animadversum, id non expedire, ne Catholici periculis exponantur, ex hoc natum est Dubium Ordinario Coloniensi juxta ea, quæ in superioribus dicta sunt; In quo proinde rerum themate onus erit EE.VV. decernere.

Quid in proposito casu statuendum sit, aut Ordinario Coloniensi respondendum.

S. Congregatio die 17. Januarii 1728. distulit propositionem: reproposita autem causa sub diem 21. Februarii rescripsit *ad mentem*, quæ in literis Coloniensi officiali datis fuit hunc in modum explicata, quod matrimonium, ut supra, a præfata Maria Anna contractum ex deductis sit nullum, ac proinde eidem Annæ Mariæ transitus ad alia vota permittatur, ut in *lib.*78. *Decr. pag.*73. *& in lib. literarum* 27.

F

Validitatis Matrimoniorum Hollandiæ.

AD I. Dubium, circa quod de mandato EE. VV. mentem meam aperire debeo, respondendum censerem Affirmative, loquendo saltem de valore istorum matrimoniorum in ratione contractus.

Prima ratio, quæ ad sic sentiendum me movet, est, quoniam mihi satis veresimile apparet, Caput primum de Reformatione Matrimonii Sess.24. Concilii Tridentini ad hæreticorum Respublicas, Communitatesque non esse extendendum, id quod & rationem Theologicam, & Concilii Historiam, & Decreti Conciliaris verba probare videntur. Atque ut a ratione Theologica incipiam, hæc est; Quia Theologi quærentes, quando, & quomodo Lex per interpretationem restringi possit, tria solent principia statuere, primum, quod restrictio Legis fieri potest ad vitandam absurditatem in ipsa Lege, cum nullus Legislator absurda voluisse præsumendus sit: Secundum est, quod verba Legis ad terminos rationis ejusdem Legis restringenda sint, quia Ratio est veluti Anima Legis, & voluntas Principis sola ratione, & non gratis ad legem volendam movetur, quamobrem limitata ratione, Lex quoque limitanda erit: Tertium est, quod Lex restringitur ex subjecta materia, cum Legis verba ex subjecta Legis materia intelligenda sint. Quibus principiis post *Suarez lib.6. de Legib. cap.*5. consentiunt Theologi, qui de Legibus tractant, quin & ipse *Hugo Grotius de Jure Belli, & Pacis lib.*2. *cap.*16. *n.*22. in materia Promissionum, quæ restringendæ sint extra significationem verborum, eadem principia tamquam naturæ lumine, & in jure Gentium satis perspicua amplexus est, quæ ejusdem Grotii Commentatores ad Fœdera, Leges, & Pacta extendere solent.

Jam vero hæc omnia suadent, laudatum Tridentini Decretum restringendum esse quoad hæreticos quoque, qui post ipsum Tridentinum suas peculiares Respublicas, Communitatesque constituturi forent.

In

In primis, quoniam alias Concilium abſurda voluiſset nempe, & infinita quaſi adulterina conjugia, quæ, utcumque materialia dicerentur, ſunt tamen, tunc maxime cum ſunt innumerabilia, ſemper abſurda, & maximam legitimarum ſucceſſionum, & hæreditatum confuſionem, dubiaque, & anxietates conſcientiæ de valore matrimoniorum abſque numero, quæ omnia dubio procul abſurda ſunt, nec ita de facili a cordato Viro, & multo minus a ſumma charitate, ac prudentia Patrum Tridentinorum deglutienda erant.

Secundo eorumdem hæreticorum reſpectu ceſsat ratio, quæ ſola plene, & efficaciter movit Tridentinum ad prædictum Capitulum decernendum, quæ unice fuit, ut idem Capitulum legenti conſtat, damna, & peccata impedire, quæ ex clandeſtinis matrimoniis oriebantur. Et quæcumque alia ratio in medium proferatur, arbitraria erit, quippe quæ ex ipſius Tridentini verbis, vel hiſtoria minime reſultans. Nec enim Sapientiſſimi Concilii mens fuit contrahentes matrimonia contra laudatam ab Auguſtino Chriſtianæ Religionis ſimplicitatem cœremoniis per qualificatos Teſtes onerare, ſed unice inconvenientibus obviam ire, quæ ex clandeſtinis conjugiis naſci ſolebant. Iſtis autem apud hæreticos ſufficienter eſt cautum per præſentiam Teſtium, & Magiſtratus, aut Miniſtri. Neque dicatur, quod ſi hoc eſset, etiam apud Catholicos matrimonium abſque Parocho in præſentia Magiſtratuum, & Teſtium valeret. Reſpondetur enim idcirco apud Catholicos matrimonium abſque Parocho non valere, quoniam apud Catholicos uſu receptum eſt conciliare Decretum, & uſus eſt optimus Legis interpres quoad obligationem ejuſdem, cum autem apud hæreticos non ſit uſu receptum, hinc apud ipſos obligatio ejuſdem Decreti, nec in uſu, nec in ratione fundatur.

Tertio ceſsat quoque materia illius Decreti, quæ circa illa ſola clandeſtina matrimonia verſabatur, quæ, utpote clam contracta, & occulta, de iiſdem, ut ibidem Concilium loquitur, *Eccleſia non judicat*, matrimonia autem hæreticorum hoc in ſenſu minime clandeſtina ſunt, cum palam, & in aperto contrahantur.

Hiſce poſitis, jam non unicum verificatur principium, quo ſolo attento Tridentini diſpoſitio ex mente Theologorum, & eorum, qui de jure naturæ, ac gentium tractant, quoad hæreticos limitari deberet, ſed omnia tria limitandæ Legis Principia cum verificentur, omnino ſequitur quoad ipſos Tridentini Decretum non eſſe extendendum.

Hoc inſuper altera corroborat conſideratio. Quemadmodum enim eſt juris generalis regula, quod in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſset in ſpecie veriſimiliter conceſsurus, ita in generali prohibitione, vel præcepto non debent ea venire, quæ Princeps non eſset in ſpecie veriſimiliter prohibiturus, vel præcepturus, ut arguit ſupralaudatus *Suarez n.* 11., ubi prudenter obſervat generalem illam præſumptionem, quod nemo in generali ſermone comprehendat id, quod in ſpecie eſset noliturus, in jure fundatam eſſe, & in ratione naturali, quia, inquit, *illa præſumptio fundatur in defe-*

defectu voluntatis, quæ præsumitur ex incogitantia talium circumstantiarum: Atqui si Patribus Tridentini fuisset propositum, an invalida vellent innumera conjugia in futura post ipsos hæreticorum populatissima, & in Colonias quamplurimas in utriusque Indiis, & Africa diffusa Republica, profecto pro ipsorum prudentia, ne deglutirent supradicta absurda, id noluissent, quemadmodum hac ratione, ut mox dicemus, comprehendere hæreticos sui temporis noluerunt, dicendum itaque est in suo generali decreto futuras hæreticorum Respublicas, communitatesque illis quoque in locis stabilitas, in quibus antea fortassis publicatum Concilium fuisset, non compræhendisse. Quod si nullas pro istis excipiendis in suo Decreto apposuerunt particulas, id fuit *ex incogitantia* futuræ post ipsos Reipublicæ, Communitatisque hæreticorum in locis promulgati Concilii quo stante, cum eadem inconvenientia sequuntur in casu non cogitato, a quibus Legislator abhorrebat, si agitur de persona particulari, limitatur lex in Doctrina Theologorum *per Epikejam*, si vero de Republica, vel Universitate per *Interpretationem* restringi debet.

Verum ad ipsam Tridentini Historiam descendamus. Etenim si attente percurratur Capitulum quartum libri 22. Historiæ Concilii a Cardinali Pallavicino conscriptæ, ex ipso num.XII. habetur noluisse Tridentinum infinitorum quasi matrimoniorum ambiguum esse valorem, & idcirco Episcopi Almeriensis ponderato Voto ex Decreto verba illi sustiluisse *Testimonj degni di Fede*, num. autem 25. voluisse, quod in Decreto pars utilis a noxia separaretur, insuperque quod ita extenderetur Decretum, ut maximum inconveniens a P. Lainez consideratum, infinitorum scilicet adulteriorum perpetratio, & circa legitimas successiones confusio inter illos, *che non ricevessero le Sinodali Constituzioni*, quales sunt hæretici, de medio tollerentur. Jam vero si Tridentinum futuras post ipsum hæreticorum Respublicas, Communitatesque comprehendere voluisset, ambiguum reddidisset infinitorum quasi conjugiorum valorem, in Decreto pars utilis a noxia non fuisset separata, nec gravissimis inconvenientibus a P. Lainez consideratis medela fuisset apposita, dicendum est igitur quod, attenta Tridentini Historia, Decretum controversum hæreticos, de quibus agimus, non compræhendisse.

Neque inverisimile esse dicatur, voluisse Concilium hæreticos quasi in rebellionis præmium ab hujusce legis vinculo absolvere; Quoniam non in rebellionis præmium, neque in gratiam ipsorum id voluit; Etenim tam futuræ hæreticorum Respublicæ, quam qui tunc erant hæretici, rebelles Ecclesiæ erant, eamdemque spernentes, ac irridentes, & tamen istos apposita publicationis in Parochiis clausula certo apud ipsos non secutura voluit excipere, & hoc ne supradicta orirentur gravissima incommoda: istis igitur pariter evitandis, & non in præmium hæresis futuras hæreticorum communitates, si stemus ejusdem historiæ, ligare noluit. Quod verum est, licet prædicta mala, & incommoda ex hæreticorum malitia oriantur, quibus nihilominus condescendendum esse rationes illæ suadent, tum quia,

ut

ut ſcribebat Salluſtius -- *Fruſtra niti, & nihil aliud quam odium quærere dementia eſt*, tum quia ſi ipſis non indulgeatur, nullus alius fructus habetur, quam quod pejores evadunt, quo in caſu ſuo ingenio cum venia relinquendos eſſe aperte Canones docent, inter quos *cap. quod dilectio de conſanguinitate, & cap. denique diſt.*4. in quo dicitur: *Qui a prava conſuetudine averti non poſſunt, aliquando cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne forte pejores exiſtant, ſi a tali conſuetudine probibeantur*.

Quod ſi quis vellet replicare, tum Eccleſiæ Leges circa impedimenta dirimentia ob conſanguinitatem, non obſtante prava hæreticorum conſuetudine in contrarium, adhuc iſtos ligare: tum Concilium Tridentinum, quo tunc exiſtentes hæreticorum Reſpublicas exciperet, clauſulam de publicatione in Parochia appoſuiſſe, quam hæreticos fore omiſſuros certo credebat: Ex oppoſito igitur, ubi hæretici eſſent in Parochia, in qua Decretum illud publicatum fuiſset, mens Concilii erat iſtos ſuo Decreto obligare, cum, nemine refragante, oppoſitorum ſit oppoſita ratio, & diſciplina.

Ad primum reſpondendum eſt; dato quod aſſumitur, quod tamen magna cum cautela eſt admittendum, ne in graviſſima incommoda impingamus, quæ hic recenſere non eſt opus, adhuc noſtrum caſum diverſiſſimum eſse. Etenim impedimentum dirimens conſanguinitatis non afficit omnes aliqua in Republica contrahentes, cum non omnes, ſed in modico numero ſint contrahentes in qualibet Republica, qui inter ſe conſanguinei ſint: at in noſtro caſu Tridentini Decretum omnia hæreticorum matrimonia irritaret, qnod eſt id, quod Patres Tridentini, ut ex Concilii hiſtoria perſpicuum eſt, noluerunt.

Ad ſecundum autem, omiſso pro nunc, quod dubia ſit, & incerta hæc Tridentini publicatio in Parochiis Ordinum fœderatorum, dicimus in noſtro caſu oppoſitorum non oppoſitam, ſed eamdem eſse rationem, cum utrobique eadem graviſſima oriantur incommoda, ſive ſit publicatum, ſive non ſit publicatum Decretum Concilii. Quod ſi pro locis, ubi fortaſſis publicatum fuit, & poſtea a nova hæreticorum Republica occupatis, nullum remedium appoſitum a Patribus Tridentinis fuit, id, ut diximus, contigit ex hujus caſus *incogitantia*, quem eoſdem Patres compræhendere voluiſse in ſuo Decreto non eſt credendum, cum nullus Legislator ea abſurda voluiſse credendus ſit, a quibus eumdem in ſua lege condenda abhorruiſse nos docet ejuſdem Legis hiſtoria.

Sed hac in re ipſius quoque Tridentini verba ſunt expendenda, ex quibus ad ſolas Catholicas Regiones, non vero ad hæreticorum Dominia Decretum ſuum extendere voluiſse videtur: Quoniam in eodem ſit mentio *de Miſsarum ſolemniis*, in quibus publicationes fieri debeant: *de graviter puniendis arbitrio Ordinarii* ſecus facientibus: quod contrahentes *diligenter confiteantur, & ad SS. Eucbariſtiæ Sacramentum prius accedant*, quæ omnia quidem pro Catholicis Regionibus optime quadrant, ac præſcribuntur, pro hæreticis vero, ut de ſe clarum eſt, nullo modo. Tota igitur Tridentini Lege perſpe-

cta, quo non facto, ut dicitur in *leg.24.* digestis de legibus *incivile est judicare , vel respondere* , habemus ad Catholicas quidem Respublicas, Communitatesque, non vero ad hæreticos, sive tunc existentes , sive futuras Conciliare Decretum , de quo agimus , fuisse directum .

Secunda ratio, quæ mihi non contemnenda videtur, est; Quoniam etsi verissimum esse concedam Tridentinum Concilium in toto Belgio, mandante Philippo II., a Gubernatrice Ducissa Parmensi fuisse promulgatum, & fortassis etiam in multis quoque ejusdem Parochiis, tamen quod in majori parte Parochiarum Belgii publicatum fuerit nostrum Decretum, id quod ipsum Tridentinum requirit , ut in respectiva Parochia obligaret, consideranti mihi illorum temporum, illarumque Regionum historia persuaderi non potest . Etenim præter ea, quæ scribit Burgundus laudatus, tum in eruditissima Relatione Emi D. Card. de Alsatia , tum in doctissimis Annotationibus Illmi , & Rmi Dni Secretarii Concilii refert *Hugo Grotius Annalium de rebus Belgicis lib.* 1. non alios acrius in Belgio , quam Ecclesiasticos evulgationi Decretorum Concilii intercessisse , quod adeo verum est , ut in suo Edicto anni 1565. , quod MS. veteri lingua , & caractere Gallico reperitur , in uno ex Codicibus Miscellaneorum nostræ S. Crucis Bibliothecæ debuerit ipsa Belgii Gubernatrix laicis Præsidibus , & Consiliariis Regis mandare , quod Ecclesiasticis invigilarent, an muneri suo circa Tridentinum satisfacerent . Ipsi vero Provinciarum Præsides apud Jo: Isacium Pontanum historiæ Gelricæ lib.14. questi plerique sint, ac palam professi continendis ea severitate subditis haud pares se esse . Quin Gabriel Chappuys in historia generali Belli Belgici lib.1. ad ann.1566. narrat, quod urgente Gubernatrice exequutionem Edicti Regii circa Inquisitionem , & Tridentinum Primaria Nobilitas confœderata, & unita se opposuit, plures Civitates fuerunt contumaces, ipsa mirante , nec se tutam arbitrante Gubernatrice, quæ Edicta moderari debuerit, ex quo rebelles animosiores facti Regia impedirent edicta , ipsis , qui se opponere poterant, quiescentibus . Quo in rerum statu non video , quomodo in majori parte Parochiarum Belgii controversum Tridentini Decretum publicatum fuerit , reluctante nobilitate , potentioribus se opponentibus , Civitatibus per contumaciam resistentibus , ipsisque Ecclesiasticis, quorum munus erat Decretum in Parochiis publicare, acrius ipsi Tridentino intercedentibus .

Stante autem quod major Belgii pars Decretis Tridentini restiterit, & publicatio in majori parte Parochiarum Hollandiæ , & fœderatorum Ordinum impedita , vel ab ipsis Ecclesiasticis neglecta fuerit , insuperque ignoretur , quibus in Parochiis tale Decretum publicatum fuerit, jam clare non constat in respectivis Parochiis dd. Ordinum de Publicatione dicti Decreti; Atqui,cum clare non constat de publicatione Decreti Tridentini in aliqua Parochia, standum est pro validitate matrimoniorum , quæ in eadem Parochia absque forma Concilii contracta fuerint, & hoc ex mente ipsius S.Congregationis Concilii , cujus Decreta laudat Illmus D. Secretarius Concilii *n.*54.

Stan-

Standum igitur erit etiam in noſtro caſu pro matrimoniorum, de quibus in præſenti agimus, validitate, cum in eodem minime conſtet, ubi Concilium fuerit, vel non fuerit in Parochiis publicatum.

Tertia ratio deſumitur ex conſuetudine apud hæreticos celebrandi ſua matrimonia, non ſervata forma a Concilio præſcripta. Conſuetudinem autem Legem etiam Eccleſiaſticam abrogare Theologis certum eſt, dummodo hæc tria concurrant, nempe quod ſit rationabilis, quod adſit ſcientia Papæ cum ejuſdem conſenſu ſaltem implicito, & quod debito temporis curſu legitime præſcripta fuerit, quæ omnia in noſtro caſu concurrere facile perſuadetur.

Et in primis, quod contrarius hæreticorum uſus de non ſervanda Concilii forma rationabilis dici poſſit, id oſtendit, quoniam, ut de ſe conſtat, non eſt contrarius juri naturali, vel Divino, quod, ut ſit rationabilis, in Canoniſtarum ſententia ſufficit; Deinde ſuppoſita hæreſi Parochos Catholicos, & Tridentini Decreta reiiciente eſt inſuper rationabilis dicta conſuetudo, quia per eamdem ſuorum matrimoniorum validitati, ſuæ prolis legitimitati conſulunt, & controverſiis de ſucceſſione in hæreditatibus obviam eunt. Et quamvis ipſa hæreſis ſuppoſitio ſit revera irrationabilis, non tamen quidquid ex eadem conſequitur, tale eſt. Quoniam, mala voluntate ſuppoſita, nihilominus poſtulat naturalis ratio, quod minus malum eligatur, minus autem malum eſt abrogare in ſua Republica aliquam Legem per actus utcumque a principio malos, quam velle in eadem non ſolum hæreſim, verum etiam perpetua adulterina conjugia. Hoc igitur attento rationabilis eſſe poteſt dicta hæreticorum conſuetudo, quam etſi daremus malam per reſpectum ad hæreſim, ex qua procedit, non tamen mala dici poteſt ſub reſpectibus vitandi adulterina conjugia, aliiſque ſupra relatis inconvenientibus devitandi.

Quod vero circa talem conſuetudinem adſit Papæ ſcientia, oſtendunt ea quæ Apoſtolicæ Sedi repræſentata fuerunt tum anno 1671. ab Epiſcopo Caſtorienſi, & anno 1711. a Theodoro de Koc in Belgio Fœderato olim Provicario, a quibus praxis Hollandorum, cæterorumque Ordinum Fœderatorum circa Matrimonia celebranda Tridentini forma non ſervata in medium producta fuit. Cui praxi, quod ejuſdem Papæ implicitus conſenſus acceſſerit, plura demonſtrant, & in primis ejuſdem conſenſus Legalis, qui in Corpore Eccleſiaſtici juris exprimitur *cap. ult. de Conſuetudine*: Deinde quoniam dictis annis talis praxis ad notitiam S. Sedis deducta non fuit ab eadem S. Sede prohibita, neque Miſſionariis, Vicariiſque Apoſtolicis præſcriptum fuit, quod haberetur pro invalida, & nulla, & conſequenter tollerata fuit, hoc autem ipſo ex S. Thomæ doctrina fuit quoque approbata, qui *prima ſecundæ quæſt.* 97. *art.* 3. *ad tertium*, ſic ſcribit; *ipſa conſuetudo* in tali multitudine prævalens in tantum obtinet vim Legis, *in quantum per eos toleratur*, ad quos pertinet multitudini Legem imponere, ex hoc enim ipſo *videntur approbare quod conſuetudo introduxit*: Poſtremo quia cum Papa ſcit praxim contra aliquam legem, ſcit ex lege graviſſima oriri incommoda tum Populis Legi refragantibus, tum Catholicæ Religioni, & Miſſionariis, nec ullam

ex

ex Legis obſervatione Catholicæ Fidei inter illos Populos utilitatem oriri, ut in noſtro caſu contingit, tunc ſi non daret aſſenſum in talis Legis pro dictis Populis abrogationem, imprudenter ſe gereret: cum autem non ſit præſumendum Pontificem imprudenter ſe gerere, hinc præſumendum eſt in abrogationem talis Legis implicite conſentire, maxime poſtquam ipſe tacet, & tolerat, nec eamdem praxim ſuis Apoſtolicis Vicariis, ut nullam, invalidamque declarat, a quibus abſque ullo contemptu, vel irriſione audiretur. Neque contra hunc tacitum Papæ conſenſum afferri poſſunt Decreta Sacrarum Congregationum in contrarium, quoniam, præter ea quæ intra de his Decretis dicemus, nullum contra hanc praxim poſt annum 1671., quo ab Epiſcopo Caſtorienſi in S.Sedis notitiam deducta fuit, nullum inquam Decretum factum fuit.

Tandem quod conſuetudo, de qua loquimur, legitimo curſu temporis præſcripta fuerit, clarum eſſe videtur, nam legitimus temporis curſus per Theologos, & Canoniſtas ad conſuetudinem contra Legem Eccleſiaſticam ſtabiliendam eſt quadragenarius, in noſtro autem caſu dicta conſuetudo ab anno 1671. uſque in præſens eſt pluſquam quadragenaria, quo temporis intervallo nullum contra eamdem Apoſtolicæ Sedis, vel Sacrarum Congregationum Decretum prodiit, quo dictus quadragenarius legitimus curſus interrumperetur: Dicere autem, quod nec per mille annos poſſint hæretici contra Legem Eccleſiaſticam præſcribere, valde durum eſſe videtur. Quoniam hæretici ſubditi ſunt Eccleſiæ, ac Pontifici, & quilibet ſubditus contra Leges ſui Superioris, hoc vel implicite, vel explicite conſentiente, præſcribere valet.

Scio contra hanc conſuetudinem ab Auctoribus contrariæ opinionis communiter obiici, tum quod cum proveniat ab infecta hæreſis radice omni virtute Legis enervandæ deſtitui: tum quod Pontificum, & Conciliorum Leges, cum ſint a Poteſtate habita non a Populo, ſed immediate a Deo, idcirco non poſſint per non acceptationem, aut per uſum contrarium abrogari.

Verum ad primum dicendum eſt, quod omnis conſuetudo abrogativa Legis ex infecta ſemper radice provenit, nempe ab actibus illicitis inobſervantiæ Legis, quamobrem Rei, & obnoxii quidem delicto ſemper ſunt primi, qui per uſum Legi contrarium conſuetudinem adverſus Legem introducunt, non vero alii, qui, conſuetudine introducta operantur, quo ſenſu in ſuo Commonitorio Vincentius Lirinenſis ſcribebat: *Abſolvuntur Diſcipuli*, *condemnantur Magiſtri*.

Ad ſecundum autem *Paſſerini* doctrina reponenda eſt, qui *tom.2. de Hominum ſtatibus quæſt.*187. *art.*1. *n.*429. ſcribit quod: *Quamvis abſolute loquendo Bullæ Pontificum (quod idem eſt de Conciliorum Decretis) ad hoc ut obligent, non indigent receptione ſubditorum, cum proveniant ab auctoritate Suprema a Chriſto Domino data Papæ, nihilominus admitti debet doctrina communis, quod ſcilicet per contrarium uſum, & ſcientia Papæ per curſum temporis abrogare valeant*; ut dixit *Card. in Proœmio Clem. n.*7.

Omitto illam rationem, quæ in S. Thomæ doctrina pluribus locis, & præ-

præsertim *prim.2. quæst.96. art.6.* in Corpore articuli fundatur, quod videlicet Lex, quæ nullum bonum, nec communem alicujus Populi salutem promovet, quæ nullum malum ab aliqua Republica avertit, quin potius malum in eadam causat, virtutem obligandi non habet, cum tunc tali Legi ea, quæ de essentia sunt Legis, deficiant respectu ejusdem Reipublicæ, talis autem, ut recte rem ponderanti, apud hæreticos Ordinum Fœderatorum in Belgio esset Lex Tridentini, de qua agimus, quæ quam noxia ibidem esset non solum hæreticis, verum etiam Catholicis, Catholicæque Religioni docet *Vanespen. par.1. Universi juris Canonici tit.*12.*n.*33. Restat ergo quod Lex ista eosdem obligandi virtutem non habeat. Et quamvis mala ista ex hæreticorum malitia oriantur, adhuc virtutem obligandi minime haberet, quoniam tunc, etsi per accidens, homines illius Reipublicæ pejores perseveranter faceret, & contra essentiam Legis est homines perseveranter pejores facere, quamobrem tunc cessat a ratione Legis, id quod etiam innuitur in supra laudato Canone *Denique* distinctionis quartæ.

Hac tamen ratione omissa, postrema ratio est, quoniam est certo probabile hujusmodi controversa Matrimonia esse va lida, & quidem intrinsecam probalitatem rationes huc usque allatæ satis perspicue ostendunt. Extrinsecam autem probabilitatem demonstrant non solum Authores, quos in suis Adnotationibus laudat Illustrissimus Dominus S. Congregationis Concilii Secretarius, quos *num.* 54. ad quinque, & viginti ascendere fatetur: verum etiam quæ scribit supra laudatus *Vanespen. num.* 32. quod scilicet in Gallia, & Germania, ac in Provinciis confœderatis a sexaginta, & decem amplius annis hoc communiter fuisse receptum, atque toto quasi Orbe spectante pro validis hujusmodi Matrimonia reputata fuisse. His accedit Ecclesiæ Gallicanæ praxis, de qua ibidem num.37. idem Vanespen. testatur, sicut, & omnium quasi Populorum vox, & consensus qui minime contemnendus est, cum vox Populi vox Dei communi paremia dicatur, qui omnes Hollandiæ hæreticus pro legitimis habent. Quibus addi fortassis posset ipsa Apostolicæ Sedis auctoritas, qui hujuscemodi hæreticos abjurantes titulo illegitimitatis a Sacris Ordinibus minime reiicit, nec eosdem unquam vivente uxore, quam in hæresi habuerunt, ad alia Vota Matrimonialia transire indulsit, nec eosdem, uxore eadem vivente, ad Sacros Ordines promoveri permisit, quæ omnia ostendunt Apostolicam Sedem ad minus ut certo probabilem dictorum Matrimoniorum valorem admittere.

Neque contra probabilitatem istam plura S. Congregationis Concilii Decreta, quibus Matrimonia hujusmodi invalida declarari videntur, afferantur. Quoniam iteratæ istæ S. Congregationis Concilii resolutiones non possunt improbabilem reddere sententiam nostra, quæ generatim, & universaliter de istorum Matrimoniorum valore procedit, qua de re nihil unquam generaliter, & universaliter Apostolica Sedes decrevit, testibus omni exceptione majoribus, ipsa videlicet S.Congregatione de Propaganda in suo Rescripto 29.Februar. anni 1704., & S. Congregatione S. Officii in suo Rescripto coram

San-

San. Mem. Clemente XI. 19. Novembris 1711., quæ Rescripta in folio ab Illustrissimo D. Assessore communicato recensentur.

Omnes itaque resolutiones S. Congregationis Concilii, quæ in medium proferri possunt, vel pro casibus particularibus juxta allegata procedunt, vel supposita Oratorum expositione quod Concilii Decretum rite fuerit promulgatum, ac usu receptum, nunquam vero generatim factæ fuerunt, in Hypothesi consuetudinis in contrarium, dubiæ promulgationis Decreti, & dubii an Tridentinum Decretum ad hæreticorum Communitates extendatur. Quin in simili dubio Sacram Congregationem Concilii pro consimilium Matrimoniorum validitate stetisse ex variis ejusdem Congregationis resolutionibus constat, præsertim in *una Poloniæ* 13. *Novemb. an.* 1638. An autem hisce in casibus licita sint hujusmodi Matrimonia, non est præsentis instituti examinare, in quo tantum de valore tractatur.

Certa itaque probabilitate Matrimonia, hujusmodi sunt valida, quo stabilito, & concesso judicandum absolute esse pro eorumdem valore mihi perspicuum esse videtur. Quoniam causa Matrimonialis, saltim ubi agitur de Matrimonii vinculo dirimendo, quod jure naturali, & Divino indissolubile est, causa gravissima, & Criminalibus æquiparatur secundum omnes Doctores, & Rotam apud *Farinaccium decis. Crimin.* 94. *n.* 7. *tom.* 2., neque enim cum alterius præjudicio debemus nos periculo exponere separandi, quos Deus fortassis conjunxit. Ex quo sequitur, quod ad invalidum declarandum Matrimonium probationes debeant esse concludentes, & luce meridiana clariores: Atqui cum pro validitate Matrimonii certa probabilitas adest, probationes, quæ pro invaliditate afferuntur, concludentes esse non possunt, neque luce meridiana clariores, alias omnis opposita probabilitas evanesceret, hinc sequitur, quod pro hujuscemodi Matrimoniorum valore sit respondendum.

Hoc ipsum pluribus roboratur, quæ affert *Cardenas in Crisi Theologica Dissert.* 2. *cap.* 8. *art.* 3., & sequentibus, tum quia Causa Matrimonialis cap. finali de sententia, & re judicata est innegabiliter favorabilis, adeoque validitati Matrimonii favendum est: tum etiam quia in dubio pro valore actus est præsumendum, quod in Axioma apud Jurisperitos transiit; Et postremo quoniam hanc esse Rotæ Romanæ praxim idem Cardenas laudatis ejusdem Sacræ Rotæ decisionibus testatur. Quin hanc esse Ecclesiæ mentem scribit *P. Viva par.* 2. *prop.* 1. *n.* 29. inquiens; *Rationabiliter Ecclesia vult favere Matrimonio reddendo illud validum, quoties juxta probabiles opiniones contrahatur*: Et ipsi quoque contrahentes, attenta qualitate contractus de jure naturæ indissolubilis, omni dissolutioni, quæ ex probabilitate sententiæ valori oppositæ oriri posset, renuntiare censentur.

Quoniam tamen hac in gravissima materia nihil est dissimulandum contra hoc postremum argumentum, quod reflexum Scholastici vocant, tria obiici possunt. Primo quod respondit Gregorius XIII. apud Vivam in propositionem 16. Alexandi VII. num. 7. quod scilicet *In re dubia tutius est adhærere Decreto Tridentini*. Secundo, quod ex cap. 12. de homicidiis, & cap. 5. de Clerico excommunicato

in

in dubiis semitam debemus eligere tutiorem, & cap.3. de sponsalibus exorto dubio de cujusdam Matrimonii valore Conjuges separandos Pontifex ea ratione decrevit, *quia in his*, *quæ dubia sunt*, *quod certius existimamus*, *tenere debemus*. Tertio, quod variis Authoribus laudatis docet Ursaya in dissertatione Theologica legali de Matrimonio Clandestino §.6. num.19. *Favorabilitatem*, ut inquit, *Matrimoniorum limitari in Clandestinitate eorumdem*, quæ operatur, ut in dubio contra Clandestina Matrimonia, & punibili modo contracta respondendum sit.

Nihilominus ad primum dicimus, nihil mirum esse, quod sic responderit Gregorius XIII. quia non agebatur de re, in qua periculum esset jus naturale, ac divinum violandi, & ex qua gravissima sequerentur incommoda, sed quod Episcopi non possent in aliena Dioecesi in suum Confessarium eligere Sacerdotem non approbatum, ex quo nullum periculum, nullumque inconveniens oriri clarum est: Oppositum ex sæpe repetitis in nostro casu contingit, in quo idcirco prudentissime S. M. Clemens XI. non respondit id, quod responderat Gregorius XIII. sed in supralaudato Decreto Congregationis S. Officii 19. Novembris 1711. tantum edixit, quod Missionarii prudenter, & juxta probatos Authores se gererent.

Ad secundum desumptum ex illis Regulis juris dicendum est, allatas Regulas nostræ potius favere sententiæ, quoniam in nostro casu tutius, & certius esse videtur pro istorum Matrimoniorum valore decernere, ne separemus, quos Deus fortasse conjunxit, & solvamus, quod de jure naturæ, & Divino indissolubile est, tutiusque est hoc in rerum anfractu in Legem Ecclesiasticam, quam in jus naturale, & Divinum cum injuria, & damno contrahentium, & Religionis impingere.

Ad postremum responsio in promptu est, quia Authores, quos laudat Ursaya, loquuntur de Matrimoniis inter Catholicos in regionibus Catholicorum contractis, in quibus absque controversia Concilii Tridentini Decretum rite promulgatum, & usu receptum est, ac contendentibus inter se partibus de Validitate consensus, quibus in casibus non debemus profecto ita protinus pronuntiare, ut inviti, & reluctantes conjugantur, sed debitæ diligentiæ pro inquirenda veritate faciendæ sunt. Cæterum hisce adhibitis, si res adhuc dubia remaneret, secundum eorumdem Jurisperitorum principia in ipsis quoque Clandestinis Matrimoniis standum esset pro valore contractus: Cum itaque noster casus sit diversissimus, & re attente perpensa probabilis remaneat Matrimoniorum, de quibus controvertimus, valor, hinc omnino pro isto resolvendum esse videtur.

Non immoror aliis difficultatibus, quæ contra valorem istorum Matrimoniorum fieri vel solent, vel possunt, quoniam omnes ex dictis facile solvuntur, & quæ majoris momenti sunt occasione in supra allatis rationibus data, in medium produxi, & solvi. Hoc solum addo, quod quamvis, salvo meliorum Judicio, valida esse existimem Matrimonia, de quibus agitur, nihilominus tamen omnibus omnino scrupulis prorsus evellendis Pontificiam Declarationem de ipsorum va-

valore expedire opinor eo modo faciendam, quo in ultimi dubii resolutione dicendum erit.

F. Joachim Besozzi Abbas S. Crucis in Jerusal. S.I.G. Cons.

Validitatis Matrimoniorum Hollandiæ.

AD Secundum Dubium respondendum censerem Affirmative. Idque in primis, quoniam ut ostendi in resolutione primi dubii, Controversum Tridentin Decretum non est extendendum ad hæreticorum Communitates, cum autem Legiones istæ sint hæreticorum Communitates, suos Duces, suos Judices, suos Ministros hæreticos habentes, suasque insuper Patrias Leges observantes, hinc ad ipsas non est extendendum Tridentini Decretum, ex quo unice similium Matrimoniorum nullitas dependeret. Quamobrem recte docuisse opinor P. *La Croix lib.6. par.3. n.753.* quod Legiones Hollandicæ extra Hollandiam censeantur gaudere eodem jure, vel dissimulatione Ecclesiæ, quo in Hollandia gaudent, quia, ut inquit, etiam censeri possunt veluti Parochiæ cum suo pseudo Parocho ambulantes: Cum autem in Hollandia, ut ostendi ad primum dubium, Milites Legionum istarum valide contrahant sua Matrimonia, idem, & extra Hollandiam dicendum esse videtur. Quod confirmari potest ex eo, quoniam, qui casu absunt, non dicuntur abesse secundum Bartoli doctrinam apud *Sanchez lib.3. disp.18. quæst.2. n.7.* cum autem Legiones istæ casu ab Hollandia, cæterisque Provinciis unitis absint, hinc ab iisdem Provinciis non censentur abesse, atqui, ut ostendimus in Hollandia, & Provinciis unitis valide contraherent, idem igitur dicendum, & in præsidiis, in quibus casu reperiuntur.

Scio contra hanc resolutionem duo peculiaria argumenta, & quidem solida, nec contemnenda obiici posse. Primum, quod singulare sit in contractibus, quod contrahentes teneantur stare Legibus dantibus solemnitatem contractibus juxta stylum loci in quo contrahunt, quæ propositio communiter admittitur ab omnibus fere Theologis, ac Jurisperitis, & fundatur in Cap. Finali de Foro competenti, atque in *L. si Fundus ff. de Evictionibus*, extenditurque ad Advenas quoque, ac Peregrinos, qui si in loco, in quo casu, & per accidens reperiuntur, contractum aliquem ineant, tamquam subditi Temporarii Legibus illius loci subiiciuntur: Atqui Milites istarum Legionum contrahunt in loco, ubi certo receptum est, & publicatum Tridentinum, ergo quoad Matrimonialem quoque contractum Tridentini Legibus subiiciuntur. Secundum argumentum est Sacræ Congregationis Concilii recens resolutio in casu specifico Legionum hæreticorum commorantium ubi Tridentinum est publicatum, quæ legitur apud *Sciarra in Additamento ad Theologiam Bellicam cap.6. n.16.* ubi inter varia dubia Sacræ Congregationis Concilii proposita, eidem a Congregatione S. Officii remissa, & resoluta die 6. Martii anni 1694. Sextum dubium fuit: An milites Acatholici cum Achatholicis mulieribus contrahentes teneantur servare formam præscriptam a Concilio Tridentino: Cui dubio ad Sextum, responsum fuit

Affir

Affirmative, in locis, ubi publicatum fuit Concilium, juxta Decretum S. Congregationis 26. Septembris 1602. ad Tertium dubium, approbante S.M.Clemente VIII.

Respondeo tamen ad primum, teneri quidem contrahentes servare solemnitates in Contractu, ad hoc ut valide contrahant, juxta Leges, & consuetudines loci, in quo contrahunt, si tales Leges, consuetudinesque generales sint,& comprehendant omnes,ac quoscumque contrahentes, secus si sunt speciales pro tali tantum hominum genere: cum autem, ut ex dictis pro resolutione primi dubii, Tridentini Decretum non fuerit generale pro omnibus Christianis, sed speciale pro Catholicis tantum,non autem pro hæreticis Communitatibus, hinc consequitur illos, qui de Communitate hæretica sunt, ubicumque ista reperiatur, Tridentini Decreto, utpote pro ipsis minime lato, ubicumque sint, non teneri. Quod exemplificari potest in Legibus circa Ritus, & Liturgiam pro Latinis Ecclesiasticis latis, quæ Græcos minime ligant,etiamsi isti in locis Latinorum reperiantur. Quin etsi pro hæreticis quoque controversum Tridentini Decretum latum fuisset,eidem legitima consuetudine fuisse derogatum ex dictis ad primum dubium ostensum est.

Ad secundum dico, quod allatum S. Congregationis Concilii Decretum, sicuti, & alia consimilia, quæ afferri possunt, facta fuerunt, attentis unice recurrentium precibus, & iis quæ in istis allegabantur, non vero expenso,an Tridentini Decretum ad præsentium hæreticorum Communitates extendatur, sicuti nec expensa Hypothesi consuetudinis in contrarium: Quamobrem eadem Sacra Congregatio de persistentia, & perseverantia in consimilibus Decretis dubitavit, & quidem merito,cum non sint Definitiones ex Cathedra,& idcirco novum de hac materia demandavit examen, quod non fecisset, si in Decretis perseverare voluisset, cum tunc satius superque fuisset eidem S. Congregationi in casu præsentium dubiorum respondere: Communicentur Decreta jam edita; Cum autem re nunc examinata ostensum fuerit Tridentini Decretum ad hæreticorum Communitates minime extendi, quod etsi extenderetur, per consuetudinem in contrarium fuisse abrogatum, quin, & fuisse abrogatum hoc ultimum S. Congregationis Decretum, quod laudatur legitimo temporis cursu plusquam quadragenario, cæterisque ad legitimam consuetudinem, ut ex dictis ad primum dubium, concurrentibus, hinc consequitur, quod non obstante laudato S. Congregationis Concilii Decreto, pro validitate Matrimoniorum, de quibus in secundo dubio quæritur, standum esse videatur.

Ad tertium, & quartum censerem respondendum, ut ad secundum ex iisdem momentis proportione servata, iisque expensis, quæ pro resolutione primi dubii ponderabam, videlicet quod verba Decreti Concilii Tridentini ad Catholicos,non vero ad hereticos dirigi videntur.

Ad quintum,sextum, & septimum distinguendum esse censerem: Vel enim in locis, ubi celebrantur dicta Matrimonia, habetur Parochus Catholicus, vel Missionarius vice Parochi fungens,vel non habetur: si primum invalida censerem, sin vero secundum valida esse existi-

marem. Ad primam resolutionis partem sequenti ratione moveor, quoniam ut sit simpliciter, & absolute validus contractus Matrimonialis, debet esse validus ex parte utriusque contrahentium, contractus enim Matrimonialis est contractus mutuus, & in hoc genere contractum ad validitatem eorumdem intervenire debent essentialia ex parte utriusque, ut de se est perspicuum: cum autem respectu partis Catholicæ in casu præsentium dubiorum validus esse non possit ob defectum proprii Parochi, quem ipsa habet, & adhibere tenetur, erit igitur simpliciter, & absolute invalidus in nostro casu contractus Matrimonialis, adeoque invalida Matrimonia, de quibus agitur, censenda sunt.

Quod pars Catholica proprium Parochun habeat in presenti suppositione, clarum esse videtur, quoniam vel ibi eadem habet domicilium, ubi Parochus Catholicus, vel Missionarius Vice-Parochi fungens reperitur, & tunc istum esse Parochum proprium partis Catholicæ certum est ex cap. ultimo de Parochis, in quo decernitur, *ex Domicilio unumquemque sortiri Parochum*: vel ibidem domicilium non habet, & tunc ibidem Vaga, & Peregrina censenda est; Vagi autem, & Peregrini, ne sint Oves absque Pastore, habent pro proprio Parocho Parochum loci, in quo vagantur, coram quo juxta notam Tridentini doctrinam valide contrahunt. Proprium igitur Parochum in nostro casu pars Catholica habet.

Quod vero pars Catholica eumdem Parochum adhibere teneatur, ut valide contractum Matrimonialem ineat, plura suadent, & primo, quod pro eadem non militant rationes, ob quas probavimus Decretum Tridentini ad hæreticos, Communitates, hominesque minime extendi: Secundo, quia Ecclesia, & Romani Pontifices semper detestati fuerunt Matrimonia inter partem Catholicam, & hæreticam, quamobrem non est præsumendus eorumdem consensus, sive licentia, & dissimulatio, in id quod hujusmodi Matrimonia facilitaret, videlicet quod pars Catholica cum hæretica sine solemnitate a Tridentino præscripta Matrimonium contrahat. Tertio quia in Hollandia, & Provinciis unitis, ubi reperitur Parochus Catholicus, vel Missionarius Vice-Parochi fungens, ibi respectu Communitatis Catholicæ præsumendum est fuisse publicatum Tridentini Decretum, ubi autem Tridentini Decretum præsumitur publicatum, & quidem præsumptione in jure, & Lege fundata quoad aliquam Communitatem, & Parochiam, si isti absque Tridentini solemnitate Matrimonium contrahant, nulliter contrahunt, certum est.

Sola difficultas est, an Tridentini Decretum præsumendum sit publicatum in Hollandia, & Provinciis unitis quoad Catholicas Communitates in locis, ubi reperitur Parochus, vel Missionarius Catholicus, & quidem præsumptione in jure, vel lege fundata. Qua in re partem affirmativam persuadet, quoniam Catholici in iisdem Provinciis, ubi reperitur Parochus, vel Missionarius Catholicus!, contrahere matrimonia solent coram eodem Parocho, vel Missionario, & testibus juxta præscriptum Tridentini Concilii, eo autem ipso præsumendum est apud eosdem ibidem commorantes Catholicos Tridentini

dentini Decretum fuisse promulgatum, & quidem præsumptione fundata in jure, vel lege, quoniam habemus Decretum S. Congregationis Concilii in una Indiarum Orientalium die 30. Martii 1669. ita decernens -- Præsumendum autem esse, quod fuerit hoc modo publicatum, si de tempore, vel præsenti, vel præterito extet memoria, quod matrimonia contrahi soleant coram Parocho, aut Missionario, & testibus tamquam ex præscripto ejusdem Concilii.

Neque mihi obiiciatur, quod in resolutione primi dubii inter alia existimabam, videlicet non constare in Hollandia, & Provinciis unitis, ubi rite promulgatum, ac receptum Tridentinum fuerit. Quoniam in eodem sensu constans sum quoad Communitates, & Parochias hæreticorum, nego vero quoad Communitates, & Parochias Catholicorum, postquam observantiam nostri Decreti Vicarii Apostolici urgere non cessarunt, & illud ipsum Decretum in usu apud Catholicos fuit receptum.

Doctrinæ huc usque allatæ inniti, & eamdem confirmari opinor per Decretum S. Congregationis S. Officii die 15. Maii anni 1720., quod refertur ultimo loco in Foliis ab Illmo D. Assessore S. Officii communicatis, in quo ab Emis PP., audita unanimi DD. Consultorum sententia, nullum fuit declaratum matrimonium cujusdam Itali, qui in Belgio confœderato matrimonium cum Acatholica coram Ministro hæretico bona fide contraxerat, nullum inquam, fuit declaratum ea ratione, *ut non contractum coram proprio Parocho*. Proprius autem Parochus hujus Itali in Belgio fœderato tunc commorantis alius esse non poterat, quam Parochus, vel Missionarius Catholicus, qui ibidem tunc fortassis haberi poterat.

Sin autem in locis, ubi celebrantur matrimonia, de quibus in quinto, sexto, & septimo dubio agitur, non adsit Parochus Catholicus, vel Missionarius vice Parochi fungens, sed utroque eadem loca destituta sint, tunc controversa matrimonia fore valida ostenditur ex nota epistola Card. Bellarmini Octavio Nuntio Apostolico, quæ habetur apud Sylvium supplemento in tertiam partem *quæst*.45. *art*.5. in qua legitur: De matrimoniis contractis, ubi nulli jam sunt proprii Pastores, jam olim actum fuit cum SS. D. N., & cum Congregatione Concilii Tridentini, ac sententia communis fuit illa esse rata, nec ad ea pertinere Decretum Concilii, cum in ejusmodi locis observari non possit, non video ergo, cur ea matrimonia non debeant tolerari, *cum satis constet* Concilii Tridentini Decretum, quod jubet matrimonium fieri coram Parocho, non se extendere ad ea loca, ubi nulli sunt Parochi.

Ad octavum Respondeo negative, idque ex dictis ad quintum.

Ad nonum Respondeo, quod eadem ratione, quam ad antecedentia dubia attuli, invalida existimo talia matrimonia. Quoniam etsi pars Catholica Legionibus fœderatorum ordinum sit addicta, sit quidem, quod quoad effectus civiles censeatur de communitate talium Legionum, non tamen quoad Ecclesiasticos, & quoad Sacramenta, in quibus nulla communicatio inter catholicos, & hæreticos intervenire debet: Maxime quod in nostro casu pars Catholica habet proprium

prium Parochum Catholicum, illum videlicet, in cujus Parochia sunt stativa, in quibus commoratur: quemadmodum milites nostri Catholici, nisi speciali Pontificis privilegio sint exempti, censentur habere pro proprio Parocho illum, in cujus Parochia sunt stativa, quæ inhabitant. Cum igitur pars Catholica proprium habeat Parochum, & contrahat in loco, ubi Tridentinum est publicatum, hinc consequens omnino est, quod si absque Concilii solemnitate matrimonium contrahat, nulliter contrahat.

Ad decimum, ut ad nonum immediate præcedens.

Ad undecimum loquendo de matrimoniis, quæ in Civitate Mosæ Trajectensis ab hæreticis inter se contrahuntur, hæc valida esse censerem ob dicta ad primum, secundum, tertium, & quartum Dubium: Loquendo autem de matrimoniis, in quibus pars Catholica contrahit, invalida existimarem ob dicta ad quintum, & sequentia Dubia.

Ad Duodecimum quoad primam partem consulendum esse Sanctissimo pro opportuna declaratione censerem; Quoniam cum dubia ista Episcoporum, Missionariorum, ac Fidelium mentes jam a multo tempore torqueant, anxiique, & ignari sint, quo tuto se vertant. hinc Magisterii Pontificii est eadem solvere, & sic fidelium conscientias, Episcoporum, & Missionariorum mentes quietas reddere, ne de Sancta Sede illa fiat querela: *Parvuli petierunt panem, & non est, qui porrigat eis*. Hocque muneris Pontificii, & quidem debiti est, ut aperte simili in materia exorti dubii ex intelligentia Concilii Tridentini S. Pius V. professus est in declaratione dubii circa impedimenta cognationis spiritualis in matrimonio, quæ habetur in Septimo Decretalium *lib*.4. *tit*.2. *cap*.3, ubi dicit: Officii nostri debitam prosequimur actionem, si obscuros Sacrorum Canonum sensus ita aperire studemus, ut piis Christifidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur. Quamvis autem S. Officii Cong. an. 1671. responderit non convenire, quod hæc quæstio a S.O. definiretur, id fortasse fuit, quia hæc resolutio proprie non ad S. O., sed ad S. Congreg. Concilii pertinebat, vel quia nondum consuetudo, praxisque inoleverat, quod valida hujusmodi matrimonia censerentur, vel postremo quia nondum replicatis precibus Catholici Belgii Episcopi anxietates, scrupulosque suos hac in materia pro opportuno remedio S. Sedi aperuerant, quamobrem saluberrimam modo declarationem opinor, qua inextricabiles anfractus, ambagesque circa similia matrimonia præcidantur, eamdemque expedire jam olim Estius, & Pontius auctores Catholici non contemnendi censuerunt.

Quin si mentes Emorum PP. in eam partem inclinarent, quæ sentit invalida esse hæreticorum matrimonia, de quibus in primo, secundo, tertio, & quarto dubio agitur, nihilominus consulendum esse Sanctissimo censerem, quod istorum matrimoniorum validitati imposterum, futurisque temporibus provideret. Idque primo, quoniam hac ratione multis, innumerisque adulterinis conjugiis, multisque conscientiarum anxietatibus, & circa legitimas hæreditates dubietatibus remedium opportunum exhiberet, quæ fuit quoque ut in dictis ad primum dubium, prudentissima, charitateque plenissima mens Triden-

dentini Concilii. Secundo, quia cum apud hæreticos in consuetudine sint matrimonia absque forma a Tridentino præscripta, semperque & jugiter absque ulla spe resipiscentiæ in eadem consuetudine perserveraturi existimantur, hinc pro iisdem Tridentini Decretum inutile esse videtur secundum S.Thomæ doctrinam *prim.2. qu.97. art.3. ad 2.* scribentis -- cum tales actus multiplicantur (loquitur de actibus contra legem) propter aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, quod lex ulterius non est utilis. Quando autem lex pro aliquo hominum cœtu utilis non est, tunc ista pro eodem de medio est tollenda, cum ipsi tunc non expediat. Quamobrem idem S. Thomas loco laudato *art.1.*, in quo quærit, An lex debeat mutari aliquo modo, in corpore articuli concludit. Ex parte hominum, quorum actus lege regulantur, lex recte mutari potest propter mutationem conditionum hominum, quia secundum diversas eorum conditiones diversa expediunt. Tertio quoniam hoc modo hæreticorum conversioni facilius consulitur, nam multo difficilius convertuntur, qui in conversione alterum conjugem, si iste converti nolit, dimittere debet. Nec semper in bona fide relinqui possunt, quia ut S. Congreg. Concilii Iprensis Episcopus in tertio casu exposuit, inter colloquendum a Civibus Catholicis de talium matrimoniorum validitate scrupulus iniicitur. Postremo, quoniam ex supra laudato *cap. Denique §.De ipsa dist.4. cap.6.* Quia prava consuetudine averti non possunt, aliquando *cum venia* suo ingenio relinquendi sunt, ne forte pejores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Quod ipsum fere in cap. *Quod dilectio de consanguinitate* decernitur.

Quemadmodum igitur, ut est notum Jurisperiti dictum -- nulla ratio juris, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro salute hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum perducamus ad severitatem. Ita quoque nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas in Romano Pontifice patitur, ut quæ a Concilio Tridentino salubriter pro animarum salute præscripta fuerunt eadem pro illis Pontifex manutenere, & urgere perseveret, contra quorum salutem sunt eorumdem ab hæresi conversionem difficilorem reddendo. Hoc igitur in casu, ut eleganti S.Cyrilli similitudine utar, Pontifex *Nautarum prudentiam imitabitur, quæ quædam exonerat, ut cætera salva maneant.* Atque ita verum se ovium quoque istarum errantium Pastorem exhibebit, cui incumbit tollere, cum potest, obstacula, quæ iisdem reditum ad ovile difficiliorem reddunt, qualis est, ut dixi, prædictus nullitatis effectus in Tridentini Decreto. Quo temperato, ut fere S. Augustini verbis utar, *majoribus malis sanandis charitas sincera subveniet.*

Providere autem poterit talium matrimoniorum validitati imposterum, non quidem abrogando, vel derogando Concilii Tridentini Decreto, sed unice pro nunc, quatenus opus sit, suspendendo nullitatis effectum quoad hæreticos, de quibus agitur, donec Deo eorumdem corda illuminare placuerit. Ita enim mea sententia, Tridentino Concilio debita reverentia, suusque honos servaretur, non tollen-

lendo de medio ejusdem Decretum, sed ejusdem tantum nullitatis effectum, Ecclesiastica œconomia, ratione temporum, locorum, & personarum, quæ a prudente Legislatore in consideratione habenda sunt, suspendendo.

Quin hoc ipsum Sanctissimo faciendum consulerem, etiamsi EE. PP. valida matrimonia, de quibus agitur, existimarent. Atque hoc ut omnes prorsus scrupuli evellantur, qui ex probabilitate oppositæ sententiæ possent oriri.

Quoad secundam ejusdem dubii partem, videlicet, quæ Declartio a Sanctissimo fieri debeat, censerem hanc Declarationem non esse faciendam per Bullam, aut Breve, quoniam hæc Declaratio, vel erit de validitate Matrimoniorum, quæ ab hæreticis contrahuntur, & tunc cum istorum favorem concernat, non est solita S. Sedes interloqui per Bullas, aut Brevia hæreticorum favore, vel erit de invaliditate, & tunc multo minus expediret, quod tamquam illegitimi per Bullas, & Brevia traducantur, ne in Catholicos cum damno Religionis exacerbentur. Faciendam igitur talem Declarationem existimarem per Sanctissimum suam unice mentem, prout ipsi Deus inspiraverit, aperiendo Illmo D. Secretario Concilii, a quo in Registris Congregationis annotetur, Episcopisque Belgii pro eorumdem regula communicetur.

Ita circa dubia mihi communicata censerem, salvo semper &c. me tamen &c.

F. Joach. Besozzi Abbas S. Crucis in Jerus. S. R. I. Consult.

G

Hollandiæ Matrimoniorum.

Dub. I. *An Matrimonia ad Hæreticis inter se in Locis Fœderatorum Ordinum dominio in Belgio subiectis contracta, non servata forma Concilii Tridentini, censenda sit valida.*

Tantus est in hac quæstione rationum, auctoritatum, imo & quodammodo decretorum, quæ Sacris ex Congregationibus emanarunt, conflictus, ut si, rem æqua lance libremus, suspensi, atque hæsitantes animo teneamur, necesse sit. Hujusce modi conflictum doctissime juxta, atque eruditissime pro more suo nobis exhibet R. P. D. Archiepiscopus Philippensis S. Congregationis Concilii Secretarius in prolixa Scriptura hac de re edita; Quamobrem, ne tempus inutiliter conteram, ab eo insuper exponendo consulto abstineo.

At quandoquidem cuinam parti magis adhæream, aperire jussus sum, pro valore Matrimoniorum, de quibus agitur, & jamdiu me stetisse, & adhuc stare ingenue fateor. Haud utique me movet argumentum ex eo petitum, quod Decretum Tridentinum in Parochiis Provinciarum fœderati Belgii rite publicatum, receptumve

mi

minime fuerit: Siquidem historica monumenta hinc inde adducta, quæque in præfata Scriptura legere est, hocce argumentum infirmum reddunt, nulliusque profecto roboris. Suas quoque apud me difficultates, & quidem gravissimas habet illud, quod ex longa consuetudine memorato Conciliari Decreto contraria produci assolet; eoque præsertim, quod ab Hæreticis contra communes Ecclesiæ leges consuetudinem induci posse, incertum admodum mihi est. Certe consuetudo legem non abrogat, nisi inquantum Legislatoris, sive personalem, sive legalem consensum præsefert; difficile autem creditu est, Ecclesiam juratis hostibus suis hujuscemodi consensum ullo modo præstare velle. Doctrina vero S. Thomæ de cessatione legis positivæ humanæ, ubi legem ipsam non modo inutilem, verum etiam perniciosam, atque observatu moraliter impossibilem evasisse constiterit; ejusmodi, inquam doctrina quatenus Hæreticos respicit, quorum culpa, & contumacia ea incommoda subsequuntur, modici ponderis esse dignoscitur. Parvi quoque mihi sunt rationes reliquæ fere omnes, quæ pro valore Matrimoniorum de quibus disputatur, in medium conferuntur; tot enim, tantisque exceptionibus inveniuntur obnoxiæ, ut nihil pene solidi afferre valeant.

Rationes autem, quæ me commovent, duæ præsertim sunt: Prima ab ipsiusmet Tridentini historia derivatur: colligitur namque ex Pallavicino, ea potissimum de Causa appositam fuisse nostro decreto clausulam, ut in unaquaque Parochia publicaretur, roburque suum post triginta dies habere inciperet, a die primæ publicationis in eadem Parochia factæ numerandos; ut scilicet Acatholicarum Communitatum, Nationum, Rerumque publicarum Matrimoniis prospiceretur, eaque memorato decreto haud quaquam irrita redderentur. Perspectum namque Tridentini Patres habebant, Acatholicis ejus temporis Communitatibus, cœtibusque nec Parochias, nec Parochos esse, ubi, & a quibus Decretum illud publicaretur, & neque publicationi Hæreticos consensuros unquam, licet eis Parochi, Parochiæque fuissent: Quamobrem ea clausula Acatholicorum Matrimonia ab nova condita lege excipere duxerunt, atque cavere, ne in Concubinatus universim evaderent, ingenti earumdem Communitatum cum Spirituali, tum Temporali detrimento, quod nullo, vel Hæreticorum, vel Catholicorum bono compensaretur. Et vero si Tridentini Patres Matrimonia quoque in Hæreticorum Communitatibus inita comprehendere voluissent, iniquam, uti reor, condidissent legem, utpote quæ contra cujusvis justæ, atque adeo veræ legis naturam ad augenda potius, quam ad minuenda mala conduxissent.

lib.22. c.4 n.25. & 26 lib.23. cap.5 num.16.

Cum igitur planum, exploratumque sit, Ecclesiæ mentem nequaquam fuisse, Achatholicorum ejus temporis vere, proprieque dictas Communitates Conciliari legi, quæ ad clandestina respicit matrimonia, subiicere: Remanet nunc discutiendum, eademque, an diversa Ecclesiæ sit mens de iis Hæreticorum, Communitatibus, quæ in Regionibus, Regnis, Provinciis, Civitatibusque, ubi Decretum

Tridentinum aliquando publicatum, receptumque fuit, ad præsens formatæ reperiuntur?

Et quidem si de iis Hæreticorum Communitatibus sermo sit, apud quas Tridentini Decretum nec publicatum, nec receptum unquam fuit; & quæ eo totæ, vel ex parte migrent, ubi, & publicatum, & receptum est; si, inquam, de ejusmodi Hæreticorum Communitatibus agatur, pro certo propemodum habeo, eas decreto, de quo agimus, nusquam subiici; modo, & ubi id publicatum, receptumque fuit, ita vivunt, ut veram proprieque talem Communitatem conflent. Etenim veræ Communitates ubivis degant sicuti propriis legibus vivunt, ita, & propriis exemptionibus, ac privilegiis uti, fruique possunt. Unde Helvetii Romæ degentes, parvamque Communitatem hic informantes jejunium quadragesimale non utique Romano, sed Helvetico more incipiunt, suntque ipsis Bacchanaliorum dies, qui nobis Cinerum dicti sunt.

Major utique difficultas est, cum de iis Acatholicorum Communitatibus loquimur, quæ inibi, ex iisque indigenis exortæ sunt, ubi, & apud quos decretum Tridentini publicatum jam, receptumque fuerat: Par enim non videtur, ut ejusmodi Communitates ex propria, patrumve suorum apostasia commodum hauriant; tantique criminis quasi in prœmium ab receptis Ecclesiæ legibus eximantur. Verum etiam hac in hypotesi Ecclesiæ mentem non esse, ad memoratas Communitates sæpedictum decretum extendere, asseverare vix equidem ambigo:

Et vero si Ecclesia noluit Acatholicorum Cœtus tempore, quo Tridentinum celebratum est, existentes in decreto de clandestinis matrimoniis ab se lato comprehendere; ne, uti dicebatur, eorum matrimonia in Concubinatus universim evaderent, & absque ulla majoris boni compensatione, augerentur scelera potius, quam minuerentur: Ecquis sibi persuaserit, piam matrem, ipsissimis hisce malis haudquaquam obstantibus, Acatholicorum Communitates futuras in eadem sanctione comprehendere voluisse?

Quodque comprehendere reapse noluerit, haud levia suadent indicia. Centum fere anni sunt (postquam scilicet Fœderati Belgii Acatholici in veram, pacificamque coalvere Rempublicam) ex quo Romana Ecclesia nec utrique ea ex gente coniugi ad Catholicam Religionem converso matrimonium renovari aliquando jussit, nec eorumdem Coniugum uni converso novi ineundi matrimonii facultatem fecit: nec de legitimis præfatorum Acatholicorum prolium natalibus dubitare visa est. Equidem si id non est, ea matrimonia pro validis, ratisque habere, vix unquam aliud esse putaverim. Doctores, qui rationi huic innituntur, eamque promovent, atque illustrant, abunde citatos observare est in laudata R. P. D. Secretarii scriptura *num.* 35.

Quæ autem adversus hanc rationem ipsam in eadem Scriptura *num.* 47. producta sunt, nihil solidi præseferre videntur. Etenim quod Sacrarum Congregationum decreta attinet, ea vel ad Hollandiæ Provincias respiciunt, dum non adhuc in veram, pacificamque coalve-

verant Rempublicam ; vel ambigua admodum ſunt,quæque adeo rationem propoſitam elevare minime poſſunt ; vel non plene diſcuſſa Cauſa prodiiſſe,ſatis ipſamet ſuperque teſtantur. Ad memorata enervanda indicia reponere cum *P. La Croix.* quod licet Eccleſia matrimonia , de quibus diſputatur , pro irritis habeat , poſtquam tamen contracta ſunt , ſtante de valore eorum probabilitate , tanquam valida , rataque ſuſcipiat ; id , inquam , reponere locum utique habere poſſet quoad Matrimonii civiles effectus:ſed nunquam hujuſcemodi Matrimoniorum uſum talis doctrina licitum redderet:Quamobrem ut is uſus evaderet licitus , Matrimonia uti dubii valoris ad Tridentini formam renovari deberent , quod fieri neutiquam conſuevit , ipſomet la Croix adſtipulantes ; Nec ſequitur , Acatholicos ex apoſtaſia commodum reportare : Siquidem probatum eſt , Romanam Eccleſiam haud utique in Hæreticorum gratiam , ſed in æquitatis , pietatiſque ſuæ Acatholicas Communitates in decreto Tridentino comprehendere nolle . *Theol. mor. mat. n. 773. lib. 6. p. de*

Alteram rationem , quare affirmanti ſententiæ adſtipuler, ſubſcribamque , ex indubia , ſolidiſque fundamentis innixa ejuſdem ſententiæ probabilitate hauriendam duco , eamque ſic breviſſime propono . Eccleſia habiles reipſa ad Matrimonium contrahendum reddit quot quot opinione ſolide probabili tanquam habiles reputantur ; modo tamen quæſtio circa jus verſetur , non circa factum ; diſputeturque de impedimento ab ſola lege Eccleſiaſtica derivato . Hoc aſſertum præ ceteris fuſe comprobat P. Joannes Cardenas , quem nemo laxitatis inſimulabit , in exponenda prima propoſitione ab Innoc. XI. proſcripta : Et moralem ejus certitudinem , ob quam locum habere exiſtimat in Matrimoniis non modo contractis , ſed etiam contrahendis , rationibus qua Theologicis , qua Canonicis oſtendere ſatagit,ac præſertim Summorum Pontificum reſcriptis, quæ apud eumdem videri poſſunt . *Diſp. 3. c. 8. per. tot.*

Hoc poſito : Certe in meridianam lucem tenebras inferre tentant, qui ſententiæ, quam tuemur, veram ſolidamque probabilitatem adimere conantur . Quiſquis enim præjudiciorum expers momenta rationum in ſæpe laudata ſcriptura pro eadem ſententia congeſta accurate expenderit , exploratum profecto habebit , ea ſin minus diviſim , ſaltem ſimul conſiderata tantam hujuſcemodi ſententiæ probabilitatem adſciſcere , ut de ea merito dici poſſit , ſi hæc non ſit probabilis , vix ulla erit opinio probabilis in Theologia .

Cum itaque certo probabile ſit , & quidem probabilitate ad jus attinente , Matrimonia Acatholicorum in Hollandia degentium , præter formam a Concilio Tridentino præſcriptam , inter ſeſe inita valere , ea revera valent , ac tanquam inita inter perſonas ad contrahendum aptas ab Eccleſia , ſi opus erat , redditas excipienda ſunt .

Verum quandoquidem rationes iſtæ rem ad liquidum non perducunt , ſuntque Doctores bene multi , quibus neutiquam arrident, expedire omnino judico , ut lato ab hac S. Congregatione decreto , mentem Eccleſiæ non eſſe , Acatholicorum Communitates , Reſpublicas , cœtus ubivis, & quomodolibet pacifice , quantum ad Religionem

pertinet, degentes, in decreto Tridentino de clandestinis matrimoniis comprehendi; lato, inquam, tali, similive decreto, supplicetur dein Sanctissimo pro ejusdem approbatione; quæ tamen ita concepta sit, ut vere declarationis efficacitatem, & vim omnem obtineat.

Dub. *II. An Matrimonia inter Partem Catbolicam, & Partem Acatholicam, quæ ambæ sint fæderatorum Ordinum subditæ, contracta in locis eorumdem Dominio in Belgio subjectis censenda sint valida?*

Pro resolutione notandum est primo, dubium restringi ad valorem, non autem ad fas extendi; Siquidem, regulariter loquendo, vetitum Catholicis esse connubiale fœdus cum hæreticis inire certissimum est.

Nota secundo, Hollandiæ Rempublicam physice quidem unam, sed moraliter duplicem esse; alia namque Acatholicorum, alia Catholicorum inibi considerandа Communitas est; Atque hanc decreto Tridentini circa clandestina Matrimonia obnoxiam esse, Belgii Episcopos minime ambigere.

Jam vero negantem propositi Dubii partem tamquam affirmante longè mihi probabiliorem sequendam autumo, in ejusque probationem ita in forma argumentum struam. In confesso apud omnes est, quod ubi una Pars est ad Matrimonium contrahendum inepta, Matrimonium irritum redditur, perinde ac si utraque inhabilis in se ipsa foret: uti in impedimentis impotentiæ, Voti, Ordinis, ligaminis &c. apertissimè patet. Atqui Pars Catholica in Hollandia, dum Tridentini forma non servatur, est ad Matrimonium inibi contrahendum inepta, quamvis Acatholica apta dicatur. Ergo Matrimonium, quod inter se contraheretur, invalidum prorsus, & irritum, ne dum illicitum existimandum esset.

Equidem si in Hollandia aliqua Parœciarum segregatio, seu distinctio conservaretur, ibique Parœciæ, vel quasi Parœciæ Catholicorum ab Acatholicorum sive Parœciis, sive quasi Parœciis secernerentur, matrimonium citra fraudem a parte Catholica cum Acatholica in quasi Parœcia Acatholicæ Partis initum pro valido habere, nullus abnuerem. At quandoquidem segregatio, seu distinctio isthæc nequaquam viget, nullaque respectu Catholicorum inibi negentium Parochia, vel quasi Parochia est, in qua decretum Tridentini publicatum, receptumque non fuerit, quocumque intra Hollandiæ fines Pars Catholica sese conferat, nusspiam idonea fiet, ni legem Concilii servet, ad contrahendum.

Neque dicas, in matrimonio contrahendo liberum Partibus esse sive Sponsi, sive sponsæ leges amplecti. Nam hoc verum quidem est quoad electionem Parochi, proprius enim Parochus dicitur, sive ille Sponsi sit, sive Sponsæ, sed ad reliqua matrimonii valorem attinentia hujuscemodi assertum extendi, nemo profectò dixerit.

Et sanè si duo fingamus Regna recens ad fidem conversa, quorum unius indigenæ justis de causis exempti ab Romano Pontifice declarati sint ab impedimento quarti gradus consanguinitatis, alterius

terius autem finitimi non. Si qui reperirentur Regni non exempti indigenæ quarto consanguinitatis gradu cum indigenis Regni exempti conjuncti, nemo, uti reor, opinabitur, eos citra dispensationem validè, & inter sese matrimonio jungi posse, eo quod una Pars in matrimonio contrahendo alterius libertatibus uti, fruique valeat.

Quæ autem pro resolutione hujusce Dubii dicta sunt, vim, & locum habent, ubi verus, propriusque Parochus sine gravi detrimento, vel incommodo haberi potest, probe etenim novi, quid Sacra Concilii Congregatio die 27. Martii 1632. Episcopo Tricariensi rescripserit, quodque in præfata Scriptura *num.* 20. relatū legitur.

Sit pro resolutionis hujusce coronide ejusdem Sac. Congr. decretum in Causa *Ruremundensi matrimonii*, quod item in dicta Scriptura refertur quarto loco; & quandoquidem rem omnem id conficere existimo, hic excribere non pigebit.

Catholicus cum hæretica, quæ hæresim abjurare promiserat, matrimonium coram Magistratu Sæculari in loco, ubi Concilium Tridentinum receptum, & Parochus commode haberi, & adiri poterat, contraxit, & postea consummavit. Verum quia mulier non solum ad hæresim abjurandam adduci non potuit, sed alteri viro nupsit: Orator ad partes viventes sub obedientia S. Sedis se recepit, & cum alia muliere contrahere desiderat: Sed quoniam Ordinarius recusat permittere absque S. Sedis declaratione, Orator supplicat decerni, an prædictum Matrimonium contractum ab ipso cum dicta hæretica, modo ut præfertur, sit nullum.

Die 2. Maii 1676. S. Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, secundum ea, quæ proponuntur, censuit, dictum Matrimonium fuisse nullum.

Hisce duobus dubiis, quæ in hac materia quasi capitalia sunt, resolutis, reliqua vel ex dictis resoluta manent, vel non multum negotii facessunt: Quamobrem iis in præsentis singillatim discutiendis libenti animo supersedeo.

Atque ita sub Censura &c.

Thomas Sergius Piorum Oper. S. R. Inqu. Cons.

H

Dissertatio super primo Dubio.

An Matrimonia ab Hæreticis inter se in Locis fœderatorum Ordinum Dominio in Belgio subjectis contracta, non servatà formà Concilii Tridentini, censenda sint valida.

INitio præmittendum videtur, quod Fundamentum, ac Basis recti in hac tota controversia Judicii ab utraque parte tam affirmantium quàm negantium valorem Matrimoniorum, de quibus disputator,

tator, reponenda ſunt in mente, & intentione Eccleſiæ circa vim ac robur Decreti Tridentini *Seſs.* 24. *Cap.* 1. *de Reformat. Matrim.* Nam ſi Mens ſit, ut ea Lege non ligentur Populi, de quibus agitus; jam ceſſat tota ratio negantium valorem, quippe tota, quanta eſt, ex illa lege repetitur. Contra ſi Mens ſit, ut ligentur; corruunt prorſus argumenta valorem Affirmantium.

Decem hujuſmodi argumenta incredibili diligentia, & acri Judicio ab Illuſtriſſimo Domino Secretario collecta habemus præ manibus; neque alia credo, aut ab Affirmantibus afferri, aut excogitari facilè poſſe. Singulis Argumentis videmus ſuas ſolutiones apte ſubjunctas. Sed affirmare mihi poſſe videor neque argumentis illis, neque ſolutionibus iſtis vim conſtare ullam, niſi vim reſpectivè totam repetendo ab intentione Eccleſiæ.

Atque ut hujus rei ſpecimen breviſſimè præbeam; Ex decem allatis pro valore argumentis. Primum & ſecundum, quæ ſumunt Hæreticos, vel eſſe moraliter ſine Parochia, vel eſſe in Parochia moraliter diverſa à Catholicis, vim nullam habent, niſi illud *Moraliter* alludat ad Judicium prudenter fundatum in Eccleſiæ voluntate. Quartum, & Quintum deſumpta ab ignorantia, vel Legis Tridentinæ, vel tituli ſpurii in Miniſtellis, nihil poſſunt, niſi conſiderentur tamquam Indigia benignæ voluntatis Eccleſiæ. Tertium, Sextum, & Octavum, quæ referuntur ad Epichejam. Septimum, & Nonum, quæ ad conſuetudinem explicari, & intelligi nequeunt ex natura ipſa Epichejæ. & conſuetudinis, niſi rem reducendo ad rectam mentem, vel conſenſum Legislatoris. Decimum denique fuudatum in directa probabilitate Sententiæ affirmantis, niti debet principio reflexo, quod illa ſtante directa probabilitate, præſumatur adjungi ſuffragium Legislatoris, præſertim pro qualitate materiæ favorabilis.

Itaque mihi videtur eo dirigenda conſideratio tota in hac Cauſa, ut inveſtigetur mens, & intentio Legislatoris.

Præmitto ſecundò, quod hanc mentem indagare poſſumus, vel in ipſo primo Legislatore, ideſt in Concilio Tridentino, vel in Eccleſia ſubſequente, cui novæ ſupervenientes rerum mutationes fiunt pro tempore præſentes. Ad mentem Tridentini exquirendam potiſſimùm conducunt Regulæ Epichejæ: Ad mentem ſubſequentis Eccleſiæ ſpeciali modo conferunt Regulæ conſuetudinis.

PARS PRIMA

De Mente Concilii Tridentini.

§. 1. Proponuntur Regulæ Epichejæ.

Incipio a Mente Tridentini ad Regulas Epichejæ conſiderandæ.

EPichejam eſſe unam ex præcipuis virtutibus docet poſt Ariſtotelem *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 120., ubi notat dici poſſe latinæ Æquitatem.

Porro

Porrò ad hanc Virtutem spectat dictare, quandonam casus aliquis cæteroquin ex vi verborum legis universalium non exceptus, excipiendus tamen est ex vi animæ Legis, quæ est recta Mens Legislatoris. Ad discernendos verò hujusmodi casus exceptos tribus Regulis hæc Virtus utitur.

Prima est, quando materia Legis in casu evadit iniqua. Sic à Lege restituendi Domino depositum excipitur restitutio gladii Domino furioso.

Secunda est, quando materia evadit tam ardua, & difficilis, ut inhumanum, & irrationabile fuisset istum casum velle comprehendere. Sic à lege generali abstinendi per Quadragesimam a Carnibus excipitur graviter Ægrotus.

Atque in istis duobus casibus solet deficere in humano Legislatore nedum voluntas, sed etiam potestas eos casus comprehendendi.

Tertia Regula est, quando licet absolutè, & simpliciter non defuerit potestas à Legislatore, si summo jure uti voluerit: tamen reipsa noluerit casum comprehendere: idque colligitur ex concurrentibus indiciis. Sic à lege generali Jejunii excipiuntur minores annis uno, & viginti juxta receptam Sententiam Doctorum cum *S. Thoma 2. 2. quæst. 147. art. 4. ad 2.*

Applico jam ad casum nostrum secundam, & tertiam ex præfatis Regulis.

§. 2. *Mens Tridentini ex secunda Regula Epicheja.*

REvoco prius in memoriam, quàm diuturna, & acris fuerit in Tridentino Disputatio circa Decretum nostrum. Difficultas præcipua, ut legere est in Historia Cardinalis Pallavicini *lib. 22. cap. 4. & lib. 23. cap. 3. & 9.* inde oriebatur, quod jure tam naturali, quam Divino, confirmato etiam in Evangelio, constitutum reperitur humano Generi, & concessum remedium concupiscentiæ in Matrimonio, & dato omnibus libertas eo remedio licitè utendi contra gravissimum, & universale malum. Hujusmodi autem libertas naturali, & Divino Juri nixa, videbatur magno PP. Tridentinorum numero vel non posse ab Ecclesia restringi, vel æquum non esse restringi.

Præsertim quia, ut observabat in suo Judicio Rithovius Episc. Iprens. agebatur de restringenda ea libertate universim, & quoad omnes Personas, & non tantùm in particulari quoad aliquam speciem Personarum, e. g. conjunctarum certo quodam gradu consanguinitatis. Quare licèt Ecclesia & potuisset, rationabiliter voluisset prædictam naturalem libertatem restringere quoad paucas illas Personas, quæ iis gradibus conjunctæ forent, tamen vel non posset, vel non deberet restringere tali modo, qui extenderetur ad omnes Mundi Personas.

Accedat gravis hæc consideratio, quod Christus ipse Dominus, cui data est omnis potestas in Cœlo, & in Terra, quamvis in nova Le-

ge

ge Gratiæ Matrimonium elevaverit ad Sacramenti dignitatem, atque adeo illud constituerit in novo quodam valdè diverso, ac longè firmiore statu, quam antea fuisset: Quamvis item præviderit tam Judæos, quam Gentiles, alioquin post sufficientem Legis Evangelicæ promulgationem ad eam amplectendam obligatos, nihilominus ex pertinaci odio, & contemptu illam rejecturos: tamen cum posset, noluit illos eosdem Legis suæ hostes infensissimos privare generali illo concupiscentiæ remedio. Quare reliquit tam Judæis, quam omnis generis Infidelibus valida Matrimonia, etiamsi ad præscriptum Legis Evangelicæ illa contracturi non forent. Qua in re Christus Dominus peculiater ostendit illum se esse, de quo prædictum fuerat *Isa. 42. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.*

Hæc gravissima difficultas ab aliis aliter exposita compulit omnes Concilii Patres. Primo ad prætermittendam omino eam Decreti jam præparati partem, qua irritabantur Conjungia filiorum sine consensu parentum. Secundo ad ita temperandam alteram decreti partem adversus Matrimonia clandestina, ut libertas illa naturalis restringeretur quam minime fieri posset. & præcisè tantum, quantum videretur expediens ad evitanda mala è clandestinis ex hominum abusu proficisci solita.

His positis, placeat nunc observare ad quas angustias, & difficultates hodie reducatur remedium illud naturale concupiscentiæ respectu Populorum, de quibus agitur; Si contendamus ex mente Tridentini, illos adhuc ligari, & comprehendi sub ejusdem lege, non obstante præsenti systemate illarum Ptovinciarum.

Ex una parte validè contrahere non possent sine Parocho Catholico: Ex alia parte hinc Magistratus severissimis legibus eos prohibent à Catholico Parocho adeundo; Inde Ecclesia ipsa sanctissimè prohibet Parochis Catholicis, ne illorum Matrimoniis assistant, nisi abjurata prius Hæresi.

Hoc re ipsa perinde est, ac illis Populis in hunc modum edicere: vel convertimini ad Fidem Catholicam, vel scitote vos carituros remedio naturali concupiscentiæ!. Quod ipsum est illos efficere deterioris conditionis, quam sint Judæi, & Infideles.

Quæso nunc consideretur, an conversio illorum Populorum sit facilis? An potius sit tam ardua, ut non videatur rationabile illos spoliatos velle supradicto remedio, nisi prius tam arduam difficultatem superent? Et noto, quod nunc non agitur de unius, aut alterius hominis Matrimonio, sed de Matrimoniis integrorum, & frequentium Populorum. Iterum dico, nonne summè arduum est eos Populos converti?

Neque vero victoria hujus difficultatis pendet a solo, & mero libito illorum hominum. Rectè scripsit *Cardinalis Albicius de Inconstant. Cap. 14. à num.* 55. ad Hæresim formalem non sufficere in subjecto Baptismum, sed requiri insuper Instructionem. Hinc *Cap.* 11. *n.* 10. notaverat Rusticos, Pueros, Mulieres, aliosque habetis ingenii, qui per simplicitatem potius, quam per errorem incidunt in Hæresim,

resim, non posse dici formaliter Hæreticos [1]. Jam quanta sit turba hujusmodi generis hominum in iis Populis, nemo nescit. Ad eos ergo convertendos opus esset Instructione; opus esset dedocere errores, removere præjudicia, quibus ab Infantia cæci illi, & infelices homines inbuti sunt. Pars maxima incapax est seipsam instruendi per libros. Opus ergo esset viva voce Catholicorum Prædicatorum. At quæ spes invehendæ prædicationis Fide Catholicæ apud Hæreticos illos? Sed quid opus pluribus ad maximam difficultatem conversionis illorum Populorum ostendendam, cum res sit omnibus compertissima?

Posita igitur hac tanta rerum mutatione, moraliter illis Populis insuperabili, propter quam redditur iisdem moraliter impossibilis observantia Decreti Tridentini; locum videtur habere debere secunda, quam dixi, Epichejæ regula, qua docemur, casum moralis impossibilitatis censeri exceptum a lege: accedente præsertim mente Tridentini, quæ, ut diximus, fuit, ut lege sua, qua videbat restringi remedium naturale concupiscentiæ, non introduceretur nisi quam minima restrictio, & mediocris difficultas non magno negotio superabilis.

Et sane ipsa Sacra Congregatio hanc Epichejæ regulam secuta est in iteratis illis Resolutionibus, quæ laudantur, & confirmantur in una *Indiarum Orientalium* producta in Foliis Ill.mi Secretarii, illa nimirum, qua decretum fuit, in locis. ubi non adest Parochus, vel si adsit, accessus ad eum non est tutus, & facilis valere Matrimonium sine Parocho, si saltem coram Testibus fiat. Ex qua resolutione ut hoc obiter observem, plane refutatur illorum opinio, qui dicant Epichejam non habere locum in lege irritante. Hæc enim resolutio certe non est lex aliqua nova derogans legi Tridentinæ pro casibus in eadem resolutione consideratis: sed est tantum legitima Interpretatio ejus legis, atque declaratio, quod casus illi propter adjunctam moralem impossibilitatem intelligendi sunt excepti a lege Tridentina.

Ubi juvat advertere duo notatu digna. Alterum est, quod *in cit. Causa Indiar. Orient.* agebatur de tempore Schismatis exorti in Serra Malabarica, quo Schismate sese implicuerant ipsi Populi, qui proinde Presbyteros Schismaticos in Parochos illegitimos sibi delegerant. Nihilominus Sacra Congregatio nullam rationem habendam censuit voluntariæ rebellionis eorum Populorum a Pastore legitimo neque distinxit inter eos, qui culpa sua carerent veris Parochis, & inter eos, qui sine culpa: sed generatim pronunciavit moralem impossibilitatem adeundi verum Parochum, undecumque illa originem traxisset sive a Populi culpa, sive non, facere casum exceptum a lege Tridentini. Alterum est, Sacram Congregationem admisisse tunc Matrimonia sine Parocho legitimo facta; rejecisse tamen omnino, quæ in illo eodem Schismate facta fuissent cum dispensatione Pastoris intrusi in impedimentis dirimentibus. Unde intelligimus magnum reponendum esse discrimen inter impedimentum proveniens ex absentia Parochi, quod omnia prorsus Matrimonia generaliter impedit, & inter reliqua impedimenta, quæ dumtaxat impediunt Matrimonium cum certo genere Personarum.

rem vero ex laudata resolutione Sacræ Congregationis dicimus mentem Concilii esse benigne, & secundum æquitatis regulam interpretandam. Dicimus Ecclesiam leges suas accommodare humanæ infirmitati ad ipsius Dei Opt. Max. exemplum, qui ut dicitur Sapient. 12. *Cum tranquillitate judicat., & cum magna reverentia disponit nos.* Dicimus, in hac præsertim lege, qua restringebatur Hominibus usus a natura, & Deo concessus remedii ad curandam gravissimam concupiscentiæ ægritudinem tantopere necessarii, Ecclesiam discrete gessisse se; ac proinde de ejus mente non fuisse, *ut quæ salubriter pro utilitate Hominum introducta sunt, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus*; quemadmodum loquitur *L. Nulla ff. de legibus*, qua lege S. Thomas in simili materia utitur 1.2.*quæst.* 96. *art.* 6. Itaque de mente Concilii dicendum est non fuisse præfato naturali remedio spoliare maximam Hominum multitudinem etiam tum, cum moralis impossibilitas occurreret observandi restrictionem a se impositam.

Fateor, ejusmodi morales impossibilitates non esse relinquendas uniuscujusque Privati judicio. Sed quoniam hodie loquimur coram legitimis Interpretibus Tridentinæ legis, licebit proponere considerandum, utra censenda sit major impossibilitas, illa ne, quæ resultabat in Schismaticis Indice ex eo quo non esset illis tutus, & facilis accessus ad Parochum? An vero illa, quæ resultat in Hæreticis Bataviæ ex eo quod non sit illis facilis accessus ad profitendam Catholicam Fidem? Nam hæc esset illis superanda difficultas, ut diximus, si vellent recuperare naturale Matrimonii remedium.

Sed licet hoc idem illustrare alio quodam exemplo. Certum est ex S. Thoma, Bellarmino, & reliquis communissime, quod Matrimonii contractus apud Infideles, æque ac cæteri humani contractus, subjacet legibus Domini temporalis illorum, sive quoad licitum, sive quoad validum. Fingamus nunc aliquem bonum virum zelo quodam conversionis Judæorum ferventem suggerere Summo Pontifici ut pro Judæis subditis Ecclesiastici Status ferat hanc legem, scilicet, *ut illi teneantur sub pœna nullitatis Matrimonia contrahere coram Magistratu Loci.* Interim vero Pontifex prohibeat singulis Magistratibus, ne coram se illos admittant, nisi prius convertantur ad Christum. Credo sane, legem hanc visum iri omnibus irrationabilem, vel hoc solo nomine, quod miseros illos homines privaret naturali concupiscentiæ remedio sibi hactenus per Christum ipsum relicto; nisi difficultatem hanc maxime arduam superarent se convertendi ad Christum. Et tamen non minus Judæi tenentur Christianam Religionem amplecti, quam Batavi Catholicam, non minus Judæi odio flagrant adversus Christianam Religionem, quam Batavi contra Catholicam. Et alioquin in manu Pontificis est facere, ut Judæi sibi subditi Christiana Doctrina instruantur: quod item de Batavis dici non potest.

Dicet forte aliquis, eam legem fieri contra Judæos non posse, quia non licet cogere Infideles ad Fidem, illa autem Lex esset gravis, & manifesta coactio.

Sed

ed refpondeo ; Ideo effet gravis coactio , quia Judæis imponeret graviffimum onus prius refipifcendi ab inveteratis erroribus fuis,& amplectendi Chriftianam Religionem , contra quam mifera , & cæca Gens illa imbuta eft ab Infantia infinitis præjudiciis , quæ facile non fit evellere : Quare inhumanum merito videretur eofdem fpoliare naturali libertate Matrimoniorum , nifi prius fuperent tam arduam difficultatem . Applicetur hic difcurfus Populis Hæreticis fœderati Belgii , & perfpicuum erit vim eamdem in illis habere .

)icet forfitan iterum alius , quod Batavi cum rebellarunt , ab Ecclefia reperiebantur jam fub obligatione Tridentinæ Legis Judæis vero de novo imponeretur Lex illa .

ied refpondeo in primis ; Onus , quod Judæis in illa Lege imponeretur , non effe re ipfa novum onus , quippe antecedenter ad eam legem reperiuntur fub obligatione Chriftianæ Religionis amplectendæ . Deinde dico , idem Judicium fieri debere circa impofitionem novæ Legis , ac circa fenfum , vel confervationem antiquæ .

Habendum enim femper ante oculos eft , quod ad Legis humanæ rationabilitatem,ac proinde ad valorem (fi enim rationabilis non eft, I ex non eft)debent concurrere certæ quædam conditiones, illæ fcilicet , quæ numerantur in Jure Canonico cap. *Erit autem dift.* 4., nempe quod fit poffibilis fecundum naturam,ideft non maxime difficilis , quod fit poffibilis fecundum Patriæ confuetudinem , quod fit loco , temporique conveniens , quod fit in commodum fubditorum &c. Habendum pariter eft ante oculos,quod defectus hujufmodi conditionum ficuti reddit irrationabilem Legem , cum primum fertur , fi tunc ille defectus contingat , ita fi contingat poft Legem latam , vel illam abrogat , vel oftendit ab initio ipfo non comprehendiffe cafum , in quo dictæ conditiones deficiant . Nam cum conditiones illæ fint de Legis effentia ; Quandocumque illæ deficiunt five ante , five poft , non poteft non deficere effentia Legis . Qua de caufa S. Thomas in aureis fuis quæftionibus de Lege humana *l.* 2. *quæft.*95. 96., *&*. 97. præjactis conditionibus Legis iis , quas diximus ; deinde ad defectum , vel concurfum earumdem conditionum examinat femper,& conftituit, quid fit dicendum tum de nova Lege condenda , tum de Legis prius conditæ fenfu , exceptionibus mutatione , ceffatione , vel abrogatione .

uxta quam rectiffimam Regulam nobis quoque concludendum erit, quod ficuti rationabile non effet novam Legem nunc primum edere , qua five Judæis , five Hæreticis reddatur impoffibile remedium naturale concupifcentiæ , nifi prius convertantur ad Fidem , ita pariter irrationabile cenferi debeat antiquam Legem trahere ad eum cafum comprehendendum,in quo fimiliter iifdem Populis idem remedium impoffibile reddatur , nifi prius convertantur ad Fidem .

§. III. *De eadem Tridentini Mente ex tertia Regula Epichejæ.*

HActenus de fecunda Regula Epichejæ , quæ confiderat mutationem in materia Legis factam propter fupervenientem aliquam ma-

maxime arduam difficultatem, qua ſtante, irrationabile ſit Hominem obligare.

Gradum nunc facio ad tertiam Regulam, nempe ad iudicia, quæ ſuadent Legiſlatorem, quamvis abſolute potuiſſet, noluiſſe tamen caſum aliquem comprehendere ſub lege.

Sed iterum revertendum ad Hiſtoriam Cardinalis Pallavicini *cit. lib.* 22. *Cap.* 4. Duo ille alia narrat. Primo Jacobum Lainez propoſuiſſe, ſecuturum ex præconcepto Decreto, quo Hæretici remanſuri eſſent ſine veris Matrimoniis; Unde notiſſima alia abſurda conſequerentur, Concubinatuum innumerabilium, Prolium omnium illegitimarum, Perturbationis ſucceſſionum, Maculæ, & Ignominiæ totius Reipublicæ &c. Hoc autem a Lainez propoſitum incommodum viſum omnibus PP. fuiſſe inconveniens in hac materia maximum, ideoque diligentes cavendum. Secundo hac de cauſa PP. adhibuiſſe Decreto temperamentum neceſſariæ in unaquaque Parochia publicationis ſpecialiſſima forma faciendæ.

In primo horum duorum habemus rationem, quæ Concilium movit ad temperandum Decretum. In Secundo habemus particulare expreſſum temperamentum tunc adhibitum. Ex utroque indicia promicant, quæ ſuadeant de mente Concilii non fuiſſe caſum hunc noſtrum comprehendere.

§. IV. *De Primo Indicio*.

ET ex primo quidem jam habemus hoc fuiſſe Tridentini graviſſimum Judicium, nimirum Populos Hæreticos non eſſe abſque veris Matrimoniis relinquendos. Hinc autem ſponte ſua videtur ſequi, quod Mens Concilii non fuerit lege ſua caſum comprehendere, in quo Hæretici Populi relinquendi abſque veris Matrimoniis eſſent; Ne dicatur Concilium ſtatuiſſe contra id, quod judicabat, ſive quod idem eſt, ſtatuiſſe contra mentem ſuam.

Quamobrem qui ſentiunt Matrimonia in caſu valere, ii mihi videntur rectius facere, quam qui ſentiunt non valere; Illi enim ſequuntur intentionem Legiſlatoris, quæ *potior eſt*, ut ait S. Thomas infra laudandus, hi vero nimis rigide ſectari verba videntur. Et ideo non incongrue hic applicatur L. *non dubium eſt Cod. de leg. & Conſt.* Principum, quam Legem allegat pro confirmatione ſuæ de Epicheja Doctrinæ *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 120. *art.* 1; ſic autem ea Lex habet; *non dubium eſt in Legem committere eum, qui verba* Legis *amplexus, contra Legis nititur voluntatem*. Eadem porro Lex poſt S. Thomæ tempora reperitur canonizata in Reg. ult. Juris in 6., ubi ſic: *Certum eſt, quod is committit in Legem, qui Legis verba complectens, contra Legis nititur voluntatem.* Idemque traditur *cap. Humanæ aures* 22. *quæſt.* 5. ex S. Gregorio Magno ibi: *Non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem, & intentionem, quia non debet intentio verbis deſervire, ſed verba intentioni*, ubi *Gloſs. V. verba* contigerit Jura alia idem inculcantia.

Sed opponet hic aliquis, voluntatem Concilii fuiſſe reſtrictam ad Hæreti-

reticos ſui temporis, & idcirco dumtaxat fuiſſe ſolicitum, ne videretur Decreto ſuo illos involvere, de futuris vero Hæreticis, qui forte poſt publicatum inter eos Concilium defecturi ab Eccleſia forent, nihil providiſſe.

Reſpondeo tamen in hac objectione confundi duo, quæ diſtinguenda maxime ſunt. Primum eſt ratio, qua permotum Concilium fuit ad temperandum Decretum: Secundum eſt temperamentum tunc in ſpecie adhibitum.

Ratio fuit, quia Hæretici Populi non ſunt abſque veris Matrimoniis relinquendi, ut jam vidimus. Hæc autem ratio una, & eadem eſt relate ad omnes omnino Hæreticos ſive antiquiores, ſive recentiores: Nam æquale inconveniens ſequitur ſive hi, ſive illi relinquantur abſque veris Matrimoniis. Et alioquin non minus deteſtabiles Concilio erant Duces illi rebellionis in Eccleſiam tempore ejuſdem Concilii graſſantes, quam qui poſtea naſcituri ex illis eſſent, quorum ipſorum ruina illorum primorum ſceleri potiſſimum tribuenda foret.

Temperamentum vero in ſpecie tunc adhibitum non nego expreſſius caviſſime Hæreticis illius primi temporis, ſed cum illi tunc obſervarentur Concilio ante oculos, mirum non eſt, ſi Concilium ſatis habuit tale tunc temperamentum eligere, quo illis expreſſe conſuleret. Pro aliis vero caſibus ſimilibus in futurum reliquit implicite mentem ſuam ſatis intelligendam ex ratione ipſa, qua permotum eſt ad illud tunc expreſſum temperamentum addendum.

Jam vero ad indagandam Legislatoris mentem pius valet ratio, qua movetur ad diſponendum, quam modus ipſe particularis diſponendi: Nam modus frequentem attemperatur circumſtantiis, quæ magis in præſentia urgent: At ratio ſi una, & eadem ſemper perſeverat, eodem ſemper modo manifeſtat quid de mente diſponentis intelligendum ſit. Et ſane ubi de maximo incommodo vitando agitur, intentio finis, ideſt incommodi illius vitandi, ſolet eſſe univerſalis, & efficax: Electio vero mediorum ad illud vitandum adhiberi frequenter ſolet limitatius pro occurrente neceſſitate. Unde non tam ex mediis, quam ex fine metiri mentem Operantis debemus.

Atque in eo, quod diximus de maximo momento ad mentem Legislatoris indagandam reſidente in ratione ipſa Legis, fundantur Doctrinæ communiſſimæ apud J.U.Doctores, & apud Theologos de extenſione Legum ob identitatem rationis. Qua de re poſt alios plures tractat exquiſito Judicio *Suarez. de leg. lib. 6. cap. 2. & ſeq.*

§. V. *De Secundo Indicio.*

SEd expendamus nunc illud ipſum ſpeciale temperamentum, quod tunc Tridentinum adhibuit. Dico enim ex illo ipſo reſultare novũ indicium ſuadens, quod de ipſius mente non fuerit comprehendere caſum noſtrum.

Primo præcepit Ordinariis, *ut quamprimum poſſent curarent hoc Decretum Populo publicari, & explicari in ſingulis Parochialibus Eccle-*

ſis:

ſiis ; idque in primo anno quam ſæpiſſime : deinde quoties expedire viderent .

Secundo decrevit, ut *Decretum in unaquaque Parochia non prius ſuum robur habere inciperet , quam poſt* 30. *dies a die primæ publicationis in eadem Parochia factæ numerandos.* Ita *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat. Matrim.*

Notanda nunc aliqua ſunt certa, & liquida in facto quoad res Belgicas ex Hiſtoria Cardinalis Bentivogli ex Batavia Sacra , & ex Hiſtoria Ultrajectina.

(1) *Card. Ben. hiſt. l.* 1. *pag.* 45. 46. 47. 49. *edit. Colon. anni* 1632.

(2) *Id. l.* 2. *pag* 68.

Concilium Tridentinum fuit a Pio IV. confirmatum anno 1564. Multo ante hunc annum Hæreſis (1.) late invaſerat Provincias Belgicas, tamque altas jam ibidem radices egerat, ut Magiſtratus ad Margaritam Parmenſem ſcriberent , ita jam auctum Hæreticorum numerum , & eo audaciæ prolapſos , ut edicta regia palam contemnerentur, nec poſſibile amplius foret illa executioni mandare. Iſto ipſo anno 1564. pluribus in Locis (2) violenter effringunt Carceres , & Socios de Hæreſi damnatos liberant . Palam inſuper non de nocte modò , ſed etiam de die cæpta frequentari exercitia novarum Sectarum .

(3) *Batar. Sa. par.* 2. *pag.* 19.

(4) *Card. Beniv. l.* 2. *p.* 76.

Anno ſequenti 1565. prope anni finem tentata (3) Ultrajecti fuit prima publicatio Concilii Tridentini ; ſed appellantibus Capitulis pleriſque, & aliis , non proceſſit ; ut docet Teſtimonium Victoris Scorelii oculati Teſtis. Iſto tamen eodem anno (4) erumpit Factio vulgo *Compromiſſum* nuncupata, quæ fuit veluti primum ſignum Rebellionis contra Dominium Hiſpanorum , unde continuata fere ſerie aliæ ex aliis turbæ ſubnatæ ſunt .

(5) *Id.* 16. *pag.* 97. 98.

(6) *lib.* 2 *pag.* 104 *ad* 107. *& pag.* 112.

(7) *Hiſt. Ultraj. pag.* 6.

Anno 1566. plurimis in Lucis [5] exercetur publica Hæreſis Prædicatio, confluentibus undique Miniſtris Lutheranis , Calviniſtis , Anabatiſtis . Simul inceptum publicum Bellum contra Sacras Imagines , Eccleſias , Monaſteria utriuſque ſexus . Hujus anni Auguſto Menſe (6) devaſtantur Eccleſiæ Antuerpiæ , quod exemplum ſtatim alibi ſecuta ſunt præcipuæ quæque totius Belgii Civitates : id quod multo magis etiam antea factum fuerat per Oppida , & Pagos in omni fere Provincia; cujus vaſtitatis furorem, vel illud unum oſtendere poteſt , quod (7) *tridui ſpatio quadringentis Eccleſiis* toto Belgio ſtrages illata fuit . In ipſa Ultrajecti Civitate Magiſtratus coactus fuit Hæreticus concedere Auguſto Menſe hujus ejuſdem anni 1566. unam e Parochialibus Eccleſiis .

(8) *Card. Bentiv. l.* 2. *p.* 109. *& ſeq.*

(9) *Batav. ſacr. pag* 19.

Quo pariter anno (8) uſque adeo Hæretici invaluere , ut coacta Margarita fuerit obolere omnem umbram aſſertæ Inquiſitionis , & liberam concedere Prædicationem Hæreticis in plurimis illis Locis, ubi jam exercebatur . Inter has autem tot turbas , & tumultus legimus (9.) Ultrajecti prope finem Junii hujus anni factam ſecundam Publicationem Tridentini , quod per dies aliquot a capite ad calcem lectum latine fuit in Metropolitana Eccleſia, Teutonice vero in Domo publica Civitatis ; cujus publicationis Acta publica conſcripta ſunt , adhibito in Teſtem laudato ſupra Scorelio .

(10) *Car. Bentiv. l.* 3.

Iſto eodem anno (10) miſſus in Belgium fuit Dux Albanus cum Exer-

citu

citu, eoque pervenit ſequenti anno 1567. Res ille quidem invenit in aliquantula quiete poſt recuperatam per Margaritam Valencianam, & Antuerpiam repreſſam. Sed brevis fuit, & infida illa quies. Anno enim ſequente 1568. initium factum eſt Bellorum eorum, quorum denique exitum omnes norunt. Porro Dux quoque Albanus (11) laboravit pro Tridentini promulgatione, cujus proinde conatibus effectum eſt, ut ejus tertia publicatio Ultrajecti reſtaurata fuerit anno 1570. Prætereo quaſdam alias alibi factas, ut perhiberetur, Publicationes, de quibus quidquid dici poteſt, expoſuit in ſua Relatione Eminentiſs. Dominus de Alſatia.

(11) *Batav. ſacr. pag.16.*

Meum hic non eſt ſtatuere quantum turbulentis hujuſmodi infirmis, ideoque toties repetitis Publicationibus, iiſdemque hinc per Catholicos multos oppugnatis, inde per Hæreticos omnes contemptui habitis, tribuendum ſit. Taceo inſuper quam parum credibile ſit potuiſſe ſatisfieri voluntati Concilii, talia tempora dum fluerent, quoad priorem illam Decreti partem, qua præcipitur hoc Decretum, & publicari, & explicari Populo in ſingulis Parochiis, idque primo anno quam ſæpiſſime &c.

Unum hoc mihi ſatis erit ex relatis factis tamquam certum colligere, quod de tempore qualiſcumque Publicationis ſive in Synodis, ſive in Parochiis ſingulis factæ, jam Hæretici illarum Provinciarum erant palam ſegregati ab Eccleſia, ejuſque ſe obedientia publice jam ſubduxerant; quamvis eatenus a Dominio temporali Regis Hiſpani recedere non licuiſſe.

Poſita autem hujuſmodi publica illorum ſeparatione ab Eccleſia, dicendum videtur, quod publicatione illa, quæ ſeparationi eidem ſupervenit, ligati non fuerint, ſeu affecti Hæretici illi, niſi forte ad ſummum ad tempus quoad ſcilicet, ſpes illos ad Eccleſiam reducendi aliqua relicta eſt.

Id ut probem, revoco in memoriam prudentiſſimam obſervationem Illuſtriſſimi Domini Secretarii in ſuis, quas præmanibus habemus, doctiſſimis Adnotationibus num. 44. ibi fatetur, *communiter receptum eſſe Hæreticos Eccleſiæ Legibus poſt infelicem eorum lapſum non teneri, quippe quod nolit Eccleſia Poteſtatem & Jurisdictionem, qua cæteroquin pollet, in Filios illos perduelles exercere*; quamquam temperandam eam Doctrinam cenſet, hæc ſubdens: *Hæc tamen ratio videtur ſuffragari tantum Hæreticis Angliæ Scotiæ &c. qua ante annum* 1545., *quo Tridentina Synodus haberi cepit, hæreſi jam infectæ reperiebantur.*

Jam tota hæc Doctrina, etiam dicto modo temperata, bene probat, quod ex mente Concilii, & Eccleſiæ, publicatione Legis Tridentinæ in Belgio, ut præfertur, edita non ligabantur Hæretici illarum Regionum jam antea ab Eccleſia tam palam ſegregati, quam ſegregati ante Concilium erant Hæretici Angliæ, Scotiæ &c.

Nec quidquam refert, quod ſeparatio Anglorum contigerat de tempore, quo Concilium Legem ſcribebat; ſeparatio vero Batavorum de tempore, quo Concilii Lex publicabatur. Etenim diligenter eſt advertendum, quod Concilium non tunc impoſuit obligationem, cum

cum Legem scripsit, sed obligationem distulit ad tempus Publicationis: Neque solum distulit obligationem passivam, sed vim ipsam activam, & obligativam Legis: expresse enim disposuit, ne sua Lex inciperet robur habere, nisi post talem determinatam publicationem. Lex autem, quæ ex Legislatoris expressa dispositione dumtaxat incipit robur habere post certam solemnitatem ante illam solemnitatem, perinde est, quasi non esset; accedente vero ea solemnitate, perinde est, ac si tunc primo ferretur; præsertim quando tunc nullum alicujus retrotractionis effectum paritura est. Igitur Concilium tunc censetur obligationem imponere, cum publicatio in actum perducitur. Quandoquidem ergo juxta allatam, & communiter receptam Doctrinam Ecclesia Lege aliqua ad Disciplinam spectante novam obligationem imponens, non censetur illam imponere velle Filiis illis, quos jam perduelles invenit; & quandoquidem tunc Ecclesia obligationem Belgii Populis imponebat, quando ibi publicata Lex fuit; & tunc jam Hæreticos illius Regionis in statu perduellionis, & separationis reperiebat; concludendum est, quod intentio Ecclesiæ non erat tunc obligationem hujusmodi Filiis jam perduellibus, & separatis imponere.

Et ratio tum Doctrinæ illius communiter receptæ, tum ejus ad casum nostrum applicationis hæc est: Quia si Ecclesia Legem, sive obligationem novam hujusmodi Perduellibus imponere vellet, frustra laboraret, atque operam, & oleum perderet. Quinimo obligationem novam inducere vellet, quando certo prævideret non in ædificationem fore, sed in destructionem, non in utilitatem, sed in perniciem talium subditorum: id quod maxime abhorret ab omnibus principiis, quibus regulari Legislator debet in nova Lege, sive obligatione inducenda. Esset proinde conatus, & actus valde imprudens contra Monitum Spiritus Sancti Eccl. 32. *Ubi auditus non est, non effundas Sermonem*. Et contra gravissimum illud Christi Domini Mandatum Matth. 7. *Neque mittatis Margaritas vestras ante Porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi disrumpant vos*. Nimirum ejusmodi Lex quamquam per se pretiosa instar Margaritæ, tamen hujusmodi Perduellibus imponatur, exponitur manifesto illorum derisui, & contemptui: Id quod Christus Dominus ad vivum expressit verbis illis, *ne forte conculcent eas pedibus suis*: Et ulterius accedent in iisdem mavis odium, & rabiem adversus Ecclesiam: id quod Christus non minus graphice descripsit verbis illis aliis, & *conversi disrumpant vos*.

§. VI. *Objectio quædam contra prædicta resolvitur.*

NOn dissimulabo hic, quod contra superius disputata de Tridentini mente militare videatur Responsum Sacræ Congregationis 19. Julii anni 1602., quod refert Illustrissimus Dominus Assessor S. Officii in suis accuratissimis Foliis art. 2. sub initium. Nam juxta responsum illud Matrimonia Hæreticorum fœderati Belgii declarantur invalida, inhærendo simili præcedenti resolutioni Sac. Congregationis

nis Concilii, quæ cum sit legitima Interpres Concilii ejusdem, corruere videntur quæ sunt allata superius pro valore ex ejusdem Concilii mente.

Ut gravi huic in speciem oppositioni solide satisfiat, sufficiet advertere ad tempus dati responsi, nempe ad annum 1602. Porro dicto tempore nondum amissa spes erat eas Provincias reducendi sub Catholici Regis Dominium, quemadmodum ex Historia compertum est. Vigente autem hujusmodi spe prudenter Sacra Congregatio censere potuit nondum factum esse locum casui excepto regulas Epichejæ superius consideratas.

Primo enim necdum eo tempore videbatur consummata moralis impossibilitas conversionis illorum Populorum, cujusmodi impossibilitas facit casum exceptum juxta secundam regulam Epichejæ, de qua dicebamus §. 2. Neque vero sine causa ibidem adnotavimus judicium de hujusmodi impossibilitate non esse privato cuique relinquendum, Jure igitur suo S. Congreg. censere potuit ejusdem impossibilitati nondum eo tempore factum esse locum.

Secundo nondum pariter videbantur perfecta, atque ut sic loquar, in suo adhuc lumine collocata duo illa Indicia, quæ produximus §.4. & 5., dum tertiam Epichejæ regulam urgeremus. Non primum Indicium, quia nimirum inconveniens relinquendi tantisper Hæreticos absque veris Matrimoniis, interim dum spes affulgebat eosdem ad Catholicæ Matris sinum revocandi, non videbatur adhuc tanti ponderis esse, quanti illud erat, quod Tridentinum evitandum omnino censuerat; Videtur enim a Tridentino habita ratio eorum Hæreticorum, quorum conversio desperata jam esset. Non item Secundum Indicium, quia censeri potuit publicatione Concilii in Belgio facta affici prudenter, & ligari potuisse etiam illarum partium Hæreticos, adhuc sub Dominio Hispanorum, & non extra spem positos redeundi ad Ecclesiam: qua spe non amissa, jam prodesse illis obligatio poterat, neque prævidebatur certo, & unice noxia illis futura. Et idcirco de hoc Indicio dum agerem, apposui clausulam illam, *nisi forte ad tempus, quoad scilicet spes illos ad Ecclesiam reducendi aliqua relicta est*.

Postea vero quam extincta spes omnis fuit eorumdem Hæreticorum reducendorum, præsertim postea quam sui Juris per Fædus Monasteriense una cum suis Provinciis evaserunt, atque adeo postea quam ad eum statum pervenerunt, quo in statu reperiebantur Anglia, Scotia, Dania &c. tempore Tridentini, sapientissime eadem Sacra Congregatio manum retraxit ab hac tabula, neque unquam amplius respondisse comperitur, sicut antiquiore illo tempore responderat. Unde si percurrantur Resolutiones ab Illustrissimo Domino Secretario productæ, nulla occurreret posterior dicto tempore resolutio pro nullitate Matrimonii inter partes ambas Acatholicas, sed inter eas tantum, quarum una Catholica, altera vero Acatholica esset.

Quapropter post ita insigniter mutatum rerum statum, locus merito factus est Disputationibus Doctorum circa valorem, vel nullitatem conjugiorum ejusmodi. Vt nos pro valore sentientes, locum cen-

ſemus factum jam eſſe prænotatis Epichejæ regulis, quas non ad priora illa tempora, ſed ad poſteriora, & maxime ad hodiernum earum Provinciarum ſyſtema accommodavimus, in eoque eaſdem regulas vim efficàciſſimam exiſtimamus habere ad probandum, quod caſus, de quo diſputamus, ex mente ipſa Tridentini cenſeri poſſit, ac debeat exceptus a lege.

PARS SECUNDA

§. 7. *Obſervantur generatim aliqua de conſuetudine abrogativa Humanæ Legis*

HUC uſque inveſtigavi mentem Tridentini ex Regulis Epichejæ. Progredior nunc ad inveſtigandam mentem ſubſequentis Eccleſiæ ex Regulis conſuetudinis. Sed juvabit aliqua prius generatim adnotare.

Primo. Confuetudinem aliquam habere vim humanæ legis abrogandæ, res eſt indubitata ex utroque jure civili, & Canonico.

Secundo. Ad hujuſmodi conſuetudinem debet concurrere ex parte Populi frequentia diuturna actuum contra Legem, unde oſtendatur Legem non amplius utilem multitudini eſſe: Ex parte vero Principis, cujus unius eſt ſicut ferre, ita revocare Legem, debet concurrere conſenſus eamdem revocandi.

Tertio. Quod attinet ad Populi contra legem actus, illud in primis neceſſarium ſempet eſt, quod actus illa de ſe, & ſecluſa humana Lege. parvi non ſint, hoc eſt neque naturali, neque Divino Juri contrarii ſint; quippe contra hæc Jura nunquam intrare poteſt abrogatio. Præterea iidem actus fieri poſſunt vel mala fide, quatenus videlicet culpabiliter lex aut non recipitur, aut recepta violatur: vel bona fide, quatenus fortaſſis occurrat rationabilia aliqua excuſatio a Legis obſervantia.

Quarto. Quod vero ad Principis conſenſum attinet, ille poteſt eſſe perſonalis, & quidem modo expreſſus, modo tacitus, vel juridicus, nempe jam antecedenter expreſſus in jure aliquo.

Quinto. Hinc tres conſuetudinis ſpecies omnes, & ſingulæ ad legem abrogandam utiles, paſſim apud Doctores pervulgatæ ſunt. Prima procedit per actus mala fide contra legem poſitos, quorum diuturnæ frequentiæ accedat denique tacitus conſenſus Principis; Optimè enim docuit *S. Thomas* 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *ad tertium ipſa conſuetudo in tali multitudine prævalens obtinet vim legis, in quantum per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere: Ex hoc enim ipſo videntur approbare, quod conſuetudo introduxit*. Et Angelici veſtigiis inhærens *Suarez. de legibus lib.* 7. *cap.* 18. *num.* 20. obſervavit. *Ex ipſa duritiæ Populi, licet irrationabili, reſultat reſpectu Principis moralis cauſa, & ratio, ut poſſit judicari prudens revocatio legis; Tunc enim poteſt præſumi connivientia, & abrogatio ex parte Principis tacentis, & tolerantis, quia tunc jam abrogatio juſta eſt*. Secunda ſpecies conſuetudinis procedit

dit itidem per actus positos mala fide, sed qua non obstante repetiantur in consuetudine duæ illæ conditiones, quas requirit caput *ultim. de consuet.* scilicet quod sit *rationabilis*, *&* *legitimè præscripta*. Positis autem duabus hisce conditionibus, jam huic consuetudini accendit consensus juridicus Principis in isto ipso *c.ult.de consuet.* generaliter expressus. Tertia species procedit per actus bona fide factos, & simul per duarum prædictarum conditionum concursum, quo stante, non potest accedere præfatus consensus juridicus Principis.

Sexto. In unaquaque ex prædictis tribus consuetudinis speciebus debet semper in inveniri rationabilitas, ut conducere possint ad abrogrndam legem. Verumtamen in nulla ex illis requiritur rationabilitas ex eo desumpta, quod actus consuetudinem componentes non sint contra legem illam humanam, ad quam abrogandam tendunt, Repugnat enim in terminis, quod sit consuetudo contra legem, & quod actus illam componentes non sint contra legem. Quare nulla consuetudo contra legem esse posset rationabilis, & proinde nullum vim haberet abrogandæ legis, id quod falsum esse constat ex utroque Jure civili, & Canonico, ut initio diximus, igitur rationabilitas consuetudinis consideranda semper est, secludendo mente nostra legem illam, contra quam consuetudo tendit.

Post hæc prænotata difficile non esset ostendere, quod in casu nostro prædictæ tres consuetudinis species concurrunt omnes, & singulæ pro valore probando Matrimoniorum, de quibus in præsenti dubio disputatur. Neque vero temere in auxilium advocarem tam Primam, quam Secundam speciem consuetudinis, quando plurimis, & præclarissimi tum Theologi, tum Canonistæ utramque approbant tanquam efficacem ad humanæ legis abrogationem inducendam. Neque etiam deessent argumenta ab exemplis non paucis. Si enim Eminentissimi Domini oculos paulisper circumferant per tot varias Reipublieæ Christianæ Regiones facile incident in plures leges etiam Canonicas in hac vel illa Regione, vel non receptas, vel post receptionem per subsequentem non usum, aut etiam per usum contrarium ita jam collapsas, ut durum plane videatur culpa hodie damnare Populos, atque in his Viros quoque cæteroquin probos, & timoratæ conscientiæ, qui eas amplius non observant post longævam jam, & communem contrariam consuetudinem. Et tamen non ubique hujusmodi consuetudinum initia saltem sine peccato fuerunt.

Nec quod spectat ad particularem casum nostrum, multum momenti reponendum esse crederem in ea oppositione, quæ ferè unica objici potest; videlicet quod Hæreticorum in præsenti Articulo contraria consuetudo originem ducat suam ex eorumdem adversus Ecclesiam odio, & contemptu; Nam præterquam quod multa sparsim in superioribus data opera pro seminavi, quæ vires hujus Oppositionis plurimum extenuant; considerandum insuper est: quanto mitius Ecclesia sese gerere soleat erga Hæreticos Natio-

nales, quos unos præsens negotium tangit, quam erga illos, qui ex personali perfidia Catholicam Fidem, in qua nati, & educati prius fuerant, turpissimè deseruht, & abjuraht. Qua pariter de causa discretè adeo, & clementer agit Ecclesia cum Græcis, aliisque per Orientem Schismaticis, iisdem quæ hæresi non una infectis, quamvis non minore illi odio Romanam Ecclesiam prosequantur, quam Hæretici Batavi.

Accedit in casu, quod Ecclesia ut tacitum consensum ad legis Tridentinæ relaxationem adjungat, causas habet bene multas longissime remotas ab omni specie favoris hæreticis illis præstandi. Puta arcere mala gravissima alias ei Catholicæ Missioni obventura. Viam complanare errantibus ad veram fidem: Divinum præcipue honorem illæsum servare ab infinito numero scelerum ex innumeris concubinatibus pullulantium &c.

Cæterum ne longior fiat hæc Dissertatio, quæ videri jam nimis prolixa potest; prætereo priores duas consuetudinis species, & tertia dumtaxat utor, qua vel rigidioribus Expositoribus laudato *cap. ultim. de consuet.* satisfieri posse videatur.

§.VIII. *Proponitur consuetudo ad casum præsentem faciens.*

Principio ponatur ante oculos Decretalis Gregorii IX. *Cap. ult. de consuet.* ibi: *Licet longævæ consuetudinis non sit vilis authoritas, non tamen est usque adeo valitura, ut vel juri positivo debeat præjudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitime præscripta.*

Atque hic placeat obiter observare, quod primi, qui Commentarios ediderunt in Decretalium quinque libros sub memorato Gregorio Nono compilatos, ac editos, fuere insignes illi duo sub Gregorio ipso florentes, scilicet Innocentius IV., qui eidem Gregorio post Coelestini IV. brevissimum dierum dumtaxat decem, & septem Pontificatum successit in Petri Cathedra, & Innocentii contemporaneus Henricus de Segusia, vulgo Ostiensis dictus. Et Innocentius quidem in suo commentario in laudatam decretalem, ne consuetudo sit irrationabilis, hoc uno contentus est, quod a jure non improbetur: Ut vero sit legitime præscripta, nil inquirit aliud, quam lapsum 40. annorum. Quis rogo melius intellexerit sensum vocis *Præscriptæ* in ea Decretali, quam dictus Innocentius in eo Dignitatis gradu Gregorio Decretalis Authori per idem tempus assistens? Ostiensis vero *in cap. Ex parte eod. tit. vers. consuetudines ait*: *Utrum sit rationabilis, vel non, relinquo Judici, cum nec Regula posset tradi.* Et paulo inferius: *Generaliter est irrationabilis, ubicumque per jus expressum reprobatur, vel alias est iniqua.* Quid vero sit esse præscriptam, ibidem tantum explicat per lapsum 40. annorum. Idem *Ostiensis in cap. ult. de consuet.* multis evidenter demonstrat præscriptionem consuetudinis longissime discrepare a præscriptione stricte, & proprie dicta, qualis est, ubi agitur de præscribendo rei dominio. Quocirca inter alia discrimina hoc tradit: *In præscriptione requiritur titulus, & bona fides, sed in consuetudine non requiro nisi usum, & tempus completum*

tum. Horum ego duorum tantæ Doctrinæ,& nominis Virorum sub ipso Gregorio viventium in ejusdem Gregorii recentissimam Decretalem Commentarios pluris faciam,quam sequentium Expositorum, si qui sunt, qui aliter explicant.

Nihilominus in consuetudine, quam produco, multo plus invenitur, quam illi duo Canonistarum facile Principes requirant.

Igitur consuetudo, de qua loquor, est Praxis ab Episcopo Castoriensi Vicario per Hollandiam Apostolico inducta, juxta quam matrimonia hæreticorum Belgii fœderati inter se, tametsi præter formam legis Tridentinæ contracta, judicantur valida: Quare si conjuges ab hæresi ad fidem catholicam postea revertantur,non jubentur iterum ad formam Concilii conjungi,sed tamquam valide conjuncti admittuntur ad reliqua Sacramenta. Hæc praxis incœpit saltem ante annum 1680. Et de illa in facto constat tum ex Batavia Sacra, tum ex relatione per Theodorum de Cok Clementi XI. exhibita, ut Illmus D. Assessor in suis Foliis testatur; tum denique ex moderna Relatione Em. D. de Alsatia.

Jam vero huic praxi in primis non deest prima conditio, quod nempe sit rationabilis. Primo enim Tridentinum Decreto suo, qua parte matrimonium clandestinum irritat, nullam apposuit clausulam reprobativam consuetudinis contrariæ, si qua forte imposterum irreperet. Secundo ea praxis rationabilis est tam ex parte materiæ,quam ex parte Authoris praxis ejusdem.

Ex parte quidem materiæ, quia materia hujus praxis est valere reipsa matrimonium factum coram Testibus, licet non coram Parocho. Hujusmodi autem Matrimonium secundum se spectatum,& seclusa Tridentini lege, est rationabile, quia nullam de se turpitudinem continet neque contra jus naturale, neque contra jus Divinum. Et patet a fortiori ex Matrimonio clandestino, quod secundum se jure tam naturali, quam Divino validum fuit per tot secula ante Tridentinum, & nunc quoque validum est in iis Regionibus, ubi Tridentinum non est publicatum. Patet insuper, quia valide contrahere coram testibus, quin requiratur præsens Parochus, potest esse materia legis rationabilis. Et sane in ipso Tridentino ita præparatum antea Decretum fuerat (teste Pallavicino *lib.22. cap.4.* prope initium) ut matrimonium celebrari deberet coram tribus Testibus, nulla Parochi mentione facta. Quod Decretum nemini unquam in mentem venit impugnare tamquam statuens materiam irrationabilem ex eo præcise, quod Parochi præsentia non requirebatur.

Ex parte vero Authoris, Praxis eadem rationabilis est; quia Castoriensis gravibus rationibus ad eam Praxim inducendam permoveri potuit, tum nimirum rationibus illis directis, quæ tot celebres Authores moverunt, ut ea matrimonia valere censerent; tum rationibus aliis reflexis publicum bonum Missionis Hollandiæ respicientibus.

Addo eam Praxim non solum continere actus utcumque rationabiles, sed actus propemodum judiciales. Reipsa enim Praxis hæc continet judicia constanter continuata in Officio Vicariatus illius Apostolici, quibus prædicta Matrimonia valida judicantur,& declarantur. Quare

re Praxis hæc formavit jam ſtylum omnium Eccleſiaſticorum Tribunalium illius Apoſtolici Vicariatus, qui late protenditur per integram Eccleſiaſticam Provinciam conſtantem ex Archiepiſcopatu Ultrajectenſi, & quinque aliis Epiſcopatibus ſuffraganeis. Porro vulgatum eſt plus roboris, & virium ineſſe conſuetudini diuturnæ actuum Judicialium, quam actuum a ſolis privatis frequentatorum.

Deinde eidem Praxi non deeſt ſecunda conditio, quod ſcilicet ſit legitime præſcripta. Nam ſi præſcriptionem hanc unice collocamus in lapſu 40. annorum, quemadmodum collocandam audivimus ab Innocentio, & Oſtienſi, quos communiſſime poſteri ſequuntur; Jam in caſu habemus lapſum annorum 60. & amplius. Si vero juxta ſeveriora quorundam placita eam præſcriptionem regulare pro materiæ capacitate velimus ad normam præſcriptionis proprie talis dominiorum; etiam ad normam illam hæc praxis præſcripta dicenda eſt. Etenim non deeſt bona fides, & titulus, quæ duo deſiderari poſſent ad normam aſſequendam præſcriptionis illius ſtricte, & proprie dictæ.

Ac de bona fide Caſtorienſis Epiſcopi, qui eam praxim poſt viros doctos tum Romæ, tum alibi conſultos invexit, minime dubitare licet. Ambigendum pariter nullo modo eſt de bona eorum fide, qui Caſtorienſis exemplo, & mandatis præeuntibus, eadem deinceps praxim conſtanter ad hanc uſque diem obſervarunt tam Vicarii Apoſtolici, quam Provicarii, Parochi, Miſſionarii plane omnes.

Titulum vero, qualis in ſubjectam materiam cadere poteſt, facile dabit dignitas ipſa, & munus legitimi in univerſa illa Eccleſiaſtica Provincia Paſtoris, & Judicis, qua dignitate, ac munere Caſtorienſis pollebat. Adjuncta inſuper ſin minus veritate (de qua nunc non laboro) at certe exiſtimatione communi non conſultæ modo hac ſuper re Apoſtolicæ Sedis (ut reipſa conſulta fuit ex foliis Illmi Aſſeſſoris) verum etiam ita reſpondentis, ut ipſius Caſtorienſis arbitrio ſtatuendum reliquerit, quod crederet animarum ſibi creditarum ſaluti maxime expedire. Jam vero ex his omnibus ſufficiens conſurgit titulus partim certo verus, partim ſaltem coloratus, vel exiſtimatus: Cujuſmodi titulum ad præſcriptionem ipſam Dominii ſufficere communis eſt, & pervulgata Doctrina; quemadmodum de colorato tradunt omnes, ac dumtaxat etiam exiſtimato late probat ex Legibus, & ex communi Juriſtarum *Haunoldus de juſtit. tract. 5. cap. 2. controv. 3.*

Quæ cum ita ſint, nihil amplius deſiderari poſſe videtur, ut prædictæ conſuetudini dicantur ineſſe duæ illæ conditiones *Rationabilis*, *& præſcripta*. Concurrentibus autem duabus hiſce conditionibus jam ex diſpoſitione *cap. ult. de conſuet.* habetur totum id, quod Pontifex in conſuetudine requirit, ut poſſit juri poſitivo præjudicium generare. Quamobrem ejuſmodi conſuetudini cenſetur eo ipſo acceſſiſſe conſenſus Juridicus Pontificis generaliter in iſto ipſo cap. expreſſus, quo perficiuntur conſuetudinis vires ad illud præjudicium generandum. Atque hac ratione, & via legem quamlibet conſuetudine rite abrogari, communis eſt, & valde recepta ſententia: idque etiamſi

Prin-

Princeps interim ejuſmodi particularem conſuetudinem fortaſſe neſciat.

Sed ut iis quoque ſatisfiat, qui conſenſu iſto juridico parum contenti, auſteriore quodam ingenio requirunt conſenſum perſonalem tacitum Principis, de hoc etiam in noſtro caſu pauca dicamus.

Atque, ut hinc exordiar, non deeſt ſupradictæ praxis ſcientia apud Apoſtolicam Sedem. Nam ut omittam illam fuiſſe deſertis verbis ſignificatam Clementi XI. in Relatione Theodori de Cok, ut Illmus Aſſeſſor refert, conſtat, vel ex una Hollandiæ Matrimoniorum inter Reſolutiones videnda, multo etiam ante fuiſſe eam Praxim ad Sac. Congreg. delatam, quin imo fuiſſe eidem expoſitum, quod eadem Praxis adverſari videretur antiquiori ejuſdem S.Congreg. Reſponſo de anno 1602., vel 1603. Quocirca de hujus Praxis apud Sedem Apoſtolicam ſcientia dubitare non poſſumus.

Ad ſcientiam autem acceſſit tolerantia. Quamvis enim in prædicta cauſa Holland. Matr. anni 1681., & in altera Boſcoducen. Matr. anni 1683. Sac. Congreg. dixerit, ſi reſpondendum eſſet, eſſe negative reſpondendum, in primis neſcio, an tunc id reſponſum negativum fuerit reipſa datum. Si enim datum non fuit, Sedes Apoſtolica potius abſtinuit a reſiſtendo, quam reſtitit. Deinde id reſponſum viſum eſt percutere dumtaxam Matrimonia Catholicorum cum Heterodoxis, ut patet ex dubio in d. Holland. Matr. propoſito. Denique tametſi ex dubiis in d. Boſcoducenſi propoſitis videatnr idem reſponſum ad Matrimonia pariter hæreticorum debuiſſe protendi, advertendum tamen eſt ejuſmodi reſponſa contigiſſe ſub exordio praxis a Caſtorienſi introductæ, quæ nihilominus ſuum curſum tenuit, atque ad hodiernum uſque diem viguit, ac viget per annos jam amplius, quam quadraginta, etiamſi ejus initium a tempore reſponſa illa ſubſecuto numerare quis velit. Quo quidem temporis curſu veſtigium apparet nullum reſiſtentiæ Sedis Apoſtolicæ quoad præſentem articulū Matrimonii inter conjuges hæreticos celebrati.

Verum nec intra meros tolerantiæ limites ſubſtitiſſe Sedes Apoſtolica videtur. Taceo hic hujus rei indicia, quæ ſubminiſtrare poſſet tum Reſponſum Sac. Congregationis ad ipſiuſmet Caſtorienſis dubia anno 1671. in foliis Illmi Aſſeſſoris relatum; Tum reſponſum alterum, quo Caſtorienſis affirmabat ſibi dictum, ut ſtatueret ipſe, quod crederet animarum ſibi creditarum ſaluti maxime expedire. Unum ſatis habeo indicium conſiderandum proponere, quod reſultat ex Reſponſis toties iteratis, iiſdemque Clementis etiam XI. Judicio comprobatis, ſicut ex accuratiſſima Illmi Aſſeſſoris narratione cognoſcimus. Etenim *Emi PP. juſſerunt non ſemel Vicarium Apoſtolicum pro tempore, ſeu Miſſionarios prudenter ſe gerere, & juxta probatorum Authorum Doctrinam*. Quæ verba ipſiſſima ſunt Reſponſi Sac. Congregationis de Propaganda Fide Theodoro de Cok redditi anno 1704. cui reſponſo reliqua concinere idem Illmus Aſſeſſor ſapienter animadvertit.

Jam vero hoc ſuper reſponſo tria breviter obſervare non pigeat.

Primo. EE. PP. ita dum reſponderent, optime ſciebant quam Praxim jam

jamdudum Vicarii, & Missionarii illi servarent: Sciebant inter tot Authores alioquin probatos, quorum illi Authorum sententiam maxime sequerentur, nempe stantem pro valore: Prævidebant denique ex hoc responsi genere futurum ut illi potius in sua Praxi confirmarentur, quam ab illa recederent, id quod & eventus semper comprobaverat. Jam vero in his circumstantiis ita nihilominus Sac. Congreg. respondere, non videtur præcise tolerare, sed aliquo vero modo fovere prædictam Praxim.

Secundo. Alexander III. *cap. Super eo de cognat. spirit.* ad Episcopum Vigiliensem rescribens, vult in quæstione de impedimentis etiam dirimentibus rationem haberi maximam consuetudinis particularis, sive praxis Ecclesiæ Metropolitanæ, & aliarum circumpositarum, licet ea praxis contra Jus commune jam esset. Mox eidem Episcopo jubet, ut quoddam Matrimonium pro irrito habeat, si obstare videat earum Ecclesiarum consuetudinem: Si vero videat non obstare, præcipit, ut id Matrimonium permittat quidem, sed non approbet. Ne autem permissio censeretur approbativa; Sic quomodo se gerat, illum Pontifex instruit: *Dissimulare poteris*, inquit, *ita quod nec contradicere, nec tuum videaris præstare assensum .... cum posset sic in exemplum assumi*. Tolerantiam igitur mere permissivam, & non approbativam in eo reponit, quod neque contradicat, neque assentiri videatur, adeo ut non possit in exemplum assumi. At ponamus, quod hoc alio modo Alexander rescripsisset; *Si dictæ consuetudo non obstat, adhibe probatos consiliarios, & juxta eorum consilium te gere, approbando Matrimonium, si & ipsi approbent*. Profecto Alexander hoc alio modo respondens, non injunxisset Episcopo tolerantiam, quæ approbativa non esset, & quæ trahi in exemplum non posset. Quapropter ipsamet Alexandri III. Responsio non censeretur pura, & pura tolerantia ejusdem Matrimonii, sed illius tacita approbatio, dummodo tamen Episcopus instructionem sibi a Pontifice traditam ad unguem servaret. At hujus secundi generis fuit Responsum toties a Sede Apostolica suis per Hollandiam Ecclesiasticis Ministris inculcatum. Non illa sane respondit: *Dissimulare poteritis, ita quod nec contradicere, nec assensum præstare videamini, ne sic possit in exemplum assumi*. At respondit: *Consulite probatos Authores, & juxta eorum Doctrinam, si Matrimonia ista hæreticorum sine Parocho facta pro validis habeant, vos quoque illa pro validis habetote*. Hoc enim significat Responsum relatum.

Tertio. Hujusmodi respondendi genus alias a Sede Apostolica usurpatum in hac ipsa materia Matrimonii, ejusque impedimentorum habitum fuit passim a Doctoribus instar tacitæ approbationis, imo etiam implicitæ dispensationis super impedimento, quod Juris dumtaxat humani esset, si forte contingeret id impedimentum re vera subesse. Affero exemplum in Responso per Urbanum VIII. dato ad supplicationem a Card. de Lugo exaratam super Matrimoniis Neophitorum in Paraquaria, cujus responsi Doctores multi meminere; ut nominatim potest legi fuse deductum apud *Cardenas in Crisi propositionum ab Innoc. XI. proscriptarum ad proposit. 1. dissert. 2. cap. 8. artic. 5.*

*artic.*5. Summa Responsi Urbani hæc fuit: Non videri speciali sua dispensatione opus esse; sed ubi Doctorum sententiæ utrinque probabiles intercederent, posse sequi opiniones pro conditione locorum, ac hominum Barbaris favorabiliores. Hoc responsum reipsa huic alteri æquivalet, scilicet ut se gererent juxta Doctrinam probatorum Authorum. Porro in eo Urbani responso claudi, ac veluti delitescere tacitam Pontificis qua declarationem, qua dispensationem pro valore Matrimoniorum, quæ ad ejus Responsi normam contraherentur, sensere qui de illo scripserunt Doctores, quemadmodum cognosci potest ex laudato *Cardenas ibi art.*3. *& seqq. usque ad* 12. Ubi non omittam referre gravia quædam hujus Authoris verba ex *art.*11. *n.*612. *in fin. Si ea*, inquit, *Matrimonia* (scilicet contracta juxta responsum) *non essent certo valida, manerent exposita frustrationi. Quod autem Pontifex consultus in re tam gravi, decreverit Matrimonia fieri, quæ remanerent exposita frustrationi, nefas est credere*. Hæc illa pro ea, qua par est reverentia, de Sedis Apostolicæ decretis, & senties, & loquens. Simile autem absurdum ut removeatur ab hujusmodi S. Sedis responsis, recte præsumitur Pontifex regulam illam se gerendi Ministris suis tradens simul implicite ex parte sua supplere, si quid opus fuerit ad valorem Matrimoniorum, quæ juxta talem regulam judicarentur ab iisdem Ministris, ut valida: præsertim quando defectus valoris unice timeri potest a sola dispositione juris humani, cujus relaxatio est in potestate Pontificis. Parco hic similia exempla producere in aliis materiis, veluti e. g. Si Judex Ecclesiasticus super Dubio aliquo circa suam Jurisdictionem exorto Pontificem consuleret, atque hic responderet: Insemet resolvere Dubium juxta probatorum Scriptorum Doctrinam, & juxta illam procede. Præsumeretur procul dubio Pontifex Jurisdictionem supplere, sic ubi vere deficeret, dummodo ad normam responsi Judex ille se gereret &c.

CONCLUSIO.

EX hactenus disputatis mea quidem sententia videtur concludi rationabiliter posse, quod Matrimonia in præsenti Dubio proposita censenda sint valida. Fundamentum autem hujus resolutionis hoc esse censeo, quod valor satis colligi videatur partim ex Mente Tridentini, partim ex mente subsequentis Ecclesiæ; quia scilicet Mentem Tridentini introspiciendo, videtur hic casus potius exceptus a Lege, quam inclusus; & intuendo similiter Ecclesiæ subsequentis mentem, videtur jam ejus consensus accessisse pro Legis ejusdem relaxatione, quatenus relaxatione opus foret.

Ad majorem autem resolutionis tum securitatem, tum dignitatem audeo proponere, quod Resolutio non sic videatur rotunde concipienda: *Ad primum Dubium Affirmative*; Sed hoc alio potius cautione modo, nempe *ad Mentem*, & Mens est, ut Episcopo Iprensi detur instructio, qua dicatur: Quoad Matrimonia inter se ab hæreticis in Belgio fœderato præter Tridentini formam contracta, si contin-

gat utrumque, vel alterutram conjugem ad Ecclesiam Catholicam reverti, posse in præcedenti Matrimonio relinqui,& ad reliqua Ecclesiæ Sacramenta etiam admitti. Hæc autem resolutio ad Sanctissimum referenda erit, atque ejus Approbatio, si ita Sanctitati Suæ videbitur, expectanda. Posita vero Sanctitatis Suæ approbatione, quam tamen opus non erit in Instructione exprimere, jam supradicta instructio satis superque erit, ut certo denique arguatur adesse jam tacitum S. Sedis consensum quoad valorem ejusmodi conjugiorum. Proinde super his omnis in posterum anxietas, & molesta dubitatio conquiescet.

Ita censeo, simul Judicium hoc meum EE. PP., & S. Sedi animo, & sincere submittens.

Dominicus Turano Soc. Jesu.

Super Dubio Secundo, Tertio, & Quarto.

§. I. *De Secundo Dubio.*

DE hoc secundo Dubio non aliter judicandum existimo, quam de primo: Nam revera in primo illud implicari, & includi palam fiet ex dicendis. Inhærendo igitur primi Dubii resolutioni.

Ad secundum pariter respondendum censeo affirmative. Ratio est, quia loci differentia, qua una casus primi Dubii ab hujus secundi casu discriminatur, censenda est, quantum ad præsens institutum attinet, pure materialis. Non aliter materiale censetur loci discrimen; si hæc alia quæstio proponeretur, utrum ejusmodi Matrimonia valeant in exercitu ex Batavis hæreticis collecto, & ex fœderati Belgii finibus in exteras terras egresso. Profecto istius Quæstionis resolutio merito omnibus videretur inclusa in primi nostri Dubii resolutione. Etenim exercitus ille, sive intra, sive extra patrii soli limites incedens, æque pergit pars esse Reipublicæ illius, & sicut mutatione illa loci nihil illi deperit de omnimoda sub Reipublicæ Dominio subjectione, ita nihil imminuitur de Gubernatione secundum ejusdem Reipublicæ leges: secum proinde sicut obedientiam, ita regimen suæ Reipublicæ exercitus ille circumfert.

Idem plane sentiendum de Legionibus præsidiariis, de quibus in hoc secundo Dubio fit sermo. Illæ siquidem in Præsidiorum locis juxta conventiones in Pace Ultrajecten, firmatur, permanent sub Dominio Hollandicæ Reipublicæ, ejusdem legibus, ac moribus gubernantur, & reipsa constituunt quasdam parvulas Civitates, seu Cœtus tam Imperii Hollandici proprios, quam proprii sunt reliquorum subditorum Cœtus intra ipsius Hollandiæ confinia considentes. Ut proinde hodie Hollandicum Imperium ultra veteres terminos ad sua in condictis locis disposita Præsidia protendantur. Sunt ergo ea Præsidia pars Hollandicæ Reipublicæ, & una cum interioribus ejus partibus unam, eandemque Communitatem componunt. Quamobrem non aliter de his, aliter de illis partibus censendum est, sed sicut de Communitate universa censetur, ita de singulis ejus partibus, sive his, sive illis, censeri necesse est.

Hinc primo cessat omnis necessitas discutiendi, utrum Præsidiarii illi Milites habendi sint tamquam simplices Advenæ in suis quisque locis; An vero tamquam ii, qui Domicilium, vel quasi Domicilium ibidem acquirant. Cessat, & necessitas statuendi, quænam aliis præferenda opinio sit in ea celebri disputatione de obligatione Advenarum, & Peregrinorum in locis, per quæ transeunt, vel in quibus brevi morantur, quam disputationem latissime inter alios tractat *del bene de immunit. cap.* 11. & 12. Cessat, inquam, omnis ejusmodi labor, & cura. Nam in hypothesi Præsidiariæ Legiones Jure novo ex Principum Supremorum dispositionibus orto non sequuntur locorum leges, & regimen, sed sicuti sub suæ Reipublicæ Dominio, ac Gubernatione, ita sub ejusdem legibus, ac moribus vivunt. Quo circa frustra in præsenti laboraremus de vocabulis Advenarum, vel Incolarum, Domicilii, quasi Domicilii &c.

Hinc secundo locum in præsenti non habent Doctrinæ de Advenis, & Peregrinis capita illa duo, in quibus frequentissime Doctores conveniunt, & si in aliis capitibus minime consentiunt. Alterum, quod Advena tenetur in loco præceptis Juris communis, etiamsi in sua Patria eorum obligatio minime fortasse vigeat, dummodo vigeat in loco. Alterum, quod tenetur Advena legibus loci, sin minus quoad alia, certe tamen quoad contractus. Non habent, inquam, hæc locum in præsenti, quoniam Legiones memoratæ ex prædicto novo Jure quoad omnia suis patriis legibus, ac moribus ita reguntur, tamquam si intra suam Patriam forent. Sunt enim, ut notavi, una eademque Communitas. Communitatis itaque suæ vinculis tenentur, sive de Juri communi, sive de contractibus agatur; dummodo tamen actiones spectentur, quas inter sese mutuo exercent ejusdem Communitatis partes. Nam quid dicendum, si quis ex eadem Communitate cum extraneo ab eodem agat, in aliis Dubiis examinandum proponitur.

Hinc tertio deducitur resolutio undecimi Dubii, qua parte respicit Matrimonia ab iisdem hæreticis Batavis invicem contracta in Civitate Mosæ Trajectensi. Nam ibi quoque suis legibus vivunt. Imo quod ad ita vivendum attinet, Jure suo ibidem non aliter se habent, quam si eam Civitatem titulo Dominii, non solius oppignorationis possiderent. Quæ igitur de locis Præsidiorum dicta sunt, a fortiori de Civitate Mosæ Trajectensi procedunt. Unum tamen advertendum quo ad præsens Dubium judico. Cum in eo sermo fiat de hæreticis addictis Legionibus, id non esse intelligendum dumtaxat de rigorose addictis, hoc est descripto in albo Militum, sed latius de iis omnibus, qui unum Cœtum ibidem conflant legibus Hollandiæ viventem, ut nimirum comprehendam famulos, famulasque, & alias quasvis personas inibi cum Legione Præsidiaria unum facientes. Totum enim istum Populum, ac Cœtum ibidem agentem, & solius Reipublicæ legibus gubernari solitum judico ob allatam rationem a lege Tridentina,

 quam-

quamvis in loco vigeat, solutum æque, ac liberum, sicuti si intra Hollandiæ fines versaretur.

§.II. *De Tertio Dubio*.

AD Tertium, in quo quæritur de Matrimonio in locis Præsidiorum inter unam compartem hæreticam de Cœtu Præsidii, & inter alteram pariter hæreticam, sed non de illo Cœtu compartem, quam propterea brevitatis gratia vocabo partem extraneam. Dico attendendam esse hujus extraneæ partis conditionem, hoc est utrum illa de se, & seponendo conjugium cum parte præsidiaria copulandum reperiatur eo in loco soluta a Tridentini lege, ad effectum contrahendi cum quavis altera hæretica parte quod quomodo contingere possit in resolutione sequentis Dubii indicabitur): An vero non ita soluta reperiatur. Si primum valide contrahet, Tridentini forma non servata, cum parte hæretica ad Præsidium Batavum spectante; Si secundum invalide cum eadem sic contrahet. Ratio primæ partis est manifesta. Nam cur hæreticus præsidiarius magis in eo loco ligabitur Tridentino Decreto, quam alius quivis hæreticus. Ratio secundæ partis est, quia nihil speciale cogitari potest in Præsidiario hæretico Batavo, cur in ejus gratiam pars illa extranea, cæteroquin juxta hypothesim Tridentina lege obstricta ab ejusdem obligatione solvatur.

Opponetur forsitan primo, quod juxta resolutionem primi, ac secundi Dubii Præsidiarius hæreticus Tridentini lege non tenetur. Ergo ligamen hoc censebitur sublatum etiam quoad compartem alteram: quemadmodum dispensatione uni ex contrahentibus concessa super affinitate E.G., impedimentum sublatum quo ad unum censetur eo ipso sublatum quoad alterum.

Sed respondeo longe disparem esse rationem de impedimentis consistentibus in relatione unius ad alterum, ac de impedimento, quod oritur ex Tridentina lege. Affinitas E. G., quæ est unius ad alterum purus quidem ordo, ac relatio, statim indivisibiliter tota perit, sive desinat solus terminus, sive solum fundamentum, sive sola fundandi ratio, ut notum est logicis. Quare si ex parte Titii sublata est affinitas cum Berta, nequit non esse simul sublata ex parte Bertæ cum Titio; quippe possibile non est, quod Titius desinat esse affinis Bertæ, & Berta pergat esse affinis Titii, sicut possibile non est, quod Paries A desinat esse similis Parieti B, & Paries B pergat nihilosecius esse similis Parieti A. At vero in quibusdam aliis impedimentis non ita se res habet. Titius E. G., quo cum fuerit dispensatum super proprio simplici Castitatis voto, non idcirco liber erit ad contrahendum cum Berta simili voto ligata. Et ut exempla in impedimentis dirimentibus offeram, Titius E. G. Subdiaconus ex aliqua gravissima, & publica causa dispensatus super solemni Castitatis voto ad effectum contrahendi

di Matrimonium, non propterea liber erit ad contrahendum cum Berta Moniali simili constricta voto. Infidelis etiam, utpote qui foris est, legi Ecclesiasticæ irritanti Nuptias Baptizati cum minime Baptizato, nequaquam subiicitur: sed non ideo valide contrahet cum Baptizata, quasi vero idem communicare valeat suam ab ea lege Ecclesiastica libertatem.

Ad hoc porro secundum genus spectat solutio a Tridentino Decreto, quam hæreticis Hollandis concedit Primi, & Secundi Dubii decisio. Et ratio est, quia sicuti dispensatio super voto concessa Titio intelligitur concessa quoad compartes a tali voto solutas, & sicuti libertas Viri infidelis intelligitur a Deo concessa quoad alias compartes similiter liberas, idest non baptizatas: Ita Immunitas hæretici Batavi a Tridentini Decreto ex Ecclesiæ benigna intentione intelligitur dumtaxat concessa quoad alias compartes similiter immunes, puta quoad compartes hæreticas Hollandici Populi, quæ pariter ex eadem Ecclesiæ benignitate soluta a Tridentini obligatione reperiuntur. Quapropter hoc firmum esse debet, & inconcussum, Ecclesiam in Tridentinæ Legis relaxatione non indefinite, & universaliter prædictis hæreticis indulgere, sed intra hos tantum Cancellos, ut nimirum inter se valide contrahant absque Tridentini forma. Quo posito Indulto, quisquis ex ea Republica hæreticus cum alia hæretica ejusdem Reipublicæ contrahit, idem semper contrahet cum parte soluta a Tridentini lege. Numquam autem indulsisse censenda Ecclesia est, ut valide contrahant cum alia comparte, sive Catholica, sive hæretica, quæ alioquin perseveret sub ligamine Tridentinæ legis. Neque vero, quæ prolixe super primo Dubio disputavimus, aliud evincunt, quam Ecclesiæ indultum prædictis limitibus circumscriptum.

Adde, quod si adeo indefinita esset libertas hæretici Batavi, sequeretur, eum valide contracturum in Italia E.G., vel Hispania cum quavis loci Catholica, Tridentini forma non servata. Quod nemo dixerit ne de Anglis quidem, aut Danis E. G. hæreticis, in quibus cæteroquin solutio a Tridentini vinculo evidentiorem habet, & quodammodo firmiorem, quam in Batavis, radicem. In illis enim oritur ex omnimodo defectu publicationis Tridentini suis in Regionibus.

Opponetur secundo. In casu præsenti locum habere posse Doctrinam illam certam, & exploratam, quod sponsa E. G., in cujus Parochia Tridentinum obliget, valide contrahet in Parochia sponsi absque Tridentini forma, si forte in sponsi Parochia Tridentinum utpote in ea non publicatum, non obliget. Ita igitur in præsenti extranea illa compars hæretica, quamvis alioquin contingat eamdem Tridentina lege ligari, in Parochia sua Catholica, in qua degit, poterit nihilominus valide contrahere absque Tridentini forma cum comparte hæretica spectante ad Præsidium Batavum, quippe quod censetur veluti diversa Parochia, in qua Tridentinum non obligat. Sed

Sed respondeo istud de Præsidio constituente Parochiam a loci Parochiis diversam non esse existimandum in casu, nisi merum figmentum. Quæ enim legitima potestas istam Parochiam erexit; An Ministellus illius legionis verus est Pastor, & legitimus Parochus? Veritas hæc una est, quod illi legionarii hæretici, utpote qui ratione baptismalis characteris Ecclesiæ Catholicæ subjecti sunt, consequenter sunt subjecti Parocho legitimo loci ad instar aliorum quorumcumque intra Parochiæ illius Catholicæ fines existentium. Id quod tam verum est loquendo de Batavis per ea præsidia dispersis, quam de iisdem intra sui Belgii fines collectis. Neque enim hi veras Parochias in ipsa Hollandia conflant a Catholicorum Parochiis distinctas, sed de Jure Divino, atque humano suo quique Catholico Parocho subsunt, intra cujus Parochiæ limites commorantur. Hoc unum illis ex benigna Ecclesiæ voluntate concessum esse existimandum est, ut non obstante vera illorum erga Catholicos Parochos subjectione, habeantur tamen pro validis Matrimonia invicem inter ipsos, Parochis licet absentibus, contracta.

Quocirca dum Scriptores aliqui Catholici, quorum Illustrissimus Secretarius in *adnot. n.27.* meminit, dixere binas considerari debere distinctas Paræcias in loco, ubi mixti Catholici hæreticis commorantur, alteram Catholicorum, hæreticorum alteram, iidem non aliud dicere voluisse intelligendi sunt, quam imaginatione quadam nostra cœtum hæreticorum ibi considerari a nobis posse quasi Paræciam distinctam a cœtu Catholicorum, idque ad hunc tantummodo effectum, ut publicationis Tridentini decreti in isto particulari hæreticorum cœtu defectus æquivalere censeatur defectui publicationis in una aliqua Paræcia. Hoc solum viros doctos voluisse arbitrabor: De hæreticis enim veram Parochiam conflantibus seorsum a Catholicis ne cogitasse quidem illos existimo. Jam vero fallacissime ex istjusmodi æquivalentia Parochiæ imaginariæ in ordine ad unum effectum progrederemur ad aliam æquivalentiam constituendam in ordine ad alium effectum sine speciali urgentissimo fundamento pro nova ista æquivalentiæ extensione.

Firmum igitur mihi, & persuasum est, sicut hæreticorum in iis locis cœtus veram distinctam Parochiam non constituit, ita transeuntem ad cœtum illum non transire ad Parochiam ullam distinctam; atque adeo in præsenti tam non habere locum doctrinam nobis objectam, quam locum non habet vera distincta Parochia, & consequenter nec ad veram distinctam Parochiam transitus.

§. III. *De Quarto Dubio.*

UT hoc Dubium ad Matrimonia hæreticorum Fœderati Belgii revocem, cogitabo partes duas, quarum neutra legionibus præsidiariis addicta sit, advenisse in Præsidii Batavi locum e Patriis fœderati Belgii Terris. Dico

Dico jam duos iſtos Batavos eodem in numero cenſendos eſſe, quo in numero cenſerentur, vel duo hæretici Angli, Dani &c. in eumdem iſtum locum commigrantes. vel iſti duo iidem Batavi, ſi alibi inter Catholicos verſarentur, puta Ulyſſippone, in portu Liburno &c.

Igitur, vel in loco, ubi ex hypotheſi Tridentina Sanctio viget, obtinuit forſitan conſuetudo aliqua rationabilis, & præſcripta, vel Eccleſiæ tacito conſenſu nixa, ut hæretici iſtic degentes (ſive Incolæ ſint, ſive quaſi Incolæ, ſive meri advenæ)permittantur more patrio abſque forma Tridentini contrahere. Vel nulla ibi obtinet ejuſmodi conſuetudo. Si primum, validum erit in caſu præſentis dubii duorum Batavorum ſine Tridentini forma conjugium. Si ſecundum, erit invalidum. Ratio primæ partis eſt,quia præſuppoſita conſuetudo tam ſuffragabitur hæreticis Batavis, quam aliis alterius cujuslibet Nationis. Ratio ſecundæ partis eſt, quia tunc vim ſuam totam exerit diſpoſitio Juris Communis in loco ex hypotheſi vigens, uti videlicet in materia ſaltem contractuum teneantur legibus in loco florentibus non Incolæ modo, & quaſi Incolæ, verum etiam Advenæ, & Peregrini: prout fert communiſſima ſententia fundata in utroque jure, & nominatim in *cap.fin.de for. compet.* Quemadmodum ergo alii quilibet hæretici Matrimonio ibi ſeſe valide conjungere non poſſent præter loci leges,& multo minus poſſent,ſi eædem leges ad Jus commune ſpectent; ita neque Batavi poterunt. Quid enim cauſæ ſit, cum Batavi hæretici eo in loco cæteris hæreticis præſtent.

Dices id eſſe cauſæ, cur ibi præſtent, quia ibi ſupponitur adeſſe Batavum Præſidium, quod loci legibus non tenetur.

Sed reſpondeo, quod ibi Præſidium adſit, conferre quidem ad hoc poteſt, ut duo illi Batavi illud advecti facilius reduci poſſint ad componendum unum moraliter commune, ſive unum, eumdemque cum illo Præſidio Populum loci legibus exemptum, & patriis tantum Juribus viventem. Ad quam unitatem ſi redacti illi fuerint (vel ſi ex conſuetudine cenſeantur redacti, ſtatim ac ibi ſunt) tunc non pertinent ad hoc dubium, ſed ad ſecundum, de quo ſuo loco jam diximus. Si vero intacta ſervetur hypotheſis dubii præſentis, quod nempe illi duo hæretici Batavi, quamvis in loco Præſidii ſuæ Nationis exiſtentes, nulla tamen ratione ad ejus Præſidii Cœtum pertineant; tunc nihil refert, quod in loco Præſidium reperiatur.Quoniam enim ex hypotheſi ad id Præſidium nullatenus ſpectant, unice ſpectabunt ad Civitatem ipſam exteram, vel tamquam Incolæ, aut quaſi Incolæ, vel tanquam advenæ, prout fuerint. Supereſt igitur, ut recurratur ad conſuetudinem, ſi qua ibi ſit, valori Conjugiorum ejuſmodi faventem. Et ſane alias alibi hac in re conſuetudines obtinuiſſe, legi poteſt apud *Gobat. Theol. experim. tract.9. caſ.*18. *a n.*467.

Ex quibus jam intelligi poteſt præſens Dubium longe ſpatioſius manere, quam ejus litera præſeferat.Pertinet enim latiſſime ad omnes cujuslibet Nationis hæreticos in locis Catholicorum ſuo more

re Connubia jungentes, puta Gadibus, Ulissipone, in Portu Liburno, aliisque id genus Catholicorum Emporiis, ubi nec pauci hæretici,nec ad breve tempus commorantur.Sed de talibus Connubiis generatim disputare neque hujus loci est, neque levis esset, & brevis labor: Equidem eo me sentio vehementer impelli, ut eorum valori si nondum censeatur accessisse tacitus Ecclesiæ consensus, exoptem denique accedere, ne innumeri Concubinatus multiplicentur maximo cum detrimento honoris Divini. Neque vero ægre ad hanc rem accomodari possent pleræque considerationes ex iis, quas de primo Dubio agens exposui. Verum diutius hic non immorabor utpote in argumento ad disputandum minime proposito.

Ita censeo, ac Judicium hoc meum EE. Patribus, ac Sanctæ Sedi submitto.

Dominicus Turano Soc. Jesu.

Super Quinto Dubio, & reliquis,

§. I. *De Quinto Dubio.*

AD Quintum,quod similiter,ac Primum,præcipuum in hac Causa est, videtur negative respondendum. Ratio mihi est, quia nihil solidum, ac firmum invenio, quod persuadeat valorem matrimoniorum ejusmodi, quæ brevitatis gratia mixta vocabo, utpote inter partem Catholicam, & Acatholicam contracta.

Itaque id genus Matrimoniis, neque suffragantur ea, quæ in primo Dubio de Mente Tridentini disputavi pro valore Matrimonii inter utrumque hæreticum initi; neque quæ pro valore ibidem scripsi de Mente, ac voluntate subsequentis Ecclesiæ. Cumque fundamentum resolutionis omnis pro valore in tota hac Causa existimem desumi opportere ex intentione Ecclesiæ; idcirco destitui me sentio, atque profiteor omni efficaci ratione pro eo valore tuendo.

Non igitur hisce Matrimoniis suffragantur ea, quæ de Tridentini Mente loco citato disserui. Ostendi enim a Tridentini Mente alienum fuisse, primo remedium concupiscentiæ, naturali,ac Divino Jure hominibus concessum, ad maximam difficultatem,seu moralem impossibilitatem redigere, & coartare: secundo integros Populos, ac Gentes quantumvis hæresi infectas absque veris Matrimoniis relinquere: tertio lege sua, ejusve prima,ac nova obligatione affici velle hæreticos jam pridem ab Ecclesia Catholica publice segregatos. Ast horum nihil locum habet in Matrimoniis utriusque, vel alterutrius Catholici, uti per se clarum, atque perspicuum est.

Addo nunc ventilatam in Illustrissimi Secretarii Adnotationibus de primæva publicatione dubitationem, meo quidem judicio, adminiculi non contemnendi loco esse posse pro valore Matrimonii utriusque hæretici conjugis: Catholicis vero nihil prodesse posse.

Quid-

Quidlibet enim placeat constituere de certa , vel dubia primæva publicatione : Quoad Catholicos tamen præsumendum est illam sub Apostolicis Vicariis saltem supervenisse . Tum quia tot indicia relucent publicationis sub Sasboldo, & Rovenio pro Catholicis instauratæ, ut de illa mihi constare videatur: Quæ indicia colligo ex Sasboldi quibusdam Canonibus relatis in Batavia Sacra pag.67., & nominatim ex Canone XVI., item ex Dica Ordinum fœderatorum contra eumdem Sasboldum edita 16. pag.51., nec non ex una , & altera Rovenii Pastorali ibid. pag.85. ,& 107. ex Dica adversus eumdem publicata pag.81. denique tam ex Const. Alexandri VII. incipit *Salvatoris*, quam ex decretis S.Congreg.de Propag. Fid. ibidem legendis pag.95. , & 463. Tum quia constat quoad Catholicos in diuturna observantia ibidem fuisse Decretum Tridentinum, ut proinde ex hujusmodi observantia ejus publicatio præsumenda sit juxta Resol. S. C. in una Poloniæ , & in alia Indiarum Orientalium inter resolutiones ab Illustrissimo Secretario productas .

Sed neque his mixtis Matrimoniis suffragari satis videntur, quæ super primo Dubio dixi de Mente , ac intentione subsequentis post Tridentinum Ecclesiæ . Equidem fateor praxim Castoriensis initio plurimum commovisse me , ut crederem his quoque mixtis Matrimoniis illam favere . Sed re diu , & penitius considerata, & documentis insuper accedentibus, quæ Illustrissimus Assessor expromisit, acquiescere tandem non potui, ut favere crederem .

Non deest quidem in illa Praxi, seu consuetudine conditio prima in cap.ult. de consuet. requisita,scilicet quod sit *rationabilis*. Quamquam enim nubere Catholicam cum hæretico sit contrarium non modo Ecclesiastico Juri,verum etiam ut plurimum Juri naturali, ac Divino propter frequentissimum periculum subversionis Catholicæ conjugis, pravæ educationis filiorum &c. ; Nihilominus rationabilitas non est quærenda in actu ipso ita nubendi secundum se spectato ; Sed in eo quod tali actui , etsi de se illicito, dicatur inesse valor . Quare duæ Quæstiones solerter distinguendæ sunt , prima , an rationabile sit Catholicam hæretico nubere , secunda an rationabile sit actui isti quamvis per se illicito,valorem attribuere . Primum potest negari, at simul potest tuto affirmari Secundum ; etenim notum est non raro Legislatores rationabilissime impertiri valorem actibus quoque de se cæteroquin illicitis . Ita Parochus titulo non vero, sed colorato cum errore communi gaudens illicite plures actus exercet , at valide Ecclesia scilicet valorem benigne supplente . Ita Confessarius excommunicatus toleratus illicite absoluit , sed valide ; Ecclesia isti quoque illicite absolutioni non licentiam tribuente, sed valorem. Ita Nuptiæ clandestinæ fuere semper ante Tridentinum illicitæ,& tamen validæ . Ita, ne a præsenti argumento discedam, Connubium Catholicæ cum hæretico, tametsi coram vero Parocho celebretur, illicitum est, sed validum, atque ejus valorem sæpæ S. Congregationem agnovisse,ac declarasse rationabilissimum fuit . Ut ta-

taceam nunc de Christo ipso Domino Sacrilegis ipsis pravorum Ministrorum Sacramentalibus actionibus valorem ultro largiente. Sed res hæc clarior est, quam ut pluribus confirmari oporteat. Atque hac de causa cum in primo Dubio de Matrimoniis ab Heterodoxis inter se ritu hæretico peractis loquerer, & simul ostenderem Castoriensis quoad illa praxim rationabilem esse ex parte materiæ; rationabilitatem non in actu ipso nubendi ritu hæretico reponebam cum probe intelligerem eum actum sacrilege ab hæreticis fieri, sed in eo, quod in tali actu, quamvis per se illicito, valor agnoscatur.

Jam vero praxis eadem, qua parte nunc Catholici cum Acatholico Nuptias respicit, non in eo vertitur, quod illas pro licitis habeat; imo vero easdem semper Episcopus Castoriensis detestatus est, ac pro viribus evellere studuit, sed in eo tantum, quod in iis Nuptiis valorem agnoscant, quem valorem in illis secundum se, & seclusa Tridentini lege spectatis agnoscere, nullatenus irrationabile est. Conditio ergo rationabilitatis huic praxi procul dubio non deest.

Neque deesse videtur eidem altera conditio, nimirum quod sit præscripta, si modo præscriptionis hujus nomine cum probatissimis Theologicis, & Canonistis non aliud intelligamus, nisi lapsum annorum 40. Revera enim ea praxis per totidem, & amplius annos obtinuit etiam quoad mixta hæc Matrimonia.

Tota difficultas consistit in consensu Summi Pontificis, sine quo consuetudo nulla robur acquirere unquam valet ad præjudicium Juri positivo Canonico generandum. At vero quoad hunc articulum Matrimonii Partis Catholicæ cum Acatholica in Provinciis fœderatis contracti destitute illa mihi praxis videtur consensu Personali etiam tacito, imo, & tolerantia ipsa S. Sedis. Quo personali consensu ita deficiente, consensus quoque juridicus deficiat, necesse est. Cum enim consensus Juridicus nihil sit aliud, quam consensus in aliquo Jure præstitus, si contingat Principem pro tempore viventem expresse hic, & nunc resistere alicui consuetudini, perinde erit, ac si consensum in Jure a suo æquali præstitum revocaret qnoad istam consuetudinem: ideoque consensus ille Juridicus non amplius moraliter perseverat, id quod necesse omnino foret, ut isti consuetudini vires præberet.

Quod autem praxis prædicta in hoc articulo destituta videatur consensu personali etiam tacito, imo, & tolerantia Sedis Apostolicæ manifeste deduci videtur ex contrariis eidem praxi resolutionibus a S. Congreg. non jam ante 40. tantum annos (quæ præscriptioni praxis consequentis minime officerent) sed recentius emanatis. Quare antiquioribus aliis resolutionibus prætermissis, duas accipio, alteram anni 1720. a S. Congreg. S. Officii editam, quam in suis foliis prope finem Illustrissimus Assessor adducit, & in qua dissertissime decretum fuit, *Matrimonium prædictum uti non contractum coram proprio Parocho esse nullum*. Alteram anni 1728. a S. Congreg. Concilii emissam in Colonien., quæ postrema est in-

inter resolutiones ab Illustrissimo Secretario collectas. In utraque resolutione agitur de Matrimonio mixto Catholicam inter, & Acatholicam partem intra fœderati Belgii fines celebrato. In utraque ex defectu Parochi legitimi Matrimonium decernitur nullum, & irritum. Utraque igitur adversa fronte pugnat cum Castoriensis praxi Matrimonia hujusmodi habenti pro validis.

Non ignoro responderi nonnulla posse pro tuendo ejusdem praxis robore, nequicquam obsistentibus laudatis resolutionibus. Sed mea quidem sententia ejusmodi sunt, in quibus quiescere animus non possit, breviter illa, quæ in mentem veniunt, propono.

Primo. Dicent utramque allatam resolutionem procedere de Catholicis exteris, priorem de Italo, posteriorem de Juliacensi: Non autem de Catholicis fœderatorum Ordinum subditis, de quibus agit præsens Dubium quintum.

Secundo. Prior resolutio anni 1720. potius respicit Matrimonium inter duas partes Catholicas, quam inter unam Catholicam, alteram hæreticam. Mulier enim se Catholicam finxerat. Quare pro externo foro id Matrimonium videtur fuisse judicandum tamquam inter duos Catholicos celebratum.

Tertio. Posterior resolutio anni 1728. prodiit sub illo modo, *ex deductis*. Non videtur autem deducta fuisse inter utriusque partis momenta praxis Castorien. Forsitan aliud movit S. Congregationem, quam absentia Parochi, puta quod illa Catholica Juliacensis in fraudem, ut sine Tridentini forma contraheret; in Hollandiam fortasse transierit, vel quid simile.

Quarto. Praxis Castorien. æque respicit Nuptias inter partes hæreticas duas, ac inter hæreticam unam, alteram Catholicam. Si ergo non claudicat quoad primam partem, ut nos in primo Dubio diximus, neque dicenda est claudicare quoad secundam, vel si quoad hanc claudicat, etiam quoad illam.

Quinto. Responsa S. C. toties iterata, quibus jussi Vicarii sunt prudenter se gerere, & juxta probatorum Authorum Doctrinam, generalia pariter sunt, neque magis cadunt super Matrimonium utriusque hæretici, quam super Matrimonium alterutrius Catholici. Imo præcipue super hæc mixta Matrimonia cadunt. De his enim præcipua S. Sedi quæstio proponebatur, ut apparebit consideranti dubia, & responsa, illud præsertim, quod Teste Illustrissimo Assessore sub Clemente XI. prodit anno 1711. Si ergo opinione etiam nostra in iis Responsis latet tacitus Sanctæ Sedis Consensus pro priorum Valore, cur non etiam pro Valore posteriorum?

Sexto. Ex Theophylo Raynaudo per Illustrissimum Secretarium allegato n. 53. Resolutiones Sac. Congreg. inhærent sensui legis, prout a Legislatore lata est, non tangunt autem contrariam præscriptionem, si qua interea contra eamdem Legem decurrat: Non enim Eminentissimi PP. agunt partes Legislatorum, sed Interpretum.

Septimo. Hujusmodi Resolutiones facile fuerint ignoratæ in Hollandia:

landia : Non enim pro Urbe , & Orbe publicantur , ſed tanquam pro ſingularibus caſibus editæ traduntur dumtaxat partibus. Accedit, quod etiam ſi Hollandis Catholicis innotuiſſent , cum tamen ſint Reſolutiones procedentes in caſu, nec rationes vulgentur, quibus S. C. ad ſic reſolvendum movetur, potuiſſent illi cogitare non propter Parochi abſentiam , ſed ob aliam ex peculiaribus Caſus circumſtantis erutam cauſam ea Matrimonia irrita declarata . Ex quo ſequitur non obſtantibus prædictis Reſolutionibus potuiſſe adhunc præſcriptionem inchoatam adverſus Legem currere, & non interrumpi . Et ſane Doctores de Præſcriptionis interruptione agentes tradunt tunc illam interrumpi *naturaliter*, quando poſt illam rite inchoatam ceſſat,vel bona fides, vel titulus, vel poſſeſſio, vel capacitas perſonæ : tunc vero interumpi *civiliter*, quando contra præſcribentem pronuntiatur ſententia condemnatoria, vel prodit in medium conteſtatio litis,vel citatio &c. Nihil autem hujuſmodi videtur interveniſſe virtute prædictarum Reſolutionum , ut idcirco præſcriptio contra Triden. Legem, apud Catholicos . Hollandos per Caſtorien. Praxim inchoata, cenſenda ſit ſublata, vel interrupta .

Ad primum tamen Reſpondeo , Italum illum in Belgio fœderato Militiæ adſcriptum acquiſiviſſe verum ibidem Domicilium, quod confirmatur ex ſubſequente Septennii ibidem habitatione . Incola igitur erat perinde , ac alius quivis Catholicus. ibi ortus : proinde nihil intererat inter ipſum, & alios ſubditos Catholicos, quantum ad valide,vel invalide contrahendas Nuptias attinebat. De Muliere Juliacenſi idem colligitur ex figura caſus in illa Colonien. propoſiti .

Ad ſecundum veritas eſt, quod illa Mulier erat hæretica , atque ut talis fuit conſiderata in Deciſ. Laud. S. Officii : hinc poſt declaratum irritum Matrimonium ſtatim S. C. ſubjunxit hæc verba : ***Cæterum Matrimonium a Catholico cum hæretica contractum quamvis illicitum, fore validum, ſi fuiſſet coram proprio Parocho contractum .***

Ad tertium parum verecunde allegaretur in EE.PP. , vel ignorantia , vel inadvertentia Praxis Caſtorien. , quam toties Sedi Apoſtolicæ notificatam fuiſſe certiſſimum eſt . Quamvis ergo in deductis non appareat mentio ejus Praxis , ſi tamen EE. PP. ejuſdem alias conſcii,cenſuiſſent illius rationem habendam, non reſcripſiſſent Officiali Colonien. , ut Annæ ad alia vota tranſitus permitteretur . Quod vero addebatur de aliis forſan decidendi cauſis a Parochi abſentia diverſis mere divinando dicitur , & inſuper ex attenta lectione totius Seriei cauſæ plane refellitur .

Ad quartum mirum non eſt ſicuti leges,ita & conſuetudines in materia omnino dividua ſubſiſtere quoad unam materiæ partem poſſe,non vero quoad alteram. Praxis Caſtorien. in articulo matrimonii hæreticorum inter ſe nullam habet tempore debito contra ſe reſiſtentiam S. Sedis , cumque aliunde cæteras conditiones a Jure requiſitas habeat, non poteſt non roborari conſenſu Juridico Principis, ut ſuo loco vidimus . In articulo vero Matri-

trimoniorum alterutrius Catholici habet contra ſe claram Sanctæ Sedis reſiſtentiam. Quid mirum quod firma eſſe poſſit quoad unum articulum, non vero quoad alterum? Accedente inſuper notiſſima Reg.37. de Reg. Jur. in 6. *utile non debet per inutile vitiari.*

Ad quintum. Incumbit reſponſum attente conſiderantibus accipere illud commoda cum diſtributione, atque diſcernere, utri ex duabus conjugiorum ſpeciebus accedat ex eo reſponſo tacitus pro valore conſenſus. Si quoad unam ſpeciem adverterint militare expreſſam contradictionem, ac reſiſtentiam S.Sedis; concludere debent ejuſdem S. Sedis non tacitum modo conſenſum, ſed tolerantiam quoque deſiderari, & conſequenter ne juridico quidem conſenſui locum relinqui, ut ſuperius oſtendimus. Pro tali ergo ſpecie reſtat, ut Reſponſum accomodetur, quatenus prudentiam ſe gerendi præſcribit, quam ipſam prudentiam probati Authores dirigunt, puta ut relinquatur pars Catholica, vel non relinquatur in bona fide, prout res tulerit, & prout iidem Authores faciendum docent. Si vero quoad aliam Matrimoniorum ſpeciem concurrere omnia viderint, quæ valori ſuffragantur, pro illa ſpecie recte concludenti colligi ex eo Reſponſo tacitum Sanctæ Sedis pro valore ſuffragium. Accedit quod Reſponſi tenor ſic habet, *ut juxta probatorum Auctorum Doctrinam*, ſive (ut ſignificantius in Reſponſo ſub Clemente XI. dicitur) *juxta probatam Auctorum Doctrinam ſe gerant*. At vero Doctrina de valore Matrimonii inter partem Catholicam, & Acatholicam ſine forma Tridentina initi, præterquamquod non ita multis Auctoribus probatur, ipſa per ſe judicari probata quomodo poterit, dum eidem S. C. reſolutiones aperte repugnant?

Ad ſextum, & ſeptimum una eſt, & communis Reſponſio: minus recte (ut ſuper primo Dubio differentes ex Oſtenſienſi demonſtravimus) conſuetudinem cum ſtricta Dominii præſcriptione confundi. Inter utriuſque diſcrimina illud capitale eſt, quod in Dominii præſcriptione non attenditur voluntas veri Domini; imo illo quamtumvis invito præſcribitur, ſi reliqua non deſint. Sed in conſuetudine principaliſſime attenditur voluntas Principis, ſine qua lex ſicut poni, ita tolli non poteſt. Et ratio ulterior eſt, quia Dominium in præſcriptione acquiritur ex diſpoſitione Supremi Principis, qui invito etiam privato Domino Dominium transfert in alium propter bonum commune, ut vulgatum eſt apud Scribentes de Præſcriptione. In conſuetudine vero agitur de ipſo Supremo Principe, & Legislatore; ac proinde non datur alia ſuperior poteſtas, cujus virtute conſuetudo prævaleat contra Legislatoris voluntatem. Hoc autem poſito, quoties conſtiterit de Apoſtolicæ Sedis voluntate praxi alicui, ſeu conſuetudini reſiſtente, toties conſtabit de praxis ejuſdem imbecillitate ad legem Canonicam abrogandam. Atqui in caſu ita ſe res habet, ergo &c. Quod vero ex S. C. contrariis dictæ conſuetudini reſolutionibus una, eademque opera conſtet de Papæ voluntate eidem conſuetudi-

tudini contraria, tam certum esse debet, quam certum est Testem Pontificiæ voluntatis meliorem esse posse neminem, quam S. Congreg. S. Officii, seu Concilii, per cujus utriusque Organum sensus Apostolicæ Sedis his in rebus patefieri, atque innotescere solet. Cadunt proinde omnia, quæ in sexto, & septimo argumento congerebantur. Nam quod de Resolutionum apud Batavos ignorantia dicebatur, utile quidem esse potest ad excusandam culpam, non vero ad legem irritantem, Papa dissentiente, abrogandam. Id quod in hac ipsa materia notissimum est: Dum enim aliquis ex ignorantia quamtumlibet insuperabili, seu facti, seu Juris, Matrimonium contrahit cum impedimento aliquo dirimente; liberari quidem a culpa poterit, valide vero contrahere non poterit. Hæc pro veritate dixerim, & juris rigore servato. Cæterum utrum expediat de hoc rigore remittere, Prudentiæ EE. Patrum erit judicare. Illud est certum Ecclesiam, quam maxime detestari Matrimonia hæc mixta Catholicorum cum hæreticis: qua de re nervose, ac fuse disputat *Emus D. Petra in suis doctissimis Commentariis tom.4. ad Constit. Joannis XXII. Cum nonnulli*. Utrum autem in casu gravissimæ Causæ concurrant indulgendi, ut prædictis Matrimoniis tacitus denique Sanctissimi Domini consensus valorem adjungat, iidem EE. Patres considerabunt: Mihi enim hujusmodi Causæ non innotescunt.

§. II. *De reliquis Dubiis*.

Ex data ad quintum responsione ultro descendit negativa responsio ad sextum, septimum, octavum, nonum, decimum, & ad undecimum Dubium, qua parte hoc postremum de mixtis Matrimoniis quærit. Nam qua parte de hæreticorum inter se conjugiis in ea Civitate Mosæ Trajectensi agit, jam affirmative respondi in Resolutione Dubii secundi.

Illud tantum hic observabo, Breve Urbani VIII. incip. *Exponi Nobis* ad Archiep. Colonien. 14. Augusti anno 1627. datum, alio respicere, quam ut ad proposita Dubia resolvenda trahi possit. Etenim Urbanus loquitur de Incolis Loci, ubi Tridentinum est promulgatum; transeuntibus ad loca, ubi promulgatum non est. Quare terminum *ad quem* supponit semper esse locum, ubi Tridentinum non obligat. Mox distinguit, an eo transeat quis in fraudem, an non &c. In fœderato autem Belgio Tridentinum Catholicos obligat. Quocirca si illuc se transferat Catholicus exterus, inveniet sese ibidem æque ligatum Tridentina lege, ac reliquos loci Catholicos. Si hæreticus exterus illuc se transferat, inveniet ibi loci Catholicam ea lege ligatam. Terminus proinde *ad quem* in casu nostro est locus, in quo Catholici quique Tridentina lege tenentur. Nihil ergo huc attinet Urbani Decretum.

Ad duodecimum, denique ultimum Dubium quid sit dicendum, satis exposui in Conclusione post Dissertationem super Dubio primo. Ideoque quod ulterius addam, nihil superest.

Ita censeo &c. submittens &c. ut supra &c.

Dominicus Turano Soc. Jesu.

I

In Causa Ipren. Visitationis Sacrorum Liminum.

CUM gravissimam, EE. PP., de clandestinis conjugiis in foederatis Belgii Provinciis controversiam jamdiu ab eruditissimis Theologis agitatam, nunc vero peculiaribus studiis vestris, ac suffragiis propositam, tenuissimi ingenii mei viribus expendendam mihi demandastis: nulla me difficultas deterruit, quominus ad eum laborem ita omne meum studium, diligentiamque conferrem, ut nihil, quod ex hac imbecillitate proficisci posse videretur, in singulis hujus causæ momentis discutiendis, desideraretis. Verum, quoniam in quæstionibus omnino duodecim tota hujus controversiæ ratio continetur, duas quidem, quarum altera hæreticorum inter se, altera Catholicorum cum hæreticis matrimonia complectitur, cum longiorem a me disputationem postulare videantur, copiosius tractabo; reliquas vero, quippe his affines cum sint, & ex iis, quæ antea dicturus sum, nullo possint negotio concludi, in exiguum sane unius disceptationis gyruum compellam.

DISCEPTATIO PRIMA.

Super Primo Dubio.

An Matrimonia ab hæreticis inter se in locis fœderatorum Ordinum dominio in Belgio subjectis contracta, non servata forma Concilii Tridentini, censenda sint valida?

§. I.

1 ECclesiasticis legibus quin astringantur hæretici, dubitat nemo, cum enim & ipsi per Baptismi januam Ecclesiam ingressi sint, ita fiunt eidem subjecti, ut non magis se ab Ecclesiæ Jurisdictione, & imperio subtrahere, quam sempiternum Baptismi characterem delere possint, quod & liquet ex *Can.*56. *Concil. Toletani* 4., relato *a Gratiano dist.*45. *can.*5., & cum communi firmant *Suarez de LL. lib.*4. *cap.*19. *n.*2. *Layman. in cap. canonum de Constit. n.*2., *Gonzal. in cap.*8. *de hæreticis n.*12., aliique passim.

2 Hinc Tridentini Decreto *cap.*1. *sess.*24. *de ref. matr.* etiam hæreticos in locis, in quibus promulgatum fuit, degentes obligari, & conjugia, quæ contra Tridentini præscriptum iisdem ineunt, omnino irrita esse, inferunt *Lessius in Auctuar. ad* 1. 2. *V. Præscriptio casu* 1. *versic. de Apostol. Mission. tit.*12. *quæst.*174. *sect.*1. & 4. *Gobat. Theolog. experim. tract.*9. *casu* 18. *per totum*, *Bossius de matrim. cap.*1. *num.*78., *Zoesius ad tit. de clandestina desponsat. num.*25. *Pignatell. consult.*104. *tom.*8., *Laurentius Neesten. de Sacramentis tract.*8. *quæst.*3. *dub.*6., *Opatovius de Sacramentis tract. de matrim disputat.*2. *quæst.*12. *num.*108. *Florentius de Coq. Theolog. tom.*4.

cap.12.

cap.12. Append. ad sect.9., *Veryvis in Pastoralis Missionar. tract.13. artic.1.*, *Leurenius in 4. decret. tit.3. quæst.146. num.3.*, *Schmier Jurisprudentiæ Canonico Civilis tom.3. lib.4. tract.3. cap.5. sect.4. §.1. num.86.*, *Reiffenstuel in Jus Canonicum tit. de Clandest. despons at. num.132. La Croix lib.6. part. num.769.*, *Svverts de Sacramentis Thesi ultima num.2.*, *Roncaglia de Sacramentis tract.9. cap.19. num.37.*, *Joann. Pontas in Dictionar. Cas. conscientiæ tom.2. de impedim. clandestin cas.23.*, aliique plurimi, quibus facem prætulit Sacra Congregatio Concilii, quæ 29. Januarii 1605. Episcopo Tricariensi Sedis Apostolicæ ad Belgas Legato rescripsit -- *Hæreticos quoque, ubi Decretum Tridentini Sess.24. cap.1. de Reform. Matrim. est promulgatum, teneri talem formam observare: & propterea etiam ipsorum matrimonia absque forma Concilii, quamvis coram Ministro hæretico, vel Magistratu loci contracta, nulla, atque irrita esse* -- sicuti testantur *Zipæus tit. de Sponsal. num.16.*, *Diana part.11. tract.6. resolut.1.*, *Tambur. de matrim. lib.8. tract.6. cap.2. §.2. num.12. Veryvis. cit. loco.*

3 At si res ita se habeat, consequens est, ut hujusmodi hæreticos perpetui concubinatus redarguamus, omnemque eorum sobolem illegitimam declaremus; Quod quam vehementer eorumdem animos exasperaret, quam gravem adversus Catholicos homines persecutionem excitaret, quam magnum in Romanam Ecclesiam odium crearet, & quam difficilem eorumdem reditum ad Ecclesiæ gremium efficeret, nemo est, qui non videat. Quare cum moneamur ab Augustino Epistola 50. *detrahendum esse aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis caritas sincera subveniat* -- Atque à Sancto Leone in Epistola ad Rusticum Narbonensem, relata in *Can. fin. dist.14.* -- *Multa esse, quæ aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatum, opporteat temperari*; operæ pretium erit decreti Tridentini verba diligentius enucleare, ac Patrum, qui Sanctissimo illi Concilio interfuerunt, mentem penitus investigare, ut videamus, an eo nunc deventum sit, ut fœderati Belgii hæretici, de quibus sermo est, ab hujusce Decreti severitate, quam verborum cortex præsefert, eximendi sint, absque eo tamen, quod a vero, & genuino ejusdem sensu recedamus. Sed antequam id aggrediamur, quædam argumenta aliunde, quam a Concilii contextu, & Patrum mente petita, quibus multi DD. clandestina hæreticorum matrimonia fulcire conantur, perpendere, & æstimare, in rem conducet nostram.

§. II.

4 Atque in ipso Quæstionis limine illud se nobis offert inquirendum, an reapse in fœderatis Belgii Provinciis, priusquam ab Hispaniarum Rege, & avita Religione descicerent, Trident. Decretum, quo clandestina matrimonia fiunt irrita, fuerit rite per singulas Parochias promulgatum? Cum enim sine ea speciali promulgatione nullam hujusmodi Decretum obligationem inducere, Patres statuerint, si de illa quoquo modo prudenter dubitari contingeret, nullus controversiæ locus relinqueretur. Ve-

Verum undenam dubitandi ratio peti possit, non intelligo, dum omnem dubitationi aditum præcludunt historica monumenta apud probatos Scriptores exstantia, quorum summa hæc est,

5 Postquam die 26. Januarii 1564. universa Concilii Tridentini acta, & Decreta a Summo Pontifice Pio Quarto fuerant confirmata, eadem Philippus Secundus Hispaniarum Rex, uti Regem vere Catholicum decebat, per omnes suas Ditiones evulganda, ac religiose observanda mandavit. Cumque res eum apud Hispanos, quem Philippus optabat, exitum nacta esset, negotium Margaritæ Parmensi tunc Belgii Gubernatrici datum est, ut idipsum in omnibus ei commissis Urbibus, ac Provinciis quamprimum faciendum curaret. Metuit Margarita, ne ex Concilii publicatione novæ turbæ, & tumultus excitarentur in Provinciis illis, quæ jamdudum ab Hispanis deficere molitæ erant; atque, ut mature in re tanti momenti procederet. Episcoporum, & eorum, qui in celebrioribus Urbibus Magistratum gerebant, animos explorandos decrevit. Porro isti cum plurima inveteratis illorum populorum moribus, consuetudinibus, ac privilegiis adversantia animadverterint, auctores Margaritæ fuerunt, ut vel Concilii promulgationi omnino supersederet, vel nonnulla ejusdem Decreta prius temperaret. Hanc Episcoporum, & Magistratuum sententiam Regi Philippo Margarita per literas significavit, ad quem etiam eodem tempore Provinciarum Ordines legatos miserunt, qui illum qua precibus, qua rationibus a proposito dimoverent, sin minus, ut Concilii publicationem in aliud differret tempus, persuaderent. Sed conatus ad irritum ceciderunt: nihil ab Rege impetratum est: Margaritæ enim, fixum est, respondit, & statutum, ut Concilium non secus in Belgio, ac dudum in Hispaniis, sine ulla exceptione publicetur, permissa dumtaxat in ejus usu perlevi aliqua moderatione. Quo responso perlato, Gubernatrix, juxta constantem Regis voluntatem, Concilium simpliciter, & pure promulgari jussit *Famianus Strada de Bello Belgico dec. 1. lib. 4. Card. Bentivoglio delle Guerre di Fiandra lib. 2. pag. 26., & 27., Nicolaus Burgundus Hist. Belgicæ lib. 2. pag. 115., Joannes Meursio rerum Belgicarum lib. 1. pag. 10. Emmanuel de Metere. dans L' Histoire des Pays. Bas lib. 2. pag. 39.*

6 Regis, ac Gubernatricis mandatis morem fuisse continuo gestum, & Concilium per omnia latè Belgii loca divulgatum, asseveranter affirmant cit. Scriptores, sed luculentius *Ja: Revius in sua Daventria illustrata lib. 4. pag. 364.* his verbi -- *Sub finem 1565. soluto jam Concilio Tridentino, voluit Majestas Regia, id ab omnibus suis recipi, & secundùm illud ab unoquolibet res, ac rationes suas institui. Promulgatum hoc fuit per Ditiones, ac Civitates Universi Belgii*; -- Idque probè novis Philippus, cum exeunte eodem anno 1565. Margaritæ hæc scripsit -- *Concilium Tridentinum jam est Belgis imperatum: superest, ut SacroSanctis Concilii Legibus pareatur*, -- ita testatur *Franciscus Haræus Annal. Belgic. pag. 74.*

Delatæ quidem ad Gubernatricem ſunt plurimarum Urbium præſertim Friſiæ, & Brabantiæ quærimoniæ, ſi qua fides *Nicolao Burgundo pag.* 116., & *Jo. Meruſio pag.* 11., ſed aliud impetrarunt nihil, niſi ut Margarita declararet, mentem Regis eſſe, ut Quilibet *ſua privilegia ſalva haberet*, *nec Tridentino niſi in quantum ea ferrent*, *ſubjaceret*, prout proſequitur *cit. Meurſio* Quænam autem fuerint ea jura, & privilegia, quæ ad pacem, & quietem Provinciarum ſervandam, integra, atquæ illæſa eſſe voluit Gubernatrix ſingulatim recenſent. *Antonius Anſelmus in Triboniano Belgico cap.* 32., *Berthrandus Loth. in Reſolut. Belgicis tract.* 2. *art.* 9., & *Van-Eſpen. in Tract. Hiſtorico Canonico pag.* 9. *cap.* 1. §. 3., eaque ut apud hos Auctores videre licet, tantummodo reſpiciunt Regalia, ſeu Jura, ac Privilegia Regia, jura Patronatus Laicis conceſſa, & Juriſdictionem laicalem; quod perſpicuo argumento eſt, cætera omnia fuiſſe non publicata modò, ſed executioni etiam mandata

7 Atque ut propriùs ad rem noſtram accedamus, narrat ſupracitatus Jo: Meruſio ſub finem ejuſdem anni 1565. Literas a Parmenſi datas, quibus cautum erat. In primis ut ſingulæ Belgii Urbes ſuo è Senatu certum Hominem ſeligerens ſexto quoque menſe permutandum, qui id ſolum animadverteret, ac Tridentini decretis, præſertim a Parochis ſatisfieret; Deinde, ut in qualibet Parochia Curio conſtitueretur, qui percenſeret, quot in ea Perſonæ habitarent: *quando, & quatenus Matrimonio contraxiſſent &c.* Hæc poſtrema accuratiſſimi Hiſtoricis verba ſine dubio ad noſtrum Decretum reſpiciunt, cujus promulgationem neceſſario pro certa ponit Gubernatrix, dum tanto urget ſtudio executionem.

8 Hinc porro factum eſt, ut Dux Albanus, cui anno 1568. Belgicarum rerum habenæ traditæ ſunt, de Concilii promulgatione, quam a Margarita rite peractam exiſtimavit, nihil ſollicitus, id unum etiam atque etiam curaverit, ut debita eidem obedientia deferretur. Ita *Petrus Borrio Annal. Belgic. pag.* 164. -- ibi *Albanus Dux Decreta Tridentini anno* 1570. *executioni mandari jus ſit*. laudatus *Emanuel. de Meteren. lib.* 2. *pag.* 39. ibi -- *En l'an.* 1570 *le Duc ſit des novelles ordonnances*, *ſit mettre en effect let decrets du Concile de Trence*, -- Auctor *Battaviæ Sacræ p.* 2. *pag.* 10. qui inferioribus quibuſdam Præſulibus Ultrajectinis, cum peterent, ut de ſeveritate publicatorum Concilii Decretorum, quibus eorum Juriſdictio nonnihil minui videbatur, aliquantum remitteretur -- *Sever*, inquit, *reſpondit Albanus*, *omnino gerendum morem eſſe*, *idque ita Regem velle*. --

9 Hæc, quæ ex Hiſtoricis profanis exceptimus, licet perſpicua ſint, majorem adhuc lucem a monumentis Eccleſiaſticis mutuantur. Omnes Belgii Provincias non ita pridem, anno ſcilicet 1559. Paulo IV. diſtribuerat in tres Archiepiſcopatus, Mechlinienſem, Ultrajectinum, & Cameracenſem, ac quindecim Epiſcopatus, quorum ſex ſubjecerat Archiepiſcopo Mechlinienſi, quinque Ultrajectino, & quatuor Cameracenſi. *Nicolaus Burgundus citatæ hiſtoriæ*

ria libri. pag.46. Bat.Sac. p.2.pag.2. Merusius lib.1.pag.4. Ab omnibus vero illarum Ecclesiarum Pastoribus fuisse Tridentini Decreta recepta, atque a singulis per suas Dioeceses publicata, ex seqq. edocemur.

10 Et primo, quod ad Provincias, Mechliniensem, & Cameracensem (cum Provincias, dico, Ecclesiasticas, secundum superiorem divisionem hic intelligo) quod, inquam, ad hasce Provincias attinet, plane certum hoc esse existimo. Nam præterquamquod omnes illæ, excepta Dioecesi Sylvaducensi Provinciæ Mechliniensis, quæ nunc Hæreticorum imperio subßtat, post varias vicissitudines sub tractæ tandem fuerunt ab Hæreticorum servitute, & sub Catholicorum Principum potestate etiamnum perseverant; scimus, Mense Decemb. Anni 1565. Maximilianum a Bergis Archiepiscopum Cameracen. omnium suorumComprovincialium Episcoporum Synodum coegisse, in qua quotquot aderant, in hoc convenerunt: *Ut quidquid Oecumenicum Concilium Tridentinum statuisset, id Sacrosanctum omnibus esset, & inviolabile, -- & tit. 15. cap. 13.* circa Matrimonia sanxerunt -- *Clandestina Matrimonia, ut sunt ex Tridentini Concilii Decretis definita nulla, & irrita fore, Episcopi denuntient, aut denuntiari, curent scilicet trigesimo post die, quam id proclamatum fuerit* - Idem evenisse novimus in Concilio Provinciali Mechliniensi celebrato an. 1570., sub cujus titulo de sponsalibus c.1. legimus: *Cum Conc. Trid. Matrimonia clandestina anullet, & inhabilitet ad alter contrahendum, quam secundum formam ab eodem Concilio descriptam, ex ordinatione ejusdem Concilii mandat Pastoribus, ut sæpius Populo in suis Concionibus hanc Matrimonii nullitatem, & Personarum inhabilitatem in memoriam revocent.*

11 Deinde non minus liquido id patet de Provincia Ultrajectina, quæ toti controversiæ occasionem præbuit, eo quod non ita multo post Hæreticorum jugum subire coacta fuerit. Siquidem Fridericus Schenchius Archiepiscopus Ultrajectinus, primus omnium, idest mense Octobris 1565., suos Suffraganeos in Provincialem cætum convocavit, cui cum ad unum omnes adfuissent, una voce affirmarunt, *--se amplecti omnia, & singula in Concilio Tridentino acta concernentia Fidem, Sacramenta, & ritus Ecclesiæ Catholicæ, & mandata est ejusmodi Concilii publicatio facienda in Choro Ecclesiæ Metropolitanæ*; Hæc ex ejusdem Concilii actis discimus, quæ acta Paulus Hoyrch Vana Papendrech in Historia Ecclesiæ Ultraject. *pag. 6. commemorat.* Reclamarunt utique Archidiaconi quinque Cathedralium Ecclesiarum; sed reclamarunt dumtaxat Decretis -- *Quibus sua jura lædi quærebantur...... Cætera vero omnia tam circa Fidem, quam circa reformationem se libenter admittere protestati sunt*; -- quemadmodum refert *cit. Auctor Bataviæ Sacræ par. 2. pag. 19.* deinde *rejecta penitus ea quinque Capitulorum protestatione* in fine Synodo -- *Archiepiscopus, & Episcopi omnibus, & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, atque sub pæna, & Censuris in Tridentino expressis præceperunt omnium. & singulorum Decretorum observantiam*, -- ut prosequitur citatus Hoyrch.

12 Nec contentus Schenkius hac celebrari promulgatione, alias duas Ultrajecti fieri, voluit: unam nimirum 22. Junii 1566. alteram die Dominica, quæ dicitur *Cantate* anni 1568. De prima, ex Testimonio Victoris Schorelii Canonici Ultrajectini mentionem facit idem *Auctor Bataviæ Sacræ*. Secundam fusius describit *Joan. Lindeboru Cathechesi* 9. *cap.* 1. §. 4. totidemque verbis transfert Edictum, quo Archiepiscopus Schenkius ad majorem ejus publicationis solemnitatem Ultrajectum arcessivit -- *Omnes Præpositos, & Pastores Territorii Trajectensi, Hollandiæ, Geldriæ, Transislaniæ, Frisiæ, necnon quatuor Officiorum Flandriæ cum circumjacentibus Locis*, itaut non immerito dixeris, eam veluti in Dioecesana quadam Synodo omnibus numeris absolutam.

13 Metropolitani Exemplum secuti omnes Comprovinciales, ejusdemque Suffraganei Episcopi, Tridentini Decreta, quæ jam in Concilio Provinciali amplexi fuerant, per suas Dioeceses promulgarunt, & observanda curarunt. Hoc de Episcopis Daventriensi in Transislania. & Middelburgensi, in Zelandia accepimus ab Eminentissimo ab Alsatia in ejus doctissima Relatione §. *Inter Episcopos* vbi insuper addit. circumferri Acta Synodi Dioecesanæ Middelburgensis, quibus Tridentini publicatio fuit consignata. De Leovvardiensi in Frisia, & Harlemensi in Holandia idipsum nobis aliunde innotuit. Nam *Petrus Cunirus eodem mense Februarii* 1570. *quo Leovvardiensis Episcopus est inauguratus* -- *Statuta Tridentine promulgavit*, & die 25. sequentis Aprilis -- *Primam Synodum celebravit, quæ præsentibus omnibus ferè Ecclesiasticis solemnis fuit, & triduò absoluta, RECEPTO CONCILIO TRIDENTINO, & Statutis pro ratione temporis tunc editis*, -- Uti narrat -- *Jo. Petrus Suffridus Lovvardiensis in Appendice ad Chronicon. Joan. de Beka de Episcopis Vltrajectinis pag.* 185. Sequenti verò anno 1751. Godefridus Mierlo Episcopus Harlemensis Dioecesanam Synodum & ipse convocavit, in cujus *cap*, 5. -- *Statuit, & ordinat, ut singulis Pastores, & V. Curati Concilii Tridentini Decretum circa Matrimonialia in suis eorum Ecclesiis frequenter Populo publicent, & exponant*, -- Battaviæ Sacræ par. 2. pag. 314.

14 De Episcopo Groeningensi quinto Ultrajectini Suffraganeo, nihil revera invenio; Sed cum etiam ille, qui tunc temporis erat Jo: Knyf, Concilio Provinciali Ultrajectino interfuerit, ibique jurejurando se Tridentino obtemperaturum spoponderit, nefas videtur dubitare, quin Officii sui partes obierit, Conciliumque per suam Dioecesim publicarit; Præsertim cum verosimile sit. Dioecesanum Conventum etiam ab illo fuisse habitum, tum ut Tridentino obsequeretur, tum ut Ecclesiæ recens erectæ, sibique commissæ formam aliquam daret.

15 Hactenus recensita satis superque nostri Decreti per singulas Parochias promulgationem demonstrant. Quis enim credat, Episcopos fuisse negligentes in exigenda a Parochis promulgatione illius Decreti, cujus executionem tam in Provinciali, quam in Dioecesanis Synodis iisdem præceperant, atque inculcaverant?

Non

Non me latet, ea ætate excitatas jam fuisse in illis regionibus Turbas, & Tumultus in Hispanos; verum illas ab Hispanis nondum defecisse, compertum est; Etenim apertam Rebellionem Anno 1572., fieri cæptam fuisse, fidem faciunt laudati Historici. Quare sicuti seditiosi homines impedimento esse non potuerunt, quominus Sacerdotes solemnes agerent Conventus, in quibus Tridentini Decreta publicè perlegerentur, multò minus nostri Decreti per singulas Parochias promulgationi moram afferre quiverunt, maximè cum nullam objectæ in ejusmodi Decretum peculiaris difficultatis mentionem Scriptores faciant.

6 Clariora tamen supersunt argumenta, quorum efficacissimum illud est, scilicet, quod Sebastianus de la Torre Archiepiscopus Ephesinus per fœderatas Belgii Provincias Vicarius Apostolicus in descriptione status religionis in Hollandia, quam Summo Pontifici Alexandri VII. Anno 1656. exhibuit. absque ulla hæsitatione asservit -- *Concilium Tridentinum fuisse illis in locis & receptum, & promulgatum, ejusque Decreta in praxim deducta, antequam fera pessima Hæresis omnia illuc devoratum venisse* ; -- *Hoynck, in Appendice cit. Hist. pag.* 95.; quodque idem cum Anno 1658. Sacram Congregationem Sancti Officii consuluisset, utrum Matrimonia, de quibus in præsenti disputatur, rata essent, nec ne, absolute dixit, -- *Concilium Tridentinum ante Hæresim, in prædictas Provincias introductam, ritè, ac debitè fuisse publicatum, & receptum* : -- Quod constat ex pagina per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Assessorem, EE. PP. distributa.

7 Nec postremum locum obtinet altum hac de re silentium doctissimi Episcopi Castoriensis, quiscum omnia conquisierit argumenta, ut tueretur firmitatem horum Conjugiorum, nunquam argumentum a negatione promulgati Concilii petiit, quo uno validissimè ea sustentasset.

8 Accedit demum auctoritas omnium Theologorum, & Canonistarum, eidem promulgationem suffragantium. Et innumeris, quos possem afferre, quatuor seligo Belgas, quos nemo adeo Hospites, & Peregrinos in Patria suspicabitur, ut in re tanti momenti ad eamdem pertinente allucinentur.

Jo: Lindeborn supracitata *Cathechesi* 9. *cap.* 1. §. 4. post narratam publicationem Concilii Ultrajectini factam coram omnibus Præpositis, & Pastoribus Diœcesis, quam sibi testatam dicit a Brugesio ejusdem Ecclesiæ Ultrajectinæ Decano, & postea Archiepiscopo, concludit -- *Hæc per transennam, & in eorum gratiam, quibus aut dubia, aut ignota Tridentini promulgatio*.

Verivys per Provincias confœderatas Belgii Missionarius in Pastorali Missionariorum *tract.* 13. *art.* 1. differens de Tridentini Decreto irritante Matrimonia clandestina, ait -- *Præcipuè agimus de Provinciis Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, & aliis, confœderatis Belgii, in quibus licet aliqui dubitent, CERTISSIME HUJUS DECRETI PUBLICATIO FACTA EST.... Immo aliquando mihi relatum fuit, quod adhuc a paucis annis vixerint Viri Senes*

Ultra-

Vltrajectini, qui a suis Pastoribus certa signa illius publicationis referebant. --

Florentius de Coq Ecclesiæ Sancti Michaelis Antuerp. Canonicus Ordinis Præmonstratensis *Theolog. tom.* 4. *cap.* 12. *sect.* 9. ait -- *Porrò Concilium Tridentinum fuisse publicatum in Hollandia, & Zelandia, antequam illæ Provinciæ ab obedientia Regi Catholici defecissent, EST OMNINO CERTVM* -- Idemque Coq *Tom.* 1. *cap.* 5. *sect.* 14. -- *Hinc patet, quod inprimis certum sit, Concilium Tridentinum publicatum fuisse in toto Belgio præsertim Hollandia, Zelandia* 1565., *cum illæ Provinciæ, nec dum a Fide defecissent, uti ex variis relationibus, & Instrumentis clarè constat. Secundo. In aliis, & aliis Belgis Provinciis receptum esse, exceptis quibusdam punctis.* -- Quænam fuerint illa puncta, jam supra audivimus ab Antonio Anselmo, & Berthrando Loth.

Van-Espen in Tract. Historico-Canonico *pag.* 9. *cap.* 1. §. 3. agens de Tridentino inquit. -- *Itaque dubitari nequit, quin Decreta Disciplinæ, se reformationis his in partibus publicata, & recepta sint.* -- Et J. E. *par.* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. *num.* 30. loquens de Decreto sessionis 24. *cap.* 1. *de Reform. Matrimonii* ait. -- *In his, viciniisque Provinciis, & Regnis, si Angliam, & Poloniam exceperis, Concilium Tridentinum sufficienter quoad hoc Decretum promulgatum esse, ostendit eximius D. Huygens in suis observationibus de Sacramento Matrimonii.*

19 Quid plura? Adeo certum est. Decretum Tridentini, de quo loquimur, fuisse per universum Belgium promulgatum, ut Synodus Provincialis Camaracensis, celebrata in Oppido Montis Hannoniæ anno 1586., præsidentibus Jo: Francisco Bonhomio Episcopo Vercellensi, Nuncioque Apostolico, ac Ludovico de Barlaymont Archiepiscopo Camaracensi *tit.* 11. *cap.* 1., ex vi illius nulla & irrita declaraverit Matrimonia, absque Tridentini forma contracta ab Hæreticis in iis Provinciis, quas jam tunc occupabant (occupabant autem eo anno 1586. Zelandiam, Hollandiam, Ultrajectum cum locis adjacentibus, præter plures Civitates in aliis Provinciis sitas, ut colligitur *ex Cardinali Bentivoglio, & Famiano Strada dec.* 2.) *Cum sacrosanctum generale Concilium Tridentinum* (en prædictæ Synodi Verba) *eos, qui aliter, quam coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus Testibus Matrimonium contrahere attentabunt, ad sic contrahendum omnino inhabiles reddiderit, & hujusmodi contractus irritos, & nullos esse, declaraverit: Hæc Synodus in vim illius Decreti Matrimonia omnia in iis, quas Hæretici occupant, Provinciis, ab iis contracta, qui sunt Oriundi ex aliquo loco, ubi publicata sunt Decreta ejusdem Concilii, omnino nulla, & irrita, nisi contracta sint coram Sacerdote, ad hoc specialem potestatem habente: Et his non obstantibus, eos, qui sic contraxerint, postquam ad gremium Ecclesiæ redierint, si induci non possint ad dicta Matrimonia ratificandum, & in facie Ecclesiæ de novo celebrandum, convolare posse ad alias veras Nuptias, etiam adhuc viventibus quas sic contra Canones duxerint,*

xerint, Conjugibus, declarat, & decernit, & ſic ſæpe a Concionatoribus doceri, ut in poſterum ab hujuſmodi Matrimoniis omnino abſtineant, hortatur, ac præcipit.

20 Et ne quis hæreat ad illa verba: *Qui ſunt oriundi ex aliquo loco, ubi publicata ſunt Decreta ejuſdem Conciliis*: animadvertat, oportet, quod cum Matrimonia, ſicuti, & cœteri contractus, pendeant a Jure Locorum, in quibus celebrantur, ut *arg. Cap. fin. de For. Compet.*, *& L. Si fundus* 6. *ff. de Evict.* docent communiter DD. a *Sanchez lib.*3. *de Matrim. diſp.* 18. *num.* 10., *&* 25. *ac Pontio lib.* 5. *cap.* 9. *n* 1. adducti, ſi Patres Cameracenſes exiſtimaſſent, in locis ab Hæreticis occupatis, ob defectum promulgationis, Tridentinum vim non habere, non potuiſſent Matrimonia in illis clanculum inita irrita decernere, etſi contrahentes, qui in illis Domicilium collocaverant, Oriundi eſſent ex loco, ubi Tridentinum vigebat. Quare cum minor dubitandi ratio foret de aliis Belgii Proviuciis, in quibus ea tempeſtate Rex Catholicus dominabatur, illa verba: *Si ſint Oriundi &c.* videntur ſolum attingere poſſe Anglos, & Gallos, illuc ad mercaturam faciendam confluentes, & mox receſſuros, quos idcirco exceptos voluerunt illi Patres, quia in ea fuerunt ſententia, quam hic examinare non vacat, nimirum quod Concilii Decretum non obſtringat Perſonas ratione Loci, ad quem divertunt, vel per quem tranſeunt, ſed ratione loci, in quo habitant, ut paulo poſt explicarunt *cap.* 2. his verbis: *declarat eadem Synodus, neminem cenſeri alicujus Parochiæ, aut Diæceſis quoad Matrimonium contrahendum, niſi qui anima ibidem reſidendi, non autem ſtatim ad propria redeundi, vel alio commigrandi, in ea, vel Diæceſi, vel Parochia Sedem fixerit*; Atque perſpicue, & ad rem noſtram accomodate Synodi ſenſum interpretatus eſt *Huygens in ſuis obſervationibus de Sacramento Matrimonii cap.* 37. *num.* 13.

§. 11.

21 CUm itaque Miſſionarii Belgici omni ſpe deſtituantor, fore ut præſidio ſibi ſit promulgationis defectus, aliam, qua his ſe difficultatibus expediant, rationem excogitant, dicentes ſcilicet matrimonia, de quibus agimus firma eſſe in ratione contractus, quamvis irrita ſint in ratione Sacramenti, qua de re nos docet Eminentiſſimus ab Allatia in laudata relatione §. *dixi matrimonia.* Nituntur quippe illorum Theologorum doctrina, qui Matrimonii, ut Sacramentum eſt, miniſtrum eſſe putant Sacerdotem; Hinc enim matrimonia, quæ ſine Sacerdotis præſentia, & benedictione contrahuntur, legitimos quidem eſſe contractus, ad Sacramenti vero dignitatem nequaquam pertinere, opinantur. Ita ante Tridentinum ſenſerunt *Gujelmus Paris. de Sacramentis cap.*9., *Canus de locis Theologicis lib.* 8. *cap.* 5. Patres Concilii Provincialis Colonienſis, celebrati anno 1536. *part.* 7. *cap.* 40. & poſt Tridentinum docuerunt *Eſtius in quartum diſt.* 26. §. 10. *Piette Theologiæ part.*6. *cap.* 5. *quæſt.* 13. *Sylvius*, *Steyaert*, aliique DD. Pariſienſes, & Lovanienſes paſſim.

22 Verum, ut ſe hæc ſententia habet, quam fuſe confutarunt *Bellarminus*

nus de matrim. cap. 6., & duobus seqq., *Sanchez. lib. 2. disp. 6. Pontius lib. 1. cap. 8.*, *& Fagnanus in cap. quod nobis de Clandestin. desponf. num. 51.*, certum omnino est, eam post Tridentinum non favere Matrimoniis clandestinis initis in locis, in quibus idem Tridentinum est promulgatum. Ratio adeo obvia est, ut neminem fugiat: Quoniam Tridentinum irrita jubet esse clandestina coniugia in eadem ratione, in qua erant antea firma, secus nihil novi statuisset; ex quo fit, ut quæ prius firma erant in ratione contractus, hæc in eadem ratione esse nulla declaret; Imo, quamvis antea fuissent Sacramenta, uti communior fert opinio, non in alia, quam in ratione contractus efficere irrita potuisset. Etenim cum Sacramentorum natura ab una Christi D. institutione pendeat, qui omnem, & solum contractum conjugalem a Fidelibus legitime initum ad Sacramenti Sanctitatem evexit, non alio potuit modo Ecclesia facere, ut clandestina matrimonia, quæ prius erant, postea Sacramenta non essent, nisi subtrahendo Sacramenti materiam, statuendo nimirum, ut clandestinus contractus tunc legitimus, deinceps legitimus non esset. Et reipsa Tridentini verba non Sacramenti, sed solius contractus rationem directe respicere, patet consideranti, ait enim S. Synodus: *Qui aliter quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus Testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos, & nullos esse, decernit.*

23 Hujus ratiocinationis vim optime percipiunt DD. Parisienses, & Lovanienses; Quare licet in Fidelium matrimoniis rationem Sacramenti separari posse a ratione contractus, existiment, hanc tamen separationem, quod ad clandestina matrimonia spectat, solummodo ubi Tridentinum non est receptum, tuentur contingere; Ubi vero receptum est, eam tunc fieri arbitrantur, quando aut contrahentibus coram Parocho, & Testibus expresse civilem conventionem conflare, non Sacramentum conficere deliberatum est, aut Parochus illa verba. *Ego vos conjugo &c.*, quæ hujusce Sacramenti formam esse, censent, non profert.

24 Itaque quære, utrum Tridentini Decretum socias Belgii Provincias complectatur, an non? Si ais: consequitur, ut matrimonia inibi clam celebrata sint nulla tam in ratione Sacramenti, quam in ratione contractus. Si negas: fit, ut rata sint; Utrum autem in contractus ratione tantum, an etiam in Sacramenti ratione, disputant Theologi.

§. III.

25 ALiud magni, ut ipsis videtur, ponderis argumentum plurimi Auctores infra proferendi a præscriptione desumunt. Exploratissimi Juris est, inquiunt, legem quamlibet humanam, sive civilis sit, sive Canonica, contraria consuetudine, modo legitime invaluerit, abrogari, ut generatim liquet *ex cap. fin. de consuet*; atque in specie de Legibus, matrimonia irrita facientibus, eruitur *ex cap. Super eo de cognat. spirit.* ubi ad decidendum, an ali-

quæ

quæ Personæ matrimonio inter se jungi queant, de Metropolitanæ, aliarumque vicinarum Ecclesiarum consuetudine inquirere jubemur. At omnibus compertum est (pergunt idem Doctores) a sæculo, & amplius, conjugia, de quibus loquimur, celebrari ab Hæreticis, quin de illorum firmitate, vel levissime dubitent. Nihil ergo obstat, quominus contra Tridentini legem jam pridem ab illis fuisse præscriptum, censeamus.

26 Verum, si quam hujusmodi argumento inesse efficacitatem fateamur, contra cæteras etiam Ecclesiæ leges ab Hæreticis præscriptum, fateamur, necesse est: Quapropter nec Legibus, quæ de Jejuniis, Festis, & aliis id genus, imo nec iis quæ de Impedimentis, ex consanguinitate, & affinitate profectis, sancitæ sunt, astringentur, cum illas semper ex quo ab Orthodoxa Religione defecerunt, temere violaverint; Quam sequelam licet ultro admittant *Verricelli de Apost. Mission. tit.* 3. *quæst.* 87., *Picbler ad tit. de Sponf.*, *& Matrim. num.* 98. *Vviestner eodem num.* 193., *Schmalzgrueber ibidem num.* 197. tamen quam absurda, & falsa sit, ex hoc etiam apparet, quod Summus Pontifex suis per Germaniam, & Belgium Nunciis hanc inter alias, facultatem concedit: *dispensandi in* 3., *&* 4. *simplici, & mixto cum Pauperibus in contrahendis; in contractis vero cum Hæreticis conversis etiam in* 2. *simplici, & mixto, dummodo nullo modo attingat primum gradum, & in his casibus prolem susceptam legitimam declarandi*; Quod indicio est, inter Consanguineos, & affines Hæreticos contracta Matrimonia, non obstante eorum prava consuetudine, etiamnum a Summo Pontifice irrita reputari.

27 Horum autem omnium ratio hæc est. Ut consuetudo legem extinguat, cum aliæ qualitates requirantur, tum maxime *rationabilis* sit, oportet, per textum expressum in *cit. cap. fin. de Consuet.* Et quamvis DD. alii alio explicent modo, qua ratione consuetudo legi repugnans queat esse *rationabilis*, cum propterea, & in honesta, & iniqua sit; in nullius tamen opinione *rationabiles* appellari possunt ejusmodi Hæreticorum consuetudines, quod mox constabit.

Aliqui cum *Navarro in Comment. de spoliis* §. 14. *num.* 7. illam consuetudinem rationabilem judicant: *Quæ non est contra Legem naturalem, vel Divinam, directe, vel indirecte*: Cujusmodi, juxta *Layman. in cit. cap. fin. num.* 7. ea est quæ adversatur *religioni*. Eodem redit, quod alii dicunt cum *Rebellio de obligat. Just. par.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 5. eam consuetudinem esse *rationabilem*, quæ *peccatum non nutrit*, nec *fovet*, hoc est, ut clarius explicat *Pontius lib.* 6. *de Matrim. cap.* 5. *n.* 2., quæ aliam non continet turpitudinem, aut peccatum, quam quod oppositio cum Lege, cui non obtemperatur, necessario per se parit.

At omnes illæ Hæreticorum consuetudines hac peculiari turpitudine conspurcatæ sunt, quod scilicet ex mero potestatis clavium, & Ecclesiasticæ jurisdictionis contemptu, ac in Ecclesiæ Caput Romanum Pontificem odio profluant, ex quo, & Orthodoxæ Religioni, & divinæ legi repugnare illas, nemo non videt. Idque præcipue de Matrimoniorum contra Ecclesiæ præscriptum ineundorum consue-

tudine comprobatur: Hæc enim eo tendit, ut astruat, & moribus confirmet hæresim Calvini *lib.* 4. *Inst. cap.* 19., & Lutheri *lib. de Captivit. Babilonic.*, cum pervicacia asserentium, non potuisse Fideles novis impedimentis Matrimonia dirimentibus ab Ecclesia obstringi.

Alii, quos sequitur *Engel ad tit. de consuet num.* 11. opinantur, eam consuetudinem esse rationabilem, quæ non est *expresse in Jure improbata*. In Jure autem Canonico expresse improbatur omnis consuetudo, per quam disrumpitur Nervus Ecclesiasticæ Disciplinæ per textum in *cap. Cum inter.* 5. *de consuet.* - ibi - *Nos igitur, cognito, quod ex tali consuetudine* (non servandi Interdictum generale) *si qua foret, disrumperetur Nervus Ecclesiasticæ Disciplinæ, ipsam duximus irritandam*; Ubi *Glossa fin.* sic concludit: *Ubicumque fit aliquid contra Ecclesiasticam Disciplinam sive nervum Ecclesiæ, non habet locum præscriptio*: Nulla vero potest reperiri consuetudo, quæ magis directe Ecclesiasticæ Disciplinæ nervum infirmet, ac debilitet, quam quæ ex animo proficiscitur negandi Ecclesiæ concessam a Christo legum, quibus Ecclesiastica Disciplina nititur, ferendarum potestatem, cujusmodi sunt omnes, quas supra indicavimus. Hæreticorum consuetudines.

Alii demum cum *Glossa in Cap.* 1. *de Const. in 6. V. rationabilia*, & *Hostiensi in Summ. tit. de consuet. num.* 2. prudentis Judicis arbitrio constituendum censet, utrum consuetudo aliqua *rationabilis* sit, an *irrationabilis*; qui quidem Judex, inquit *Pirhing. ad tit. de Consuet. num.* 30. *Id æstimare poterit ex fine consuetudinis bono, vel malo*: Quam autem pravus sit finis, quem respiciunt Hæretici conculcando Leges Ecclesiæ, etiam inde manifestum fit, quia sic ostentare volunt affecta tam Evangelicam libertatem, cujus emendicato prætextu suam contumaciam, & rebellionem colorare conantur.

Cum itaque relatæ consuetudines omni ex parte vitientur, atque in nullius sententia *rationabiles* appellari queant, nullo pacto leges Ecclesiæ abolere potuerunt. Neque huic nostræ argumentationi quidquam ponderis, & momenti illud detrahit, quod Heterodoxorum plerique non singulari Ecclesiasticæ potestatis odio abrepti Sanctissimos Ecclesiæ Canones contemnant, sed cæci pecudum more suos magistros sequantur, eorumque Doctrinæ acquiescentes bona fide agant. Etenim ad omnium consuetudinem robore exuendam, satis est, si ex errore illo, & despicientia suam duxerit originem, atque ad hæresim moribus stabiliendam a præcipuis Pseudo: Ministris fuerit introducta: huc enim apposite cadit illud S. Cypriani in Epistola ad Cecilium: *Non sufficit quorundam consuetudo in Ecclesia, sed quærendum est, quem illi sequuti sint*: Deinde; bona, vel mala fides, cujus maxima in præscriptionibus ratio habetur, nullum occupat locum, cum de consuetudine contra Legem agatur. Ea enim non idcirco legem non abrogat, quod mala fide inceperit, & perseveret, sicuti post *Hostiensem*, docent *Sanchez lib.* 7. *de Matrim. disp.* 4. *n.* 14. *Diana par.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 37. *Bonacina de LL. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct. ult.* §. 3. *num.* 40., *Cardinalis de Lugo de J. & J.*

& J. disp. 8. *sect.* 6. *num.* 96., *Haunoldus de J. & J. tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 136., *Barbosa in Cap. fin. de consuet. num* 21. *Vallensis ad eum tit.* §. 3. *num.* 6. aliique innumeri ab his citati. Quamobrem, ut omnium mala fides consuetudinem, quæ per se *rationabilis* sit, irrationabilem non reddit, ita nec bona paucorum fides rationabilem efficit consuetudinem, quæ aliunde irrationabilis evincitur.

28 Hæc ferme de causa a Tridentini Decreto Hæreticos eximere non possumus ea sola ratione innixi, quia scilicet illud nunquam acceptarunt. Nam cum Ecclesia Leges a Populi acceptatione non pendeant, ideo eædem non acceptatæ, post certum tempus obligare desinunt, quia Summus Pontifex ad intercrudendum majoribus malis aditum, suarum legum severitatem paulatim ita mitigat, ut Populum illum, qui legis jugum, non tamen gravi sine culpa, ab initio ferre detrectavit, ab ejusdem onere prorsus tandem relevet. Id vero a Summo Pontifice tunc sorum fieri præsumitur, quando Legum repellendarum causa ex honestate, & Justitia, non ex Pontificiæ potestatis derisione nascitur; *Navarrus consil.* 1. *de Const. num.* 24. *Suarez. cit. loc. num.* 9. *& Layman lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 3.

§. IV.

29 DEmum nedum inefficacia, sed etiam insulsa existimanda sunt argumenta, quæ aut ex legis per Tridentinum latæ ignorantia, qua Hæretici plerumque laborant, aut ex errore, quo iidem suum Pseudo, ministrum esse legitimum putant, deducuntur. Siquidem hic error est ille idem, quo veram esse, quam sequuntur sectam, arbitrantur; Quod si error hujusmodi, utpote ortus ex obdurata pertinacia, qua Spiritui Sancto resistunt, & veritatis magisterium audire detrectant, illos ab hæreseos crimine non liberat, ita nec ipsorum Pseudo. Ministris ullam jurisdictionem, aut *auctoritativam*, ut dicunt, potestatem tribuere potest.

30 Et vero legis ignoratio, tametsi quando non est *crassa*, *& supina*, omnem a violatoribus culpam, & pœnam amoveat, non tamen quos lex ad contrahendum ineptos effecit, abiles reddit, nec actui, quem lex irritum esse jussit, pristinam vim restituit, ut bene perpendunt *Menochius de Arbitrar. lib.* 2. *casu* 185., *Sanchez de matrim. lib.* 3. *n.* 10., *Guttierez. cap.* 61. *de matr. n.* 10., *Pontius lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 18. *Castrop. disp.* 2. *punct.* 13. §. 8. *num.* 7., aliique passim, qui Testamenti non solemnis exemplo apte utuntur, quod non ideo sit solemne, quia ex legis certas solemnitates præscribentis ignoranti a conditum fuit.

§. V.

31 ALia itaque est ineunda via, ut ad exoptatam metam properemus. Nec una, sed duplex in omnium rem attentius considerantium, oculos incurrit: nempe *littera Legis, & mens Legislatoris*. Et quoad primum; Si Tridentini verba diligenter expendantur, forsan fœderatas Belgii Provincias minime comprehensas esse, constabit; Cum enim Tridentini Patres clandestina matrimonia jubere irrita constituerent, quæ inde promanarent incommoda, si suum

alicubi Decretum non acceptaretur, prospexerunt: Quare ad hæc declinanda, ita illud temperarunt, ut neminem teneri voluerint nisi post triginta dies ab ejusdem promulgatione facta in Parochia, in qua quis degit, *decernit insuper ut hujusmodi Decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, a die primæ publicationis in eadem Parochia factæ numerandos*; Per Parochiam autem - *non intelligitur hic locus, sed certa communitas Fidelium congregata sub uno Pastore obligato ad Verbum Dei, & Sacramenta ipsis administranda*; Ita Tridentinum explicat *Jo. Stoz.* in relatione historica de gestis in Concilio Tridentino *sect. 4. art. 24. §. 4. punct. 2. num.* 475. In qua etiam sententia fuit S. Congregatio Concilii, dum Senatui Coloniensi sciscitanti, an menti Tridentini factum esset satis per Decreti publicationem non in Ecclesia Parochiali, sed voce Præconis in Platea Civitatis, respondit *affirmative*, uti testatur *Cardinalis Bellarminus in M. S. annotat. ad sess. 24. cap. 1. ejusdem Concilii*.

32 At quamvis in Provinciis fœderatis Belgii ea publicatio fuerit rite peracta, quo tempore legi Catholico subjectæ erant; attamen Episcopus Castoriensis per confœderatas Provincias olim Vicarius Apostolicus, in Epistola *Hac super re* data ad Antonium Hœffach Cathedralis Antuerpiensis Canonicum 14. Decembris 1685.; *Non potest*, inquit, *dici facta in ea republica, quæ iisdem in locis nunc est constituta: Habet Civitas*, prosequitur Idem, *habet Respublica suam formam, ac unitatem a Legibus. Mutatæ sunt Leges, mutati sunt Principes, adde, Populum quoque mutatum. Sive ergo formam, sive materiam spectes, non eamdem hanc rempublicam dices cum illa, quæ erat, dum his in Terris Tridentina Synodus fuit publicata*.

33 Et profecto, licet, quod proverbii loco dici solet, Reges sint mortales, Respublicæ æternæ, cum, ut recte ait *Aristotiles* 3. *Polit.* 2. Fluminis instar, sine ulla, quæ sub sensum cadat, mutatione, jugiter fluant, aliisque abeuntibus, alii continuo succedant; tamdiu nihilominus stant, manentque: *quamdiu communitas, quæ mutuis complexibus* (populum) *devincit, unumque corpus efficit, unitatem suam conservaverit* - inquit Plutarchus de *sera numinis vindicta*; sed si disrumpatur vinculum, quo Reipublicæ partes continebantur, si pereat legum forma, quæ priscam, quasi anima, Rempublicam alebat; Si antiqua destruatur regiminis species, quo a cæteris discernebatur, & Populos, & Respublicas interire dicimus, teste eodem Aristotele. Sic nullam Capuæ antiquæ Reipublicæ Imaginem relictum, dixit Cicero 1. contra Rullum, eo quod a Romanis omni, quo fruebatur Jure, Senatu, Magistratu, imperio spoliata fuerit, quemadmodum refert *Livius lib.* 26. Hac de causa recte *Hugo Grotius de I. B., & P. lib. 2. cap. 9. §. 6., & Pufendorf. de I. Nat., & Gent. lib. 8. cap.* 12. §. 9. notant, & Populos a Regibus devictos, atque in Provinciam redactos; & eos, qui excusso Regum jugo se a servitute liberarunt, longe alios, atque antea vulgo existimari, perinde ac si recens ex antiquorum quasi ruinis eruperint.

34 Sed a fœderatis Belgii Provinciis jamdiu abscissum fuit illud servitu-

vitutis vinculum, quo Hispanorum Regi devinciebantur, & cum cæteris ejusdem Monarchiæ Partibus in unum quasi corpus coalesce-bant, quæque antea unius Principis parebant Imperio, nunc Reipublicæ jure fruuntur; Monarchicum in Democraticum regimen mutatum est; antiquæ leges eversæ; destructa Orthodoxa Religio; decolorati mores; totaque devastata avitæ Religionis disciplina, sub qua Majores sanctissime vixerant. Cum autem omnis interierit forma tam Sacræ, quam civilis Reipublicæ, quæ olim in illis visebatur, consequitur, ut Respublica, quæ nunc exstat, eadem atque prima censeri moraliter non possit; quapropter optime ajebat Castoriensis, in præsenti Republica nunquam fuisse promulgatum Tridentinum, licet promulgatum olim fuerit in illis locis, in quibus præsens Respublica est constituta. Fingite animis, in Urbe Constantinopoli, priusquam Turcarum Tyranno serviret, fuisse publicatum Tridentinum. Fingite, eam Urbem nunc a Christianis in veterem libertatem, dignitatemque vindicari, omnesque, quotquot ibi habitant, Turcas, ejurata Mahometis perfidia, Christianam Religionem amplecti. Quisnam illos Tridentini Decreto in connubiis contrahendis adstringi dicat? Nullus, ut puto; eo quod in tanta rerum vicissitudine extinctam quilibet crederet veterem obligationem, ex illa pervetusta publicatione profectam. Video quidem comparationem quæstioni nostræ non omni ex parte congruere. Si tamen eidem æqua proportione accomodetur, idem omnino ad propositum nostrum persuadebit.

§. VI.

35 HActenus expositum Castoriensis argumentum alio modo proposuit *Dicastillo de Matrim. disp.* 3. *dub.* 4. *n.* 24., ubi sic ratiocinatur. In fœderatis Belgii Provinciis fuisse Tridentini Decretum per singulas Parochias promulgatum, nemo inficiatur: has tamen Parochias in præsenti desiderari, notum est omnibus. Cum enim Hæretici illas Provincias per summum nefas occupaverunt, omnes Catholicas Parochias devastaverunt, neque saxeos solummodo, sed vivos etiam Templorum parietes, legitimos scilicet Catholicæ Fidei ministros undequaque exturbaverunt, itaut liberum Orthodoxæ Religionis usum funditus sustulerint, ac deleverint. Itaque pergit laudatus Auctor, si nunc illis in Regionibus Catholicæ Religionis vestigium frustra quæritur, dicere haud possumus, Hæreticos earumdem Incolas subesse Parochiæ, in qua Concilii promulgatio peracta fuit, & propterea Tridentini Decretum, etiamsi ad ejusdem litteram animum intendamus, nullo illos premere modo, censendum est.

36 Ne quis vero hujusmodi argumentum captiosæ subtilitatis insimulet, ad Juris Interpretes provoco. Notant omnes Juris Interpretes, vocem quamlibet, a Lege adhibitam, duplicem habere posse significationem, naturalem videlicet, & civilem. Naturalem vocant, quam vox habet ex sua primæva, & simplici institutione, in qua communiter a Populo usurpatur; civilem dicunt, quam vox habet a Lege, seu ex Juris sanctione, in qua nonnisi a Jurisperitis accipi-

tur,

tur, exemplum est vox *mors*, quæ *naturaliter* significat separationem animæ a corpore; *civiliter*, etiam Professionem Religiosam, & similia. Præterea docent, verba Legis, nisi aliud ex ipsamet conjiciatur, accipienda esse in significatione *naturali*, *usuali*, & *populari*, ac nequaquam extendenda ad *civilem*, prout sumitur ex *cap. Susceptum de Rescriptis in 6.*, & *ex l. ultima Codic. de his, qui veniam ætatis &c.* pluribusque exornant *Tiraquellus in l. Si unquam. Cod. de revocan. donat. V. susceperit. num. 17.*, *Suarez de LL. lib. 6. cap. 1. num. 10.*, *Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 18. num. 8.* copioseque tradunt etiam *Grotius de Jure B. & P. l. 2. cap. 16. §. 2.* *Pufendorf. de I. N., & G. lib. 5. cap. 12. §. 3.* Porro Hæretici in Provinciis fœderatis Belgii degentes, si ad civilem, & juridicam significationem respiciamus, subsunt Parochiæ, in qua Tridentini Decretum fuit promulgatum, quia ex Juris præscripto ei subesse deberent: Verum in *naturali*, seu communi, & vulgari loquendi modo, non putantur pertinere ad illam Parochiam, quam nunquam agnoverunt, nec agnoscunt, & cujus nullum nunc superest *nec materiale*, *nec formale* vestigium. Si mentem igitur ad superiorem regulam a DD. vulgo receptam advertamus, in Tridentini Decreto, quod clandestina Matrimonia esse irrita jubet, ejusmodi Hæreticos non contineri, concludemus.

§. VII.

37 ET quoniam: *Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi*: ut ait S. Hilarius relatus *in cap. 6. de V. S.*, diligentius causam investigemus, cur Tridentini Patres suo Decreto illas tantummodo Parochias, in quibus esset promulgandum, comprehendi voluerunt; Hæc, si qua fides Cardinali Pallavicino in Historia *Conc. Trid. lib. 22. cap. 8. num. 10.*, & *supracit. Joanni Stoz. dicta sect. 4. art. 24. §. 4. punct. 2. num. 173.* Hæc, inquam, fuit potissima, imo forsan unica causa, ne scilicet ad connubia concelebranda inepti evaderent Hæretici Angliæ, Saxoniæ &c. quos ex una parte certo prævidebant, Decretum non recepturos, & ex alia ad illi parendum non posse invitos adigi, utpote Hæretico Principi subjectos, perbelle noverant. Hæc autem ratio æque aliis Hæreticis favet, qui in Provinciam aliquam, in qua denunciatum jam ante fuit Decretum, invaserunt, & ut suam perfectæ, atque absolute nunc possident. Ergo, & istos fuisse exemptos, existimemus, oportet; tum quia, ubi locum habet eadem ipsissima ratio, eadem debet esse Legis dispositio; ex adductis per *Panorm. in cap. Suggestum de Appellat.*, *Suarez lib. 6. de LL. cap. 3. num. 9.*, & *Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 18. num. 4.* tum quia aliter limitationis a Legislatore adhibitæ alius omnino, ac sibi proposuerat, futurus esset exitus contra regulam explicandi leges, traditam in *l. Quod favore ff. de LL.*, quam exornat *Sebastianus Medicis tract. de LL. part. 2. quæst. 17.*

38 Nec sane alia potuit esse mens Tridentini, ait Castoriensis in memorata Epistola: *Nisi præscribere modum, quo in locis Catholicis solemnia redderentur Matrimonia, non vero disponere de modo ea valida,*

lida, legitimaque reddendi illis in Provinciis, vel Regnis, in quibus Catholica Religio, aut proscripta, aut certe suppressa, omnique quoad actus publicos auctoritate exuta foret: Quoniam si hoc voluisset, voluisset pariter omnes Hæreticos in iisdem Provinciis dominantes, qui nullam illi spem facerent, fore, ut Decreto collum submitterent, impellere, ut aut vitam semper cælibem ducerent, aut illicitis amplexibus se perpetuo contaminarent, quod a rectissima, & sanctissima Patrum Concilii Tridentini mente quam longissime abest. Notissimum est illud Isidori relati a Gratiano *dist.* 4. *can.* 2. *Erit autem Lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum Patriæ consuetudinem, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta &c.*: Sed Tridentini Lex locis, quæ in Hæreticorum potestate sunt, nec conveniens, nec utilis, imo maxime perniciosa esset: quamobrem dicere ab illa hujusmodi loca comprehendi, non audeo; cum opportune moneat a *Divo Thoma* 1. 2. *quæst.*96. *art.* 6. *in corp. Omnis Lex ordinatur ad communem Hominum salutem, & in tantum obtinet vim Legis; Secundum vero quod ab hoc deficit, vim obligandi non habet. Unde, & recte Jurisperitus; nulla Juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro salute Hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.*

§. VIII.

39 POrro, quia de Isidoro mentionem fecimus, non abs re erit, in enucleanda tertia illa qualitate, quam cuivis legi, ut vim habeat suam, inesse postulat, nempe ut sit *possibilis*, nonnihil immorari. Non ego profecto assentior hic *Vera-Cruci in append. ad spec. conjug. dub.*4. *&* 5., *Soto in* 4. *dist.*22. *quæst.*1. *art.*2., *Graff. lib.*2. *dec. cap.*86. *num.*9., *Vegæ lib.*3. *summ. casu* 361. *& Marin. Theolog. tract.* 23. *disp.*9. *sect.*3. *n.*33., aliisque, asserentibus, urgente necessitate, valere Matrimonium sine Parocho, qui reperiri non potuit, initum. Neque enim illa regula 6. *juris in* 6. -- *Nemo potest ad impossibile obligari*, quempiam eximit a Lege, quæ certam constituit formam actui, qui non ideo justus, & ratus evadit, quia modo a lege præscripto, fieri non potuit, sic cum communi *Navarrus consil.*45. *sub tit. de spons.*1. *primæ edit. Ledesma de matrim. quæst.*45. *art.*5. *Suarez. de LL. lib.*5. *cap.*23. *per totum*, *Gutierez cap.*61. *de matrim. num.*4. *Sanchez lib.*3. *disp.*17. *num.*4., *Diana par.*5. *tract.*3. *resol.*39. *Chapeaville de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis cap.*6. *q.*26., aliique recte inde inferentes, irritum esse Matrimonium, sine legitime Parocho contractum, quamvis adfuerit necessitas illud contrahendi, puta in articulo mortis ad legitimandam prolem, & simul impossibilitas Parochum arcessendi.

40 Hoc tamen verum esse, contendo, tunc solummodo, cum ejusmodi impossibilitas unius, alteriusve personæ propria est: non vero cum Reipublicæ, vel Regioni generatim, atque universe accidit, & perpetuo durat. Etenim si legislatoris mentem, & voluntatem licet ex verosimili conjicere *L. Non est verosimile* 23. *ff.*

de ea, quod metus causa, fas utique est existimare, eum noluisse excipere primum casum, ut consuleret bono publico, cui expedit, neminem ob aliquod peculiare, & inopinatum impedimentum a lege solvi, ne talis impedimenti specie, omnes paulatim legis jugum excutiant. Sed ob oppositam rationem, iniquum est, vel suspicari, quod non exceperit secundum casum; quia si hunc non excepisset, non prospexisset utilitati integræ communitatis, quæ inhabilis semper maneret ad actum, quem juxta formam nova lege statutam perficere nunquam posset. Communis igitur ejusmodi, & perpetua impossibilitas facit, ut Epieikiæ locus detur, & ne legislatorem a justi-, & æqui tramite deviasse opinemur, præsumendum est, illum suæ legis latius patentis severitatem hoc loci temperasse.

41 Et ne longius a proposito aberremus, ad hanc Epieikiam confugiamus, oportet, si, ut par est, Matrimonia a vagis hominibus coram Parocho loci, ubi tempore contractus casu, & mox discessuri commorantur, recte inita esse, defendamus. Quia cum ille Parochus non sit, si emendate, sciteque loquamur, *proprius* contrahentium, qualem Tridentinum exposcit, non alia ratione affirmare possumus, illius præsentiam vagorum hominum conjugiis vim tribuere, nisi quia per Epieikiam statuimus, Tridentinum velle lenius, ac mitius vocem *proprius* pro ejusmodi personis intelligi, quæ cum nusquam gentium stabilem collocent Sedem, nusquam reperient Parochum ea qualitate vere præditum. Quodque magis proposito nostro conducit, hac Epieikia innixa Sacra Congregatio Concilii supradicto Episcopo Tricariensi Sedis Apostolicæ ad Belgas Legato inter alia rescripsit „ in locis „ etiam, in quibus Tridentinum est promulgatum, si nullus „ Parochus, aliusque Sacerdos a Parocho, aut Ordinario dele- „ gatus reperiri possit, valere Matrimonium absque præsentia „ Parochi, servata tamen in eo, in quo potest, forma Concilii, „ nempe adhibitis saltem duobus Testibus „ : Ita cum aliis refert *Zipæus tit. de spons. n.* 16. Quoniam cum S. Congregatio nullam dispensationem fuerit impertita, quod ex ejusdem verbis, nullum præseferentibus dispensationis indicium, optime colligit *Dicastillo de matr. disp.* 3. *dub.* 4. *n.* 24., sed meram declarationem ediderit; non potuit ita respondere, nisi innixa Epieikia, seu benigna præsumptione, quod talis fuerit mens Tridentini, ne secus omnes incolas ejus loci, ubi nullum Parochum est invenire, expertes connubii semper vivere, vel invitos cogeret.

42 Jam vero isthæc omnia eo spectant, ut nequis conjugia, quæ ab hæreticis, absente Parocho, contrahuntur, irrita putet. Si enim res confessa, atque manifesta est, Tridentini Decretum aliquam Epieikiam, seu benignam pati interpretationem, nulla suppetit ratio, cur talis Epieikiæ utilitate sint hæretici fraudandi, quando huic decreto rite obtemperare non possunt: quod ita esse constat; Primo quia ipsi non credunt, Parochum Catholicum esse legitimum, qualem dumtaxat opinantur esse suum Ministellum:

licet

licet enim hic error non tribuat heterodoxo Ministello legitimi Parochi jurisdictionem, & auctoritatem, ut supra diximus; quandiu tamen perseverat, parit moralem impossibilitatem Parochum Catholicum adeundi, ut per se patet. Secundo, quia si hæretici Matrimonium contracturi Parochum Catholicum arcesserent, incurrent indignationem proprii Magistratus, qui in illos tanquam suarum legum violatores severissime animadverteret. Tertio demum, quia Matrimonium, coram Catholico Ministro ab hæreticis contractum, ab aliis ejusdem Sectæ hominibus haberetur irritum, atque ex eo suscepta soboles tamquam non legitima a publicis muneribus arceretur. Hæc incommoda, quæ gravissima sunt, cum non facile a privatis hominibus declinari queant, reddunt illis moraliter impossibilem ad Catholicum Parochum accessum.

43 Neque hujusce nostri argumenti vim infringit, quod talis impossibilitas in eorumdem arbitrio posita sit, possitque removeri, si nimirum Orthodoxam Religionem amplectantur; Nam primum plane ineptum est velle, ut Hæretici Religionem Catholicam, quam unam ad Cælum viam, pertinaciter quidem, & male, sed tamen negant, necessariam continuo ad rite matrimonium ineundum existiment. Deinde etiam in Hominum vagorum potestate sita est *proprium* Parochum habendi impossibilitas; Ut quæ voluntarium huc illuc discurrendi propositum consequitur: Eadem quoque Parochum conveniendi impossibilitas, cui quorumdam locorum Incolæ sunt obnoxii, exiguo potest labore removeri, si nimirum illinc abeant, atque alio se conferant: nihilominus tam istos, quam illos a Tridentini forma, exacte, atque adamussim servanda, per Epieikiam liberos pronunciamus. Cum igitur soli Hæretici erunt similis Epieikiæ beneficio privandi? Nunquid ea potuit esse mens Tridentini, ut quandiu in Hæresi obdurati persistunt, vel cælibatum colant, vel peccata peccatis cumulando, in perpetuo concubinatu vivant? Non sane: Ea autem fuisset, si illos compulisset ad celebranda Conjugia coram Parocho Catholico, cujus, vel aspectum refugiunt.

§. IX.

44 OMnia huc usque allata argumenta ab oppositis Sac. Cong. Concilii declarationibus nonnihil infirmari perspicio; His igitur satis, ut faciam, duplex declarationum a Sac. Cong. institutarum genus distinguendum est; Aliæ, Tridentini mentem generatim, & ut dicunt, in abstracto, exponunt: Aliæ, quid in hoc, & illo peculiari eventu faciendum sit, decernunt. Priores legum generalium loco habendæ sunt: Cum enim Summi Pontificis auctoritate muniantur, per Constitutionem Sixti V. incipien. *Immensa*, S. Congregationi commissa, sunt interpretationes authenticæ, quæ Concilii Decretis inhærere dicuntur, non secus, acsi ab initio iisdem adjunctæ fuerint, quemadmodum in simili dixit Imp. *in §. fin. auth. de raptis mulieribus* docetque *Fagnanus in cap. Quoniam de constit. num.*9. Posteriores vero, magnæ cæte-

cæterœquin auctoritatis, se habent instar judicialis sententiæ, quæ jus facit in illa sola quæstione, de qua profertur, vim tamen legis universalis obtinere, præsertim cum promulgari non soleant, negant *Petrus Ledesma in summa tom.*1. *de Sacram. Pœnit. cap.*13. *difficult.*7. *Sanchez. lib.*8. *de Matrim. disp.*2. *n.*10. *Bonacina de LL. disp.*1. *quæst.*1. *punct.*8. *prop.*1. *num.*4. *Layman. lib.*1. *tract.*4. *cap.*7. *num.*26. *Bossius in tract. de tripl. Jubil. privil. sect.*3. *casu* 2. §.7. *num.*255., aliique plurimi. Hinc porro factum est, ut generales illæ declarationes non soleant fieri, nisi consulto Summo Pontifice, rebusque quam accuratissime consideratis; Cum de peculiaribus factis, saltem tanta circumspectione, & cautione decidi non consueverit, quia videlicet, ut ait Divus Thomas. *p.*2. *q.*95. *art.*1. *ad* 2.: *Illi, qui leges ponunt, ex multo tempore considerant, quid lege ferendum sit, sed judicia de singularibus factis fiunt ex casibus subito exortis.*

45 His prænotatis, non mihi negotium facessunt responsa, a Sacra Congregatione in casibus singularibus data, qualia sunt pene omnia, quæ ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, qui Sacræ Congregationis a Secretis est, ad suarum Annotationum calcem apposita sunt, difficultatem tamen, & quidem maximam creat declaratio illa generalis, data Episcopo Tricariensi anno 1605., vel juxta alios 1603., quæ legem Tridentini generatim explicat, itaut hæreticos in consociatis Belgii Provinciis habitantes aperte includat: hanc tamen ante prodiisse constat, quam Rex Catholicus, & nomen liberæ Reipublicæ, & jus illis Provinciis permisit, eo scilicet tempore, quo, exturbatis undique hæreticis Ministris, ne qua præter Catholicam floreret impune religio, idem Rex Catholicus, quam potuit diligenter, operam dabat. In hoc autem rerum articulo, cum nondum illis in locis esset prorsus mutata forma Regiminis; Nondum penitus eversa Catholica Religio; Nondum de Tridentini Decreto exequendo spes omnis abjecta, erant profecto inibi degentes Hæretici Tridentini lege adstringendi, quemadmodum adstrictos jam antea eosdem declaraverant Patres Concilii Cameracensis supra relati. Verum postquam iisdem Provinciis suis se regere imperiis concessum; Postquam debita Tridentini mandatis obedientia desperata; Postquam denique, pace cum iisdem Monasterii an. 1648. constituta, communi sancitum est consensu, ut Clandestina matrimonia in Belgio fœderato celebrata, in Hispaniensi etiam Belgio rata haberentur, nunquam amplius Sac. Cong. eadem irrita generatim, atque universe pronunciavit, sed generaliter interrogata, utrum legitima essent, an non, ut in illa *Hollandiæ* 1681. & in alia *Boscoducen. Matrimoniorum* 1683., mentem aperire suam, & declarationem Episcopo Tricariensi olim datam ad trutinam iterum expendere noluit, hoc contenta responso: *Si dubio esset respondendum, respondendum esset negative.*

46 Quod si tacuit Sac. Cong., alio silentii genere satis disserte locutus est Sanctissimæ, ac Gloriosissimæ mem. Clemens XI., quando

do Nuntio Coloniensi, a quo consultus fuit, quid de Matrimoniis in fœderato Belgio non ex Tridentini formula contractis sentiendum esset, EE. S. Officii Cardinalibus ad deliberationem adhibitis, die 19. Novem. 1711. per Sacram Cong. de Propaganda Fide responsum dari, jussit: *Quod gravibus quidem de causis nihil adhuc de illis generatim, & universe statuendum, æstimatum fuit*, ut ex pagina per Illustrissimum, ac Reverendissimum Assessorem distributa liquet. Cum enim de hujusmodi Matrimoniis nihil *generatim*, & *universe* statuendum arbitratus est, ostendit enim vero, quæstionem generatim acceptam novo examine indigere, nec in hæc tempora quadrare apte veterem illam Sacræ Congregationis sententiam, qua omnia ea conjugia fuerunt irrita declarata. Qua enim fieri ratione potuit, ut negaret Pontifex aliquid de illis *generatim*, atque *universe* esse statuendum, si quod generatim, & universe sub Clemente VIII. sancitum jam fuerat, ad hanc nostram ætatem pertinere existimasset? Antiquatum igitur, ac Supremo tanti Pontificis oraculo labefactatum videtur, quod contrarium S. Congregatio Concilii multo ante decreverat.

§. X.

47 QUapropter admirationem parere debet nemini, quod, nihil obstante ejusmodi Decreto, rata esse conjugia ab hæreticis, legitimo Parocho absente inita propugnaverint Doctores triginta, quos singillatim a me, & diligenter lectos, nomine, & loco quemque suo hic recenseo. Hi sunt *Layman. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 7., *Tannerus Theolog. tom.* 4. *disp.* 8. *qu.* 3. *dub.* 6. *num.* 122., *Dicastillo de Matrim. disp.* 3. *dub.* 4. *num.* 24., *Bonagratia in dissert. de Matrim. hæreticorum* §. 8. *ad* 1., *Henricus Mater in opusculo de sponsalibus, & matrim. num.* 70., *Joannes Moquetius in disp. de nuptiis clandestinis n. ult.*, *Theophilus Raynaudus tom.* 16. *heteroclit. spirit. sect.* 1. *punct.* 14. *num.* 8., *Marchantius in Tribun. sacram. tom.* 3. *par.* 3. *tract.* 1. *tit.* 6. *quæst.* 4. *conclus.* 4. & *tit.* 7. *quæst.* 10., Wex *in opusculo canon. Trident. de sponsal.*, *Stalenus in dissert. Theologo politica de matrim. hæreticorum par.* 1. *quæst.* 4., & *part.* 2. *cap.* 4., *Suvaen in dissert. de sponsa duorum*, *Pirrhing. tit. de clandest. despons. num.* 12., *Pichler ad tit. de spons.*, & *matrim. num.* 98., & *tit. de clandest. despons. n.* 16., *Wiestner ad tit. de spons. & matrim. n.* 192., *Schmalzgrueber eodem n.* 379. *Konig. tit. de clandestina despons. num.* 4., *Kugler. de matrim. quæst.* 65. *per totam*, *Arsdekin Theolog. tripart. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 4. *cap.* 3. §. 4., *Platelius Theolog. par.* 5. *cap.* 7. §. 5. *in fin.*, *Sporer. Theolog. tom.* 3. *par.* 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *num.* 35., *Cotonius lib.* 5. *de matrim. cap.* 4. *n.* 263. *Esparza Theolog. tom.* 2. *lib.* 10. *quæst.* 114. *num.* 13., *Marin. Theolog. tom.* 3. *tract.* 23. *disp.* 9. *sect.* 3. *n.* 44., *Ivenin. de Sacramentis dissert.* 10. *de matrim. cap.* 4. *Piette Theolog. par.* 6. *cap.* 5. *quæst.* 8. §. 1., *Huygens in observationibus de Sacram. Matrimonii cap.* 36., *Van Espen I. E. par.* 2. *tit.* 12. *num.* 32. *Jo. Stoz in relat. Hist. de gestis in Concil. Trident. sect.* 4. *artic.* 24. § 4. *punct.* 2. *num.* 475., *Engel. ad tit. de clandest. despons. num.* 20. *vers. dico quinto*, ubi dicens, Tridentino Decreto contineri hæreticos viventes cum

cum Catholicis . *Si his sunt numero minores*, videtur eosdem illo decreto eximere, si Catholicos multitudine, aut superent, aut æquent *Gonzalez in cap.* 3. *de cland. despons.*, ubi referens sententiam Theophili Raynaudi, ne verbum quidem addit, quo eam improbet.

§. X I.

48 TAnta porro est tot, ac tam conspicuorum Doctorum huic opinioni suffragantium auctoritas, ut, quod hanc eamdem veritatem multo confirmat magis, & illustrat, novum inde oriatur argumentum. Cum enim aliquod impedimentum Matrimonium jure solo Ecclesiastico nequaquam dirimere, solide probabile est; vel quod probabile sit, nullam, quæ illud induceret, extitisse legem, vel quod probabile sit, ejusmodi legem fuisse postmodum abrogatam; tunc, etiamsi vere coram Deo, & Ecclesia tale impedimentum adesset, non solum in Matrimonio jam contracto perseverare, verum inire etiam Matrimonium cum illo impedimento jure Fidelibus licet: Siquidem S. Mater Ecclesia pro singulari sua indulgentia, & in filios lenitate, ne Matrimonium forte irritum sit, impedimentum, quod abesse, probabile est, reipsa amovet, & aufert, ita expresse *Diana par.* 4. *tr.* 4. *res.* 4., *& Sanchez lib.* 8. *de matrim. disp.* 6. *num.* 18.: ibi: *si adessent opiniones quibusdam asserentibus, id esse impedimentum, aliis vero negantibus: si opinio negans esset vere probabilis, quamvis affirmans esset probabilior, posset ille sequens opinionem probabilem, inire id Matrimonium absque aliqua dispensatione*: Idem fuse, lateque probant *Cardenas Crisis Theolog. propos.* 1. *disser.* 2. *cap.* 8. *art.* 3. *& seqq. Viva in Theses damnatas par.* 2. *propos.* 1. *n.* 29. *La Croix par.* 3. *lib.* 6. *n.* 417. 527. *&* 538., *Pichler. in jus canon. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 100., *Marin. tract.* 23. *disp.* 9. *sect.* 7. *n.* 112., *Roncaglia in quæsitis dogmaticis, & moralibus de Ecclesiæ Sacramentis tract.* 9. *cap.* 21. *num.* 4., aliique ab his citati. Nequis vero odiosum illud probabilitatis nomen horreat, præsertim cum de Sacramento Matrimonii conficiendo agatur, audiat eumdem *Roncaglia*, quem unum recentiorem profero, quia rem breviter, & clare omnium laudatorum DD. nomine sic explicat: *Ex hoc inferes, quod, si contrahatur Matrimonium cum tali dubio juris, non proceditur ad illius celebrationem ex opinione probabili, quod illicitum est, ut constat ex prima propositione damnata ab Innocent. XI. sed ex opinione certa, & tuta; & revera in tali casu opiniones probabiles evadere certas, & tutas, habemus etiam ex responsione Urbani Octavi, nam interrogatus a Cardinali de Lugo de quibusdam circa Matrimonia eorum, qui convertebantur in Paraquaria, ait, quod ubi intercederent DD. Sententiæ utrinque probabiles, sequerentur opiniones pro conditione locorum, ac Hominum, Barbaris favorabiliores, & sinerent doctis Hominibus sentiendi libertatem*. Neque id novum videbitur Viro in Theologia morali mediocriter versato, quippe quem non lateat, complures esse, & gravissimos DD., qui doceant, fas esse Sacerdoti cum Jurisdictione solum probabili Sacramentum Pœnitentiæ ministrare, & peccata rite confitentibus remittere: eo quod Ecclesia, ne Sacramentum fructu privetur suo, certam, ac indubi-

dubitatam Sacerdoti probabiliter operanti conferat Jurisdictionem, quemadmodum inter alios tuentur *Diana par.2. tract.15. resol.29., & par.8. tract.1. resol.93.*, *Sanchez lib.3. de Matr. disp.22. n.65.*, *Verric. part.1. quæst. moral. tract.2. quæst.25. num.5.*, *Bonacina tom.1. disp.5. de sacram. pœnit. quæst.7. punct.5.* §.4. *n.4. Card. de Lugo de Pœnit. disp.19. sect.2. n.29. &* 34.

49 Jam vero si non ob rationes supra allatas, ob extrinsecam certe tot, tantorumque Doctorum ita sentientium auctoritatem, dubitabit, ut opinor, nemo, quin impedimentum clandestinitatis, aut ad Matrimonia, de quibus sermo est, nullo tempore pertinuisse, aut hac tempestate non pertinere, solide probabile sit. Itaque cum res ita sese habeat, nemo conjugia ejusmodi, legitimo Parocho non præsente, inita, rata esse, inficiabitur. Hac ratione, credo, commoti *Gobat. & la Croix*, a me in hujus discept. §.1. laudati, hanc sententiam, cujus probabilitatem antea totis viribus elevare conati sunt, uterque tandem; Ille quidem *n.*471., hic vero *n.*753. ad usum tuto revocari posse, ingenue fatentur.

50 Huic eidem argumento non parum roboris addidisse videtur SS. Clemens XI., dum in supracit. Literis jussit, per Nuncium Coloniensem moneri Vicarios Apostolicos, ac Missionarios Belgii fœderati, ut super matrimoniis inibi coram Ministro, aut Magistratu hæretico contractis -- *SECUNDUM EORUM PRUDENTIAM, AC PROBATAM DOCTORUM DOCTRINAM SE GERERENT*; Etenim cum Sapientissimus ille Pontifex haud ignoraret, apud plures probatos Doctores jampridem eam invaluisse opinionem, quæ matrimoniis hoc modo initis vim tribuit, & quamplurimos in Belgio Missionarios doctrina Castoriensis imbutos, eandem frequenter opinionem ad praxim reducere, non ita respondisset, nisi hanc doctrinam securam in praxi censuisset, alioqui iisdem Missionariis non levem ansam præbuisset in re tanti momenti audacius errandi, ac materiales, ut ajunt, fornicationes liberius permittendi, quod de doctissimo, ac SS. Pontifice ne suspiciari quidem fas est.

51 His accedit totius fere Orthodoxæ Ecclesiæ consensus, quæ ejusmodi conjugia rata habet. Quoniam cum hæretici præcipue Germanici, & Belgæ ad veram Catholicam Fidem revertuntur, neque Episcopi, neque Parochi solliciti unquam fuerunt, aut sunt de eorum Matrimoniis restaurandis, sicuti tanquam oculati testes referunt *Stalenus in cit. dissert. de Matrim. Hæreticorum*, *Suvaen. in dissert. de sponsa duorum* §.7. *Pichler. tit. de clandest. desponsf. num.16. Wiestner tit. de sponsal. num.*197., *Schmalzgrueber. eodem num.*379., & alteri hæreticorum conjugum, qui Orthodoxam Religionem amplectitur, nusquam permittitur, ut nuntio primæ uxori remisso, ad secundas nuptias convolet, ut iidem Auctores testantur; Quod si contractum more patrio conjugium reputaretur irritum, neque illud omitti, neque hoc negari liceret. Ad hæc hæreticorum Filii, ejurata jam hæresi, tum aliis in locis, tum etiam hic Romæ, quod Collegii Germanici Alumnis usu sæpe venire novi, Sacris Ordini-
bus

bus facillime initiantur, quin impedimento ex notha origine derivato solvantur; Quod cæteroquin ex necessitate fieri prius oporteret, si parentibus non rite conjunctis nati putarentur. Ex his porro efficitur, omnibus esse persuasum, hæreticorum connubia, etiam sine legitimo Parocho celebrata, firma, ac rata esse.

§. XII.

52 OMnibus itaque mature, atque accurate perpensis, censeo, matrimonia, ab hæreticis inter se in Belgio fœderato contracta non servata forma Tridentini, esse rata. Sed quoniam, fatendum est enim, quoniam rationes, quæ hanc mihi mentem injecerunt, evidentes nequaquam sunt, existimo ad majorem saltem cautionem, rogandum Summum Pontificem, ut Tridentini Decretum, quoad hæreticos in sociis Belgii Provinciis temperet, quam quidem lenitatem facile utendam, suaderem, illam enim licet non mereatur Acatholicorum protervia, exposcit tamen conservandæ in universa Christiana Republica pacis amor, exposcit graviora mala submovendi studium; Exposcit spes perditas illas Oves ad verum Christi Ovile suavius alliciendi; Avide tandem desiderant Catholici omnes, illis in Provinciis commorantes, in quorum maximam perniciem cederet, si hæreticorum, sub quorum dominatu vivunt, matrimonia irrita decernerentur. Quam opportune enim vero ad rem nostram hoc loco venit præclara D. Bernardi ad Eugenium scripta sententia *lib.3. de consider. cap.4. -- Ubi necessitas urget, dispensatio est excusabilis, ubi utilitas provocat, laudabilis.*

53 Idque eo libentius a Summo Pontifice faciendum, judico, quod alia jam via a fœderato Belgio matrimonia omnino clandestina, quam longissime exulaverint, neque enim hisce temporibus, nisi, postquam ter denunciata sunt, coram loci Magistratu, aut Ministro Acatholico, pluribusque Testibus celebrantur quemadmodum testantur *Christianus Lupus in Tertull. cap.40.*, *& Vanespen. part.2. tit.12. cap.5. n.35.* Quare maximis illis malis, quæ ut præcaveret Tridentinum, clandestina Matrimonia esse irrita jussit, prospectum jam satis, & consultum est.

Ægidius Maria Giulii Soc. Jesu.

DISCEPTATIO SECUNDA

Super Quinto Dubio.

An similia Matrimonia inter Partem Catholicam, & Partem Acatholicam, quæ ambæ sint fœderatorum Ordinum subditæ, contracta in locis eorumdem dominio in Belgio subjectis, censenda sint valida?

§. I.

1 QUamvis Catholicos inter, & hæreticos, saltem Orientales, irrita olim Matrimonia fuerint, quemadmodum opinantur *Pontius lib.7. de Matrim. cap.47. n.11.*, *& Van-Espen. I. E. part.2. tit.13.*

*tit.*13. *cap.*8. *num.*6., certum tamen omnino est, eadem temporis decursu, sive deinde jure scripto sancitum id fuerit, sive, quod ultimum suspicatur Pontius, sola consuetudine invectum, vim ubique gentium obtinuisse, & apud omnes etiamnum, nisi aliud quid obstet, firma esse, atque reputari: honesta vero non item: Ea enim nedum vetustissimi Ecclesiæ Canones detestantur, ut patet ex Concilio Generali Chalcedonensi *act.*15. *can.*14. Concilio Carthaginensi 3. *can.*12. Eliberito *can.*11. 16., *&* 17., atque Agatensi *can.*67. Sed jus ipsum naturale severissime prohibet; propterea quod & fini Matrimonii adversentur, & tam Catholicum conjugem, quam nascituram sobolem in inevitabile æternæ ruinæ discrimen vocent.

2 Fini, inquam, Matrimonii, nec contemnendo adversantur, mutuæ nempe inter conjuges amoris necessitudini, atque arctissimæ, sine rixa, & querela, Societati. Quoniam ut recte Ambrosius *lib.*2. *de Abraham cap.*9. *Quomodo potest congruere caritas, si discrepat fides, & Zonaras ad can.*72. *Trullanum*; *Qui simul ita vivunt, ut eorum animi in iis, quæ ad fidem pertinent, contrario modo affecti sint, quo pacto eos in aliis rebus convenire posse, quisquam arbitretur? Quorum sensus in iis, quæ sunt fidei, quorum prima est, atque præcipua ratio, minime congruit; Quo pacto inter se æquis animis in reliqua vitæ societate communicabunt?* Et efficacius *Lezana var. consul.*42. *num.*17. *Quomodo quies, & tranquillitas inter Catholicum, & Hæreticum consistere potest? cum fere necesse sit inter eos lites, jurgia, & altercationes de fidei Religione, Jejuniis, cibis vetitis, Festis diebus, veneratione Sanctorum, & cultu Imaginum quotidie suboriri, nec terminari posse sine aliquo odio, vel malevolentia unius erga alium.*

3 Vocant autem Catholicum in inevitabile æternæ ruinæ discrimen: Nam, quæ laudati Ambrosii vox est: *Cum Sancto Sanctus eris, & cum perverso perverteris, si hoc in aliis, quanto magis in conjugio, ubi una caro, & unus spiritus est*; Ambrosio consonant tum Stephanus IV. ad Regem Francorum apud *Baronium tom.*9. *annal. anno* 770. *Quamplurimos comperimus, sicut divinæ Scripturæ historia instruimur, per alienæ nationis injustam copulam a mandatis Dei deviasse, & in magna devolutos facinora*; tum Concilium Provinciale Burdigalense, celebratum anno 1583. can.15. *Experientia compertum est, etiam ex Catholicis non paucos talibus Matrimoniis a Fide Orthodoxa defecisse.* Quod quidem discrimen eo magis timendum esse, notat idem Ambrosius, ubi fœmina hæretica viro Catholico jungitur, quia, inquit: *Species illecebra mulieris decepit etiam fortiores Maritos, & a Religione fecit discedere.* Idque comprobat Lezana exemplo Salomonis, qui suarum Uxorum lenociniis in Idololatriam lapsus est, quin constet, vel unam ex quamplurimis, quas domi alebat. Idololatris Uxoribus, fuisse ab eo ad veri Dei cultum traductam.

4 Maxime porro verendum est, ne nascitura Proles, etsi fortasse ex pacto inter conjuges inito, Catholicis Dogmatis imbuenda sit, hæresis nihilominus venenum guttatim hauriat, atque unius Parentis lue ita paulatim tabescat.

Sicut

Sicut Grex totus in agris
Unius scabie cadit, & porrigine porci,
Uvaque conspecta livorem ducit ab Uva. *Juven. sat.2.*

Optime enim advertit *cit. Van-Espen. par.2. tit.13. cap.8. n.9. Semper adest exemplum Parentis hæretici, nec non quotidiana de hæresi eo loquia, & de fide quæstiones, quæ nata sunt, si non extinguere, saltem imminuere Fidem Catholicam, ipsaque proles in ea vacillantes, & flaccidas reddere.* Quam constantes enim vero, firmique in Deo fideliter colendo futuri sunt tenelli filii, quorum aures sexcentis exsecrationibus, & conviciis in Orthodoxam Religionem, ab alterutro Parente jactis, quotidie obtunduntur? Quomodo poterunt in Religiosa legum Ecclesiasticarum observantia educari, atque adolescere, quas, vident, aut ab hæretico Patre, aut ab hæretica Matre semper sperni, & conculcari? Quo pacto Christi Servatoris, Sanctorumque Imaginibus debitum deferent honorem, dum sciunt, earumdem cultores ab altero ex Parentibus Idololatras haberi; Qua ratione Sanctissimis Ecclesiæ Ritibus assuescent, quos domi audiunt superstitionis damnari? Minimum utique, quod timetur, est, ne in tanta inter Parentes in rebus fidei discordia fluctuantes filiorum animi omnem paulatim exuant Religionem, ac tandem in detestabilem Adiaphorismum, seu Deismum deflectant.

5 Hinc nedum *Pontius in Appendic. de Matrim. cap.2.*, *Lezana cit. consult.43. & Nicolaus Serarius integro Opusculo de Catholicorum cum Hæreticis Matrimoniis* in hujusmodi detestanda conjugia acriter invehuntur; Sed ipsimet DD. Germani, & Belgici, quamvis eadem frequenter oculis usurpent, misera nihilominus, & quotidiana malorum inde pullulantium experientia edocti, ea tamquam juri naturali repugnantia, uno animo, atque una voce exsecrantur, inter quos *Laymann. lib.5. tract.10. par.4. cap.14. n.2.*, *Gobat. Theol. exper. tract.9. cas.11. n.216.*, *Engel. ad tit. de Matr. contra Interdictum Ecclesiæ §.2. n.2. in fin.*, *Franciscus Schmier. Juris prod. can. c.vil. 3.par. lib.4. tract.3. cap.5. sect.3. n.55.*, *Pirhing. tit. de spons. n.166. vers. imo cum teste*, *Pichler. eod. n.129. Reiffenstuel. n.360.*, *Schmalzgrueber in 4. decr. tit.6. n.137.*, *Van-Espen. cit. tit.13. c.8. n.7.*, *Laurentius Neessem de Sacramentis tract.8. q.7. dub.15.*, *Florentius Cocq. Theolog. tom.4. cap.12. sect.10.*, aliique innumeri.

6 Quod si ejusmodi pericula in aliquo extraordinario eventu evanescant, quod inter vulgares, atque infimæ notæ homines contingere vix posse, putat citt. *Gobat.*, *Serarius*, & *Lezana*, ea Matrimonia recte, & honeste contrahi potuerunt, modo Sum. Pontifex auctoritatem interponat suam, cujus unius est quempiam, Ecclesiastica lege eas nuptias prohibente; solvere, & quo tempore naturale jus obligare cesset, interpretari, ut cum *Lezana* notat *Serarius*. Raro autem, & nonnisi gravissimis de caussis, tanta Summum Pontificem potestate usum esse, testatur *Eminentissimus Petra in Comment. ad Const. Apost. tom.4. pag.76.*

Hæc

cretis est, relata, in qua confirmatum fuit Matrimonium a quodam Hispano in Anglia clanculum contractum cum fœmina Antuerpiensi, quæ paucis antea mensibus ibidem domicilium fixerat.

14 Si autem ponamus, hæreticos in Belgio fœderato esse a Tridentini Decreto immunes; in qualibet earum Provinciarum Urbe duos omnino consideremus, oportet, hominum conventus, alterum Catholicorum Tridentini Decreto vinctorum, hæreticorum alterum eodem Decreto solutorum. Hæc porro hæreticorum a Tridentini lege immunitas non potest dici *personalis*, hinc enim efficeretur, ut eam secum portarent, quocumque diverterent, adeoque ubique locorum, etiam hic Romæ possent inter se, nulla habita Tridentini ratione, inire Matrimonium, quod dicturus est nemo. Quamobrem relinquitur, ut eadem in illos a loco, in quo habitant, ita derivetur, ut ea dumtaxat fruantur intra earum Provinciarum terminos, in quibus perfectam Rempublicam constituunt. Nisi igitur novam, atque hactenus inauditam illis legem statuamus, minime dubitandum videtur, quin personæ ad utrumque Conventum, Catholicorum scilicet, & hæreticorum pertinentes, intra earumdem Provinciarum ambitum possint, etiam præter Tridentini formam, firmis inter se Matrimoniis conjungi.

15 Sed quo clarius res pateat: finge tibi in omni fœderati Belgii Urbe suum esse Catholicis locum, hæreticis suum; finge tibi præterea, Virum Catholicum cum fœmina hæretica clandestino jungi Matrimonio; suboriatur mox quæstio, an hujusmodi Matrimonium valeat, nec ne? Nemo unus, ut opinor, futurus est, qui illud non damnet, ut irritum, si in loco, Catholicorum proprio celebratum sit, secus vero non probet ut ratum. Consideraret enim quisque illa loca tamquam duplex duarum Parochiarum Territorium, in quorum altero Tridentinum viget, in altero jacet; eaque propter propositæ quæstioni merito, & jure ex communi DD. sententia, quam nuper attigimus, responderet.

16 Verum hæc locorum distinctio frustra quæritur in illis Urbibus, in quibus Catholici cum hæreticis ita permixti vivunt, ut non raro in iisdem Ædibus habitent. In quo rerum statu non possumus aliam, atque aliam Communitatem, Catholicam nempe, & hæreticam, quod loca spectat, distinguere, nec digito indicare, quis locus Tridentini Lege obstringatur, quisve absolvatur; sed Personas tantum, & quam sequuntur, Religionem, secernere licet, dicendo scilicet, omnes hæreticos intra fœderati Belgii fines esse Tridentini Decreto solutos. Quocunque igitur in loco, dummodo non extra illas Provincias, Matrimonium ineant hæretici, semper ineunt in loco, in quo ipsi Tridentino non substant; ex quo conficitur, ut ejusdem a Tridentino exemptionis etiam Conjuges, Catholicam licet profiteantur Religionem, faciant ibidem participes, eo prorsus modo, quo Incola Parochiæ, in qua Tridentinum non fuit promulgatum, siquam intra illius limites Uxorem ducit, huic quamvis ad Parochiam Tridentino subjectam pertineat, suam impertitur exemptionem.

17 Quod si quæras, cur Pars hæretica suam potius exemptionem Catholicæ parti, quam hæc illi vinculum impertiatur suum? Duplex in promptu est ratio. Primo quidem, quia ob tritam illam regulam: *Favores sunt ampliandi, odia restringenda*: facilius propagatur libertas, quam contrahatur servitus. Deinde vero, quia hæretici easdem Provincias dominatu tenent, eorumque numerus adeo ingens est, ut pene absorbeat pusillum gregem Catholicorum, illic commorantium; Quare cum denominatio a parte potiori deducatur, & omnes hæretici in illis Provinciis degentes liberi a Tridentini sanctione pronuncientur, fit, ut quod isti cum Catholicis intra easdem Provincias ineunt Matrimonium, magis in loco, quem Tridentinum excipiat, quam quem comprehendat, celebratum censatur.
18 Immo etiamsi Catholici in iis Regionibus essent multitudine Hæreticis conferendi; nihilo tamen minus hoc contendo, ab Hæretica Partem Catholicam, quacum Matrimonium contrahit; e Tridentini vinculo exemptum iri. Quod ut evincam, finge iterum tibi id, quod non est, Tridentini nempe Decreto includi Catholicum, eo dumtaxat, quia Catholicus est, Hæreticum autem excludi hac una de causa, quia Hæreticus est: Fac nunc, Catholicus cum Hæretica, præter Tridentini normam, contrahat Matrimonium. An non ratum illud putes? Ita sane: ad illud enim pertinet isthæc regula, quam cum *Glossa*, *& Bartolo in cit. L. si communem*, tradunt DD., in individuis nimirum conventionibus Jus, & Privilegium uni concessum, ut ne frustra sit, alteri etiam paciscentium permitti. Verum non ea est, de qua agitur, quæstio: nam neque Catholicus in fœderato Belgio hoc nomine, quia Catholicus est, Tridentini Lege urgetur; ab hac enim, si in Angliam se conferat, liber est: neque ista Lege solutus est in eodem Belgio Hæreticus hac de causa, quia Hæreticus est, quoniam in Italiam si veniat, illa vincietur. Cum itaque uterque sola loci, quem incolit, ratione, ille quidem lege urgeatur, hic vero solvatur, sequitur, ut quod inter se ineunt Matrimonium, non alio sit titulo irritum, nisi quia in loco, ubi Tridentinum viget, celebratum est. At cum locus sit mixtus, & tum a Catholicis Tridentini vinculo ligatis, tum ab Hæreticis, eodem solutis, promiscue incolatur, contractum inter Hæreticum, & Catholicum Matrimonium, eodem plane jure potest dici contractum in loco, ubi Tridentinum viget, ac in loco, ubi non viget. Quamobrem cum nullam, qua de hujusmodi Matrimonii firmitate decidamus, normam a loco, in quo contrahitur, derivare possimus, quemadmodum in aliis solemus, hoc unum superest, ut illud perinde consideremus, ac si contractum esset a duabus Personis, quarum alteri ratione sui faveat, alteri adversetur Tridentini Decretum. Quod si in posteriori casu Matrimonium clam celebratum ratum habeamus, non est, cur in priori negemus.
19 Ac, ne cui, argumentum, quod haud scio, an fusius, quam par erat, hactenus persecutus sum, a me excogitatum, & ideo parvi faciendum videatur, audiat Svvanium, cujus prudentiam Auctor Bataviæ Sacræ, & doctrinam magnopere commendat, illud idem

in dissert. de Sponsa duorum §. 7. paucioribus concludentem : *Si valida sint Matrimonia contracta coram Magistratu, vel ministro Haeretico, dum utraque Pars est Acatholica, etiam valida dicenda videntur, tametsi una Pars duntaxat sit Acatholica; eadem argumento, quo Matrimonium contractum in loco, ubi Decretum Concilii Tridentini non est publicatum, esset validum clandestine initum, licet tantum una Pars in loco isto domicilium haberet, altera vero in loco, in quo Decretum est publicatum, & ita decisum fuisse a S. Cong., refert* Wamesius *consil. can.* 530.

20 Neque hujusce ratiocinationis vim frangit, quod contra sanxisse videtur S. Concilii Congregatio: Hæc enim Matrimonia, quæ foederato in Belgio Catholici cum Hæreticis coram Loci Magistratu, aut Ministello Acatholico contrahunt, ideo nulla declaravit, quia scilicet Tridentini Lege obligari inibi degentes Hæreticos sensit: Svvanius autem illos solutos ponit: & hinc quam rectissime concludit, non posse eorundem cum Catholicis sic celebrata Matrimonia, sine inconstantiæ nota, irrita decerni.

§. IV.

21 Alterum, quod me in concepta opinione confirmavit, argumentum ducitur a consuetudine, quæ ut testatur cit. Svvanius, multo ante, & impendio magis etiam post Castoriensem apud Catholicos in consociato Belgio invaluit, coram loci Magistratu, aut Heterodoxo Ministello Matrimonia cum Hæreticis non raro celebrandi. Quantum enim huic inveteratæ, atque ad hæc nostra tempora protractæ, nec unquam interruptæ consuetudini tribuendum sit, facili negocio demonstrabo.

22 Omnis consuetudo contra legem, a tota, aut *majori parte communitatis approbata, si sit rationabilis, & legitime præscripta*, quamcumque ab Homine conditam Legem abrogat, per textus *in cap. fin. de consuet. L. de quibus* 32. *ff. de LL., & L. fin. Cod. quæ sit longa consuetudo*; Et quamvis hinc aliqui legem, quæ actum rescindat, excipiant, hos tamen solidissime confutant *Suarez. lib.* 7. *de LL. cap.* 19., *Sanchez de Matrimon. libr.* 7. *disput.* 4. *num.* 14., *Pontius libr.* 6. *cap.* 4. *num.* 6., *Perez. disp.* 21. *sect.* 6. *per totam*, *Gonzalez in cap.* 1. *de sponsal. num.* 22., & *in cap. Quod super de consanguin. n.* 2. *Pirhing. ad tit. de sponsal. num.* 152., aliique innumeri expresse insuper docentes, impedimenta Ecclesiastico jure Matrimonium dirimentia sola posse consuetudine auferri: Quod ipsum de impedimento *clandestinitatis* nominatim tradit *Castrop. tract.* 28. *disp.* 2. *punct.* 13. §. 8. *num.* 3.

23 Ut igitur statuamus, utrum istiusmodi, quæ apud Catholicos in Belgio invecta est, consuetudo Tridentini legem de impedimento clandestinis Matrimoniis objecto, antiquaverit, an non, inquirenda sunt omnino tria: primo quidem, an fuerit a majori parte communitatis *approbata*, deinde an *rationabilis*, postremo an *jure præscripta*.

24 Ad primum autem quod spectat: illud ultro concedo, non omnes in Belgio Catholicos Matrimonia cum Hæreticis ita contrahere solitos

litos: Verum ut omnium communis esse dicatur consuetudo, satis est, si quæ a plerisque sic inita palam sunt, Matrimonia, cæteri irrita non habuerint; Tunc enim se approbasse eadem non obscure præseferunt: Nam ut lex aliqua extinguatur, non requiritur, ut illam universus Populus violet; abunde est, si his, qui per plures consequenter actus legem fragunt, tacitus consentiat. Ita *Menoch. de Arbitrariis lib. 2. centur. 1. casu 181. num. 2.*, *Suarez. de LL. lib. 7. cap. 10. num. 4. & 5. Bonacina tom. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. ult. §. 3. num. 22.* ibi - *Quinta conditio est, ut major pars Communitatis perfectæ illam inducat, vel saltem Populus frequentiam actuum similium videat, & toleret* -; *Zoesius ad tit. de consuet. num. 1.* ibi - *Ad consuetudinis justitiam, & valorem requiritur primo, ut sit inducta: a Communitate capace Legis lationis saltem passivæ; Secundo, ut major ejus pars sciat, & consentiat in illius observationem* -; *Piehler eodem tit. num. 9.* ibi - *Actus, quibus introducitur, consuetudo, debent esse primo notorii, secundo tot, quot juxta arbitrium prudentis Judicis sufficiunt ad colligendum Populi consensum* -, *Schmier lib. 1. tract. 1. cap. 9. sect. 2. num. 72.* ibi - *Quarta conditio ad consuetudinem est consensus Communitatis, non quidem totius, sed majoris partis &c.* Et quamvis ex publicis, notissimisque paucorum in legem delinquentium actionibus inferre Subito, & universim non liceat totius Populi consensum; hunc tamen rectissime, atque adeo evidenter colligimus; si legi, quæ illas esse jubet irritas, opponantur: Hinc enim statim manifesto apparet, utrum Populus justa nihilominus illas auctoritate firmatas existimet, necne; firmatas autem si putet, ut in ejusmodi Matrimoniis revera putat, paucorum consuetudinem ab universo comprobari populo, certo concludimus.

25 Apud omnes vero Catholicos si eadem consuetudo non vigeat, non ideo hoc evenit, quia Matrimonium Catholici cum Hæretico, absente Parocho, contractum, arbitrantur irritum; sed quia paucissimi cum Hæreticis audent jungi matrimonio, quod cum Ecclesiæ, tum naturæ Legibus repugnare, probe norunt. Si qui autem vetita id genus Matrimonia celebraturi lubentiori animo Catholicum Parochum arcessant: illud est in causa, vel quod novo se peccato contaminare horreant, cum nunquam Catholicis fas esse aliter, atque in Ecclesiæ facie nuptias inire, persuasum habeant: vel quod conjugium, cui Parochus bene non precatur, ratum quidem esse contractum, ad Sacramenti tamen excellentiam neutiquam evehi credant, quod quosdam sensisse Doctores, in prima disceptatione animadversum est.

26 Jam utrum rationabilis fuerit, videamus. Licet Canonistæ, & Theologi multum operæ, & laboris magna in varietate, ac dissentione consumpserint in explicando, quomodo possit dici rationabilis illa, quæ contra legem invaluit consuetudo, cum, quod contra legem venit, id cum recta ratione necessario pugnet: Omnes tamen in hoc tandem convenire videntur; rationabilem nimirum dicendam esse omnem consuetudinem, quæ naturali, aut Divino Juri contraria non sit, nec ex legislatoris contemptione oriatur

tur

ibi -- *Tam ea consuetudo, quæ præter Legem tendit ad statuendum jus, tam ea, quæ contra legem tendit ad ipsam abolendam, uno actu contrario interrumpitur . . . . Quare si ante tempus legitimum, puta annos decem, vel quadraginta completos Legislator civilis, vel Ecclesiasticus Transgressores puniat, vel in Tribunali suo pro lege contra consuetudinem judicet, præscriptio interrumpitur: ideoque de novo postea inchoari debet, ut legem temporis progressu vincere possit. Quod si vero elapso tempore legitima consuetudo completa sit, non tolletur uno actu contrario, sed vel Principis lege consuetudinis abrogatoria, vel contraria nova consuetudine cum temporis diuturnitate -- Engel, cit. num.* 20. ibi --- *Si tempus consuetudinis jam esset completum, unus actus contrarius non noceret, sed deberet consuetudo tolli eo modo, quo mox dicemus --* Et infra -- *Tollitur consuetudo semel legitime constituta, & introducta non per unum actum contrarium, sed per consuetudinem, aut legem contrariam, --* Reinffenstuel cit. loco ibi -- *Quod si post lapsum legitimi temporis consuetudo jam fuerit completa, & firmata, tunc ea per unicum actum Populi contravenientis non revocatur: sed vel opus est lege superioris, consuetudinem illam expresse derogantis, vel nova contraria consuetudine cum temporis diuturnitate, aliisque requisitis . . . . . Ratio est, quia consuetudo jam præscripta induxit novum jus, cum habeat vim legis, atque huic non derogatur, nisi vel per expressam Principis revocationem, vel per contrariam consuetudinem rite præscriptam, ergo &c.*

32 At consuetudo contrahendi Matrimonia cum Hæretices, absente Parocho, si apud Catholicos in Belgio longa ante Castoriensis ætatem invaluit, ut a Svvanio accepimus, multoque magis, si tum, cum easdem Provincias Hæretici occuparunt, incepit, quod mihi persuasissimum est, jampridem fuerat præscripta, quando Sacr. Congregatio unum, aut alterum ex hisce Matrimoniis irritum pronunciavit: Qua propter non potuit per has responsiones ad peculiares quæstiones datas infringi, sed universali opus fuisset lege, qua ea consuetudo explicite deleretur. Tantum autem abest, ut hæc lex unquam emanaverit, ut Sac. Congregatio generatim, ut in illa *Hollandia Matrim.* 1681. in sæpius memoratis Annotationibus relata generatim, inquam, interrogata -- *An in Provinciis Belgii fœderati valerent Matrimonia Catholicorum cum Heterodoxis contracta coram Magistratu loci* mentem aperire suam, & distincte respondere noluerit.

33 Ad ista, quæ dicta sunt, accedit, quod Clemens XI. de his potissimum Matrimoniis -- *ab Hæretico, & Catholico coram Ministro Hæretico in Provinciis Hollandiæ contractis* -- Nunci Coloniensi, ut hoc daretur responsum, mandaverit -- *gravibus de causis nihil adhuc generatim, & universe statuendum, æstimatum fuit* - quod ex pag. per Illustrissimum, ac Reverendissimum Assessorem distributa patet. Quo gravissimo Summi Pontificis judicio si plurimum hebetari sanctiones Sac. Congreg. Hæreticorum clandestina Conjugia damnantis conclusimus, consequens illud est, ut sanctiones, siquas eadem Sacr. Congregatio contra Catholicorum in Belgio

consuetudinem Matrimonia cum Hæreticis sine Tridentina forma contrahendi, condidit, debilitari vehementer, & infirmari dicamus.

§.V.

34 TErtium denique, quod mihi hanc opinionem injecit, fuit auctoritas Doctorum eidem subscribentium. Fateor quidem, non omnes, qui clandestina Hæreticorum inter se Matrimonia tuentur, etiam Catholicorum cum Hæreticis defendere, nihilo tamen minus non paucos magni nominis DD. inveni, qui idem de utrisque judicium proferunt. Hi sunt LAYMAN *lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 7. PIRHING *ad tit. de clandestin. desponsat. num.* 12., qui generaliter affirmant, in mixtæ Religionis Urbibus Matrimonia sine legitimo Pastore celebrata valere neque Matrimonia, quæ Hæretici inter se, ab illis, quæ Catholici cum Hæreticis ineunt, distingunt. Generaliter etiam, nulloque inter prima, & secunda discrimine idem asserunt DICASTILLO *de Matrim. disp.* 3. *dub.*4., ARSDEKIN. *Theolog. tripart. Tom.*2.*par.*2. *tract.*4.*cap.*8. *n.*4. VVIESTNER *tit. de sponsal. nu.* 192., *& seqq.* disserte autem, atque ex professo id propugnant STALENUS *in supracit. dissert. polit. Theologo -- par.*2., *Svvaen. in dissert. de sponsa duorum* §. 7., ubi narrat, idem quoque sensisse quatuor DD. Parisienses a Castoriensi consultos, RUGLER. *de Matrim. qu.*65. *num.* 903. VAN-HESPEN *I. E. part.*2. *tit.* 12. *num.* 36. PICHLER *ad tit. de clandest. desponsat. num.* 17. *in resp. ad* 3., & alii. Jam vero cum horum Doctorum sententiam, quam, teste laudato Svvanio, Missionariorum in Belgio praxis confirmat, probabilem, verique similem negare non audeam, illico exurgere video illud ipsum, ut dicunt, reflexum argumentum, quo *praeced. discept. num.* 48. conjugiorum ab Hæreticis initorum firmitatem evicimus: cui quidem argumento, ne actum, ut ajunt, agam, in præsenti supersedeo.

35 Nec silentio prætereundum est, de clandestinis Matrimoniis Catholicorum cum Hæreticis præcipue sermonem tum fuisse, cum Clemens XI. moneri jussit *Vicarios Apostolicos, ac Missionarios Belgii fœderati*, ut in definiendo, an rata sint, necne -- *Secundum eorum prudentiam, ac probatam Auctorum Doctrinam se gererent* -- Ex quo alterutrum omnino colligitur, vel laudatorum Auctorum doctrinam, quam omnes Belgici Missionarii tam seculares, quam Regulares, teste Eminentissimo ab Alsatia in sæpius citata Relatione §. *Igitur EE. VV.* ad usum revocant, esse improbandam, quod quidem ego si dicam nimis arrogans sim, vel tutam in praxi reputandam.

36 Quæ cum ita sint, Matrimonia a Catholicis cum Hæreticis in fœderato Belgio coram loci Magistratu, ac aut Heterodoxo Ministello contracta, esse ratæ sentio.

Ægidius Maria Giulii Soc. Jesu.

DI-

DISCEPTATIO TERTIA

Super reliquis Dubiis.

SI Matrimonia, de quibus in superioribus disceptationibus egimus, rata pronuncientur, quæ hinc continuo oriri facile poterunt quæstiones, paucis si examinem, momentisque ponderem quasque suis, operæ me pretium facturum arbitror: Porro quo brevitati magi studeam, non illas eo, quo mihi propositæ sunt, ordine, discutere sed quæ quodam quasi affinitatis vinculo inter se continentur, una congerere, congestasque eadem responsione complecti visum est.

§. I.

Dubium II. *An valida censenda sint Matrimonia clandestina extra fines Dominii fœderatorum Ordinum inter se contracta ab Hæreticis addictis Legionibus, quæ ad præsidia eorum curæ commissa, mittuntur in loca ubi viget dispositio Concilii Tridentini?*

Dubium IX. *An eadem valida sint, quando utraque Pars est quidem addicta prædictis Legionibus, sed una est Catholica, altera Hæretica?*

1 APud Principes viros mutuo bello implicitos, inter cæteras conventiones, quibus exortas controversias per modum transactionis sedabant, illud ab antiquis usque temporibus in more positum fuit, ut alteri administrandæ Civitatis potestas tribueretur, alteri, ut finitimæ suæ ditionis securitati consuleret, ejusdem Civitatis arcem præsidio muniendo jus fieret: sic Quintio Flaminio complacitum fuisse, legimus in ejus vita apud Plut. -- *Ut Græcis redderetur libertas, Corintho autem, Chalcidi, & Demetriadi imponeretur præsidium* -- Quamquam eam conditionem postea idem ultro remiserit -- *Ut beneficium suum Græci haberent sincerum* -- Livius contra L. 25. narrat Tarentum Annibali a Nicone, & Philomeno per fraudem traditum, ea lege, ut promitteret -- *Liberos Tarentinos, leges suaque omnia habituros, neque ullum vectigal Pæno pensuros, præsidiumve invitos recepturos* -- Veterem hunc morem imitati Augustissimus Cæsar, atque fœderati Belgii Ordines pacem anno 1713. Ultrajecti constituerunt hac pactione, ut in aliquot Urbibus dominaretur Cæsar, in earumdem vero Arcibus excubias fœderati Ordines collocarent.

2 Legiones, quæ illas Arces custoditum ex Hollandiæ medio mittuntur, complures comitari solent fœminæ, quæ hac de causa militares appellantur. Istæ dum in iis Urbibus Cæsari subjectis commorantur, cum legionariis illis Militibus more patrio, nullo scilicet Catholico Parocho adscito, Matrimonia ineunt. Jam vero sint ne rata ejusmodi Matrimonia, nec ne sint, illud in controversia est.

3 Ego quidem idem prorsus de his, quod de illis, quæ conjunctas intra Provincias celebrantur, sentio. Etenim cum illæ Legiones neque sint mercede a Cæsare conductæ, neque obiter, & tanquam hospi-

hospites in ejus Urbibus peregrinentur, sed jure suo, atque ex pacto cum Cæsare inito, stabilem quodammodo sedem, certumque ibi domicilium habeant, censetur Pars Reipublicæ Hollandicæ, quæ ad illas usque Urbes, in quibus præsidiarias cohortes constituendi jus obtinuit, protendi existimanda est. Ea propter si rata statuantur Matrimonia, quæ sive hæretici inter se, sive cum hæreticis Catholici fœderatas intra Provincias clanculum contrahunt, rata sint oportet etiam illa, quæ eodem modo in memoratis Urbibus ineunt duo, sive sint hæretici, sive alteruter sit Catholicus; dummodo tamen ad præsidiarias Legiones ambo pertineant. Ita, & quidem benignius de Militum Legione, quæ ex Hollandia Coloniam diverterat, licet mox recessura, respondit *La-Croix libr. 6. part. 3. num. 753.*

§. II.

Dubium III. *An idem censendum sit de Matrimoniis, ut supra inter Hæreticos contractis, quando alterutra Pars non est addicta præfatis Legionibus, sive habeat, sive non, domicilium in loco, ubi viget dispositio Tridentini.*

Dubium IV. *Quid censendum sit, quando neutra Pars addicta est Legionibus prædictis, & sive habeat, sive non domicilium in loco, ubi viget dispositio Tridentini, ibidem contrahat Matrimonium, ejus forma non servata?*

Dubium VIII. *An Hæretica Pars fœderatorum Ordinum subdita accedens ad loca, Catholicorum dominio subjecta, ibique cum Parte Catholica contrahens absque forma Tridentini, ibidem alioquin vigente, valide contrahat?*

Dubium X. *Quid si altera Pars addicta sit præfatis Legionibus?*

4 Matrimonii æque atque cæterorum omnium contractum, firmitas, & robur, a Legibus in loco, ubi conficiuntur: vigentibus omnino pendet, ut argumento *cap. fin. de Foro compet.*, *& L. si fundum ff. de evict.* docent *Sanchez lib. 3. de Matrim. disp.* 18. *num.* 10. *Pontius lib. 5. cap. 9. num.* 1. *Bosco disput.* 11. *sect. 9. concl.* 6. *nu.* 192. Ideo *Reiffenstuell. ad tit. de clandestina desponsat. num.* 130. -- *Qui è loco*, inquit, *non promulgati, vel non recepti, ad locum recepti Concilii Tridentini in puncto clandestinitatis se conferunt, non possunt ibi valide contrahere Matrimonium sine præsentia Parochi, & Testium, sive ibidem domicilium figant, sive tantum transeant. Est communis, & certa, caretque controversia.*

5 Ab hac generali regula conscriptos in præsidiaria Legione Milites, quibus fœminæ militares nubunt, excepimus, nam tota illa Legio quippe cum Hollandicæ Reipublicæ Pars habeatur, iisdem atque in Hollandia Juribus gaudet. Hæc autem ratio valet, si utraque Pars eidem sit Legioni addicta, sin minus, nullius momenti est. In Milite enim Legionario, utpote qui quasi domicilium habet in loco Tridentini Decreto obnoxio, non major sita est potestas clandestinum Matrimonium ineundi cum fœmina, quæ Legionem non attingat, quam sita in eo sit, qui ad eumdem locum,

ex

ex Hollandia se confert, quam primum in Patriam rediturus. Quare si quod hic cum foemina indigena, sine Parocho, & Testibus, Matrimonia ibi contrahit, irritum reputatur, ut communis omnium, & certa sententia fert, nulla ratione quod ille cum eadem foemina ibidem, eodemque modo celebrat, possumus sustinere.

6 At, inquies: an non igitur in individuis contractibus privilegium unius fit commune socio? Ajo enim vero. Sed immunitas a Tridentino, qua fruuntur Hæretici, cum sit *localis*, fœderatarum Provinciarum fines prætergredi neutiquam potest. Quod si Legionarios Milites etiam ex illis egressos comitetur, illud in causa est, quia intra eosdem fines adhuc eos consistere, per quandam fictionem judicamus. Hæc autem fictio locum quidem habet, si uterque contrahentium ad eam Legionem pertineat, minime vero, si unus dumtaxat. Quod aliarum conventionum comparatione perspicuum fiet: Pone enim, Cæsarem de certa quadam forma in emptionibus faciendis utenda ferre legem; hæc Legionarium etiam Militem, qui in Belgii Urbe Cæsari subjecta cum ejusdem Urbis Cive stipulatur, alligabit. At si inter duos Legionarios Milites conventio instituatur, neutrum adstringet; pactio enim, quam illi inter se ibi conflant, ubi more patrio, propriisque legibus vivunt, perinde se habet, ac si in patria perageretur.

7 Quod vero ad clandestinum duorum, quorum neuter illis sit Legionibus addictus, Matrimonium attinet, cum nulla persuadeat ratio illos generali eximendos lege, quæ conventionis formam in loco, ubi transigitur, vigentem servari jubet, multo illud magis est irritum pronunciandum. Quæ cum ita sint, ad 3., 4., 8., & 10. existimo, negative respondendum.

8 Illud tamen hoc loci notatum velim: licet nullum sit Matrimonium, quod in Belgio Catholico ineunt Vir, & Foemina, qui fœderato in Belgio domicilium habent (excipe illos, qui præsidiariis Legionibus alligati sunt) nihilominus ad fœderatas Provincias ambo postea si redeant, ibique tanquam Conjuges simul vivant, non statim pellicatus crimine damnandos, neque, ad Catholicam Religionem si traducantur, sine ulteriori disquisitione, actu tum separandos. Nam clandestinum Matrimonium, ubi Tridentinum viget, a Puberibus initum, Sponsaliorum vim obtinere quamplurimi DD. autumant, quos inter *Henriquez de Sacram. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 4. *Ledesma de Matrim. lib.* 18. *Layman. lib* 5. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 18., & alii, quorum opinionem *Sanchez lib.* 1. *de Matrim. disp.* 20. *num.* 2. probabilem, *Castrop. tract.* 28. *disp.* 1. *punct.* 4. *num.* 8., si Juris severitate rem metiamur, probabiliorem. & *Perez de Matrim. disput.* 8. *sect.* 4. *num.* 3., *&* 5. etiam veriorem dicunt. Porro Sponsalia ex antiquo Jure per subsecutum concubitum Matrimonii naturam induebant *cap. Veniens* 15., *& cap. Is, qui* 30. *de Sponsal., ubi Barbosa, & Gonzalez*. Quod jus hodieque ubi Tridentinum non viget, locum habere cum communi affirmant. *Gonzalez in cit. cap. Is, qui num.* 2. *in fin., & Schmalzgrueber. ad cit. de Sponsal. num.* 118. Quamobrem si hæretici cos consociati

ciati Belgii Cives, quoquo tandem nomine Tridentini Lege solutos constituamus, negare haud possumus per copulam, quæ clandestinum illud Matrimonium consequitur, si modo Sponsaliorum loco æstimetur, verum apud illos, & ratum effici Matrimonium.

9 Neque illud obstat, quod iisdem in locis leges latæ sint, quæ omne Matrimonium, quod coram loci Magistratu, aut Heterodoxo Ministello contractum non sit, irritum esse jubent. Hujusmodi enim leges profana latæ sunt potestate, cui Matrimonium secundum civiles quidem effectus rescindere integrum est, non secundum contractus rationem, cujus abrogandi facultatem, ex quo ad Sacramenti excellentiam evectus fuit, penes solam Ecclesiam esse, cum *D. Th. in* 4. *dist.* 42. *quæst.*2. *art.*2. *ad* 4. docent *Bellarminus lib.*1. *de Matrim. cap.* 32., *Covarr. de sponsal. part.*2. *cap.*6. §. 10.*num.*16. *Fagnanus in cap.* 1. *de cognat. spirit. num.* 22., aliique recentiores contra *Launojum*.

§. III.

Dubium VI. *An si Pars Catholica extera veniens in loca dictis fœderatis ordinibus subjecta contrahat ibidem Matrimonium cum parte hæretica loci, non servata forma Concilii, valide contrahat?*

10 Simul ac fœderati Belgii Hæreticos a Tridentini Decreto intra suas Provincias immunes esse, concedamus statim sequitur, ut de Matrimonio, quod cum Catholicis exteris clanculum iisdem in locis ineunt, plane eamdem feramus sententiam, quam de Matrimonio clanculum ab Italo Catholico in Anglia cum Muliere Hæretica ibidem domicilium habente contracto: Hoc autem ratum esse, & fuse in superiore disceptatione num. 13. ostendimus, & una mente consensiunt DD. Non est igitur recusandum, quin, & illud quoque ratum esse dicamus.

11 Neque hic illa opus est distinctione, quam litteris in forma Brevis ad Archiepiscopum Coloniensem 14. Augusti 1627. datis, de quibus *Cardinalis de Lugo respons. moral. lib.* 1. *dub.*36., *&* *Gobat. Theolog. experim. tract.*9. *num.*481. meminerunt, quam, inquam, ex Sacræ Cong. Conc. sententia statuit Urbanus VIII. adhibendam, inter Hominem, qui e loco, ubi Tridentinum receptum est, ad locum, ubi receptum non est se confert in fraudem, & Hominem, qui alio, quam saluberrimum Tridentini Decretum eludendi animo illuc proficiscitur. Hæc enim distinctio tunc solum locum habere potest, quando, & Vir, & Fœmina Matrimonium inter se contracturi in locum se recipiunt, in quo Tridentinum non viget; Unum enim hunc casum respicit ante memoratum Urbani Decretum, quod ex ejus verbis patet: *si eo præfati Incolæ tam Masculi, quam Fœminæ solo animo sine Parocho, & Testibus contrahendi se transferunt, habitationem non mutantes*: non vero quando solus vir illum locum petit, ut ibi cum Fœmina loci Incola Matrimonium ineat, aut versavice Siquidem tunc cum altera Pars per se, & ratione loci, in quo domicilium habet, Tridentini lege solvatur, quam longissime abest ab altera omnis fraudis suspicio, sicuti recte primum ab altero casu sejungentes notant *Gobat.cit. loco num.*479.

Engel.

Engel. tit. de clandest. desponsf. num. 20. *Reiffenstuel. eodem num.* 121. *Schmalzgrueber eodem num.* 108. *Roncaglia tract.* 9. *cap.* 19. *n.* 40.

12 Verum Locus hic postulat, ut moram hac in re trahamus, quo apertius ea, quæ in superiori disceptatione diximus, ante omnium oculos proponamus. Si Hæretici consociato in Belgio Tridentini Decreto solvantur, consequens omnino illud est, ut iidem, dum intra suas Provincias commorantur, quod ad clandestina Matrimonia spectat, censeantur eodem jure, quo in suis Regionibus censentur Hæretici Angliæ Saxoniæ, & Daniæ. Hos rero in suis Regionibus ratum sine Parocho, & Testibus Matrimonium inire cum Parte Catholica, quæ ex Italia, aut ex Hispania, aut ex alio loco, ubi Tridentinum viget, illuc se conferat, e vestigio recessura, communis omnium Sententia tuetur, suoque S. Congregatio confirmavit oraculo: Quod cum constet, idem de illis feratur judicium, necesse est.

13 Si autem Pars Hæretica intra Hollandiam, ubi domicilium habet, Partem Catholicam exteram, cum qua conjugitur, a Tridentini Lege eximit, nulla est ratio, cur non Catholicam etiam Partem, quæ ejusdem Hollandiæ civis sit, eximat. Neutra enim Pars Catholica ad Matrimonium sine Parocho, & Testibus celebrandum per se, & absolute effecta est inhabilis, sed duntaxat effecta est inhabilis ad Matrimonium sic celebrandum cum Persona, quæ, ubi contractus conficitur, ibi Tridentini Lege vinciatur. Quod si nuptias ineat cum Persona in Loco, quo in loco hæc sit Tridentini vinculo soluta; tam Pars Catholica extera, quam indigena Tridentini Decreto pariter, æqualiterque immunes evadunt, suamque ad Matrimonium clam contrahendum habilitatem recuperant.

14 Quare, quemadmodum si Hæreticos Hollandiæ habitatores Tridentini præscripto liberos esse concedas, nullum adduci potest efficax argumentum, quod solide persuadeat, non posse illos in Patria, præter Tridentini normam, rato cum Parte Catholica extera jungi conjugio, ut posse Hæreticos Angliæ, aliorumque locorum, in quibus Tridentinum jacet, perspicuum est; ita inter Catholicum exterum, & Catholicum Hollandiæ Civem, quod ad hoc caput attinet, nullum apte poterit statui discrimen.

15 Dicet fortasse quispiam, hoc inter illos discriminis interesse; quod Hæretici Angliæ, Saxoniæ, aliorumque locorum, in quibus Tridentinum non est publicatum, per se, atque attenta Tridentini littera, ab ejusdem Decreto excipiantur; Hæretici contra Batavi intra fœderatas Provincias, in quibus Tridentinum fuisse promulgatum, liquet, ab illo eximantur solum per quandam Epieikiam, seu benignam ejusdem Tridentini, & mentis Ecclesiæ interpretationem; quæ quidem Epieikia non est extendenda ad Catholicos, ne quod ex mera Ecclesiæ indulgentia derivatur, nimiam foveat laxitatem.

16 Porro ad ista respondeo. In primis quæcunque tandem causa sit, quamobrem fœderato in Belgio Hæretici Tridentini regula non premantur, ab illa tamen statim ut eximuntur, eodem jure eos metiri debemus, quo metimur Hæreticos Angliæ, Saxoniæ &c., nec in nostra privatorum Hominum potestate situm est, ut in connubiis cele-

celebrandis alias iis leges præſcribamus diverſas ab illis, ſecundum quas de Matrimoniis initis ab Hæreticis Angliæ, Saxoniæ, aliorumque ſimilium locorum, in quibus Tridentinum non viget, judicamus.

17 Deinde vagos Homines poſſe Matrimonium contrahere coram Parocho loci, ubi, dum contrahunt, caſu ſunt, quamvis mox abituri, DD. affirmant ſola freti Epieikia: ejuſmodi enim Parochus, ſi cum veritate loquamur, non eſt illorum vagorum Hominum *proprius*, qualem Tridentinum expoſcit: ut *in* 1. *diſcept. num.*41. notavimus. Tamen ſi vagus Homo, qui heri Romam venit, nuptias hodie inire velit cum femina, cui in Parochia E. G. Divi Petri domicilium eſt, convenire neutiquam neceſſe habet eum, qui alterius e Conjugibus revera proprius eſſet, D. Petri Parochum, ſed quemcumque ipſe vagus elegerit, ut probat *Sanchez. lib.*3. *de Matrim. diſp.*25. *num.*11., vel juxta ſeveriorem Sententiam, quam ſequitur *Pirbing. ad tit. de clandeſt. deſponſat. num.*19. Parochum illius Parochiæ, intra cujus fines vagus hodie commoratur. Quoniam, cum hoc privilegio per Epieikiam vagus frui dicatur, ob individuam contractus Conjugalis naturam, ejuſmodi privilegii participem facit feminam, quam ducit Uxorem: quin huic, quæ Parochum veriſſime proprium habet, ſe accommodare teneatur, quemadmodum cum aliis DD., quos laudat, ratiocinatur *Schmalzgrueber. tit. de clandeſt. deſponſ. num.*164. Itaque ſi per Epieikiam, ſeu benignam mentis Eccleſiæ interpretationem cenſeamus, Hæreticos fœderati Belgii intra eaſdem Provincias eſſe Tridentini lege ſolutos, ob eandem rationem, individuam nimirum contractus conjugalis naturam, ponamus oportet, eoſdem cum Catholicis tum exteris, tum indigenis poſſe ibidem, ſine Tridentini forma, valido Matrimonio conjungi. Neque hoc aſſerentes in laxitatem deflectimus, cum id ſtatuamus, quod ex rei natura, atque ex juris præſcripto illam Hæreticorum a Tridentino exemptionem neceſſario conſequitur.

§. IV.

Dubium VII. *An idem cenſendum ſit, ſi Pars Acatholica extera in eadem loca veniens, ſimili modo contrahat cum Catholica?*

18 Si Acatholicus illuc ſe recipiat eo animo, ut verum ibi domicilium, vel quaſi domicilium collocet, Matrimonium, ajo, eſſe ratum. Cum enim per verum domicilium, vel quaſi domicilium Acatholicus illius Regionis Incola evadat, conſequens eſt, ut iiſdem Juribus, quibus cæteri Acatholici in eodem loco nati gaudeat.

19 Si vero Acatholicus eo proficiſcatur brevi receſſurus, matrimonium eſt irritum. Nam Catholica Pars ibi Tridentini Decreto adſtringitur; ex quo fit, ut niſi juxta formam a Tridentino præſcriptam, cum extero, cujuſcunque Religionis ſit, fruſtra omnino, & inaniter contrahat Matrimonium.

20 Neque hac in re inter hæreticum loci Civem, & hæreticum exterum poteſt commodum inſtitui comparatio: Idcirco enim ille cum Catho-

Catholica muliere, etiam qua præter Tridentini discinam rite conjugitur, quia ratione loci, in quo domicilium habet a Tridentini Decreto eximitur, atque hujusce exemptionis Feminam Catholicam quam ibidem in uxorem ducit, necessario facit participem. hæreticus vero exterus cum in illo loco nec domicilium, nec quasi domicilium habeat, Tridentini Decreto neque per se solvitur, neque ligatur, sed aut libertatem, aut vinculum mutuatur a Persona loci Incola, cum qua copulatur. Quare sicuti Contrahens cum Parte hæretica loci Cive. per hanc a vinculo Tridentini liber est, ita contrahens cum Parte Catholica ejusdem loci, per illam fit Tridentini ligamini obnoxia, quo Pars Catholica Indigena ibidem obstringitur.

§. V.

Dubium II. *Quid censendum sit de valore Matrimoniorum, quæ sine Tridentini forma contrahuntur, vel ab hæreticis inter se, vel a Parte hæretica cum Catholica in Civitate Mosæ Trajectensis, quæ a Republica fœderatorum Ordinum non Jure dominii, sed tantum oppignorationis nomine possidetur?*

21 Parum ad præsentem quæstionem conducere videtur, quonam Jure an pleni Dominii, an tantum oppignorationis Mosam Trajectinam fœderati Ordines possideant, si reapse ita possideant, ut absoluto illam dominatu regant, suisque legibus moderentur. Etenim oppignoratio id unum efficit, ut Urbem ea possideant conditione, ut illam ne alienent, sed ut priori Domino restituant, cum ex pacto ante inito redimere collibitum fuerit. Ejusmodi autem conditione verum rei dominium non tolli, asserit *Seneca de beneficiis lib. 7. cap. 12.* ibi - *Non est argumentum, deo aliquod tuum non esse, quia vendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius, aut melius non potes. Tuum enim est, quod sub certa lege tuum est*: Quamobrem eadem de Matrimoniis in ea Urbe contractis, atque de illis, quæ aliis in locis Hollandicæ Reipublicæ subjectis celebrantur, sententia videtur ferenda.

§. VI.

Dubium XII. *An super his omnibus sit consulendum Sanctissimo pro aliqua declaratione, & qua?*

22 *Romano Pontifici in honore Beatissimi Petri Patrum Decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam in requirendis Dei rebus, quæ omnino, & sollicite debent, maxime vero justeque ab ipso Præsu lum examinari vertice Apostolico, cujus vetusta sollicitudo est tam mala damnare, quam probare laudanda*: In eam sententiam scripserunt olim ad Theodorum Papam Africani Antistites, & merito; quia Petro ejusque Successoribus, universi sui Gregis pascendi curam Christus Dominus demandavit. Hinc porro fit, ut cum Belgii Episcopi supremum totius Ecclesiæ Doctorem, & Magistrum de re, quæ tanti sit momenti, atque adeo in dies occurrat, sententiam flagitent, non æquitas modo, sed necessitas etiam postulet, ut Summus Pontifex opportuna illis decisione faciat satis. Quid autem definiendum de hisce Matrimoniis, statuendumque sit, Purpurato-

rum Patrum pro ea, qua pollent ſapientia, & prudentia, perpenſis rite, quæ productæ ſunt, rationibus, Judicium eſto.

Ægidius Maria Giulii Soc. Jeſu.

K

Relatio Reverendiſsimi Epiſcopi Brugenſis.

EGo Henricus Joſephus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Brugenſis, perpetuus, & hæreditarius Flandriæ Cancellarius &c. fidem facio, & atteſtor, tum ex Regiſtris Epiſcopatus Brugenſis, tum ex propria ſcientia mihi conſtare.

1 Quod in parte Diæceſeos meæ, quæ gemit ſub Calviniano Ordinum fœderati Belgii Regimine, a tempore, quo vi armorum ſubacta fuit, Matrimonia inter partes Acatholicas contrahantur coram Prædicutiis, ſive Miniſtris hæreticis. Impoſſibile eſt hoc impedire, & ideo coguntur illa tolerare.

2 Quod in iſta parte Romano Catholici, poſtquam coram Magiſtratu Calviniano habitis tribus Dominicis ſolemnibus denuntiationibus Matrimonii contractum juxta civilia Patriæ ſtatuta iniverunt Sacramentum Matrimonii coram Parocho, & Teſtibus ex præſcripto S. Concilii Tridentini *Seſſ.*24. *C.* 1. *de Refor. Matrim.* contrahant.

3 Quod ibidem nec a Prædeceſſoribus meis, nec a me hactenus Catholicos inter, & Acatholicos Matrimonia permiſſa fuerint; cum Catholici Epiſcopali Juriſdictioni ſubſint, & talia Matrimonia tam graviter per Sacros Canones ſint inhibita, atque per hoc hæreſeos periculo Catholici exponerentur.

4 Quod conſtans Diæceſeos hujus praxis ſit, ut Matrimonia in fœderatis Provinciis coram Prædicutio, vel Magiſtrato hæretico inter Catholicos contracta ab iis, qui veniunt in hac Diæceſi habitatum, coram Parocho, & Teſtibus renoventur.

5 Quod dum una pars talium Conjugum Acatholica eſt, zeloſus aliquis Parochus, aut Religioſus ei aſſignari ſoleat, a quo in Fide recte inſtruatur, & de in emiſſa Fidei Profeſſione, ſervataque forma in Concilio Tridentino præſcripta, Sacramentum Matrimonii legitime ab ipſis hic contrahatur. Talis caſus ſæpius occurrit in hac Diæceſi.

6 Imo haud ita pridem, nempe Menſe Aprili ultimo-elapſo in hac Diæceſi ſequens adhuc evenit caſus. Jacoba Gabriels Romano-Catholica, quæ ſub dominio Hollandico coram Prædicutio Matrimonium ab aliquot annis contraxerat cum Jacobo Boudens hæretico, eo relicto ad hanc Civitatem venit, ut Catholicis inſerviret, contendens Matrimonium iſtud invalidum fuiſſe ob irritans Concilii Tridentini Decretum: hoc ut percepit Jacobus Boudens, qui Jacobam conjugali amore ſincere complectebatur, præviæ in Fide Romana inſtructus hæreſim abjuravit, & emiſſa Fidei Profeſſione, ac Con-

Confeſſione Sacramentum Matrimonii in facie Eccleſiæ cum ipſa contraxit; atque Conjuges hi in hæc Diæceſi domicilium figentes cum ædificatione Populi colunt modo Catholicam Religionem.

7 Etiamſi in hac Diæceſi, uti ex prædictis videre eſt, Matrimonia in Fœderato Belgio citra formam Tridentinam inita, habita ſemper fuerint invalida; Ego tamen anno 1719. reddens S. D. N. Clementi Papæ XI. rationem villicationis meæ ſuper argumentis Epiſcopi Caſtorienſis Sanctam Sedem conſului, & 31. Decembris 1720. ex Urbe datum mihi fuit reſponſum ab Eminentiſſimo Cardinali Corradino S. Congregationis Concilii Præfecto, & a proſpero de Lamberino Secretario ſignatum, quod ita habebat; „ Plura docte, pie-
„ que dubitas de Matrimoniis, vel coram Miniſtro hæretico, vel
„ cum altero Conjugum Heterodoxo junctis; quæ, & alias ad nos
„ delata eadem nunc, qua jam pridem reſponſione diluuntur. *Pro-*
„ *fecto hujuſmodi Matrimonia ex Tridentinis Legibus, ubi iſtæ pro-*
„ *mulgatæ jam ſunt, nulla, & irrita cenſeri debent*; Sed cum ſolem-
„ nitates Matrimonii ſint Juris poſitivi, videndum, an Pontifici
„ Maximo æqua ſit cauſa aliquid in iiſdem immutandi. Ut autem
„ in ſua Diæceſi ea, quæ inveteravit conſuetudo tolerandi hujuſmo-
„ di Matrimonia non abjudicetur, ſuadent graviſſima rationum
„ momenta, quæ ex tuis literis comperimus. Igitur rem eodem
„ relinque loco, quo adhuc fuit.

8 Quandoquidem per hanc, & per anteriores reſponſiones, quas Eminentiſſimi Domini Tridentini Interpretes dederunt, evadat notorium, opinionem Epiſcopi Caſtorienſis Apoſtolici per Hollandiam Vicarii non abrogaſſe irritans Decretum Concilii Tridentini, aut habiles reddidiſſe, quos œcumenicum iſtud Concilium reddiderat inhabiles; exiſtimaveram Illuſtriſſimum Iprenſium Epiſcopum facile diſſimulaturum cum Franciſco de Booninghe VVinoci Bergenſi Diæceſis ſuæ Orthodoxæ Fidei cultore, de quo in caſibus ſuis S. Congregationi Concilii propoſitis, dum hic Dunchercæ coram Parocho, & Teſtibus Matrimonium inivit cum Clara Hugeloors Orthodoxa, derelicta Anna Cornelia Bluſie Acatholica, cum qua Uliſſingæ in Zelandia ſub dominio Ordinum Hollandiæ coram miniſtro hæretico alias iniverat contractum Matrimonii, quia ſuſtinebat juxta Tridentinum hunc invalidum eſſe.

9 Maxime tum, dum Calvinianus Oppidi Vliſſiggani Magiſtratus Matrimonium inter Franciſcum de Booninghe, & Annam Corneliam Buſie contractum etiam quo ad vinculum diſſolvit, eamque ad novas Nuptias convolare permiſit, ad quas revera 13. Decembris 1735. convolavit cum aliquo Joanne Helfrick, ut mihi conſtat ex authenticis inſtrumentis apud me depoſitis,

10 Sed Illuſtriſſimus Iprenſis dubitabat, an S. Congregatio Concilii dediſſet reſponſionem, quam ei occaſione ſupraſcripti caſus ſubmiſeram ſequentis tenoris: *Matthæus de Wolff Iprenſis laicus alias contraxit Matrimonium coram Miniſtro, vel Magiſtratu hæretico cum Gertrude Corneliſſen Muliere hæretica Amſtelodami, ac deinde credens ſimile Matrimonium non ſubſiſtere, ad Catholicas partes rediit,* *ibi-*

ibidemque Matrimonium cum Maria de Vriende muliere Catholica d. Diœcesis Iprensis contraxit. Unde.

Quærit, an subsistat secundo dictum Matrimonium.

Die 19. Julii 1698. S. Congregatio Concilii censuit dandum esse Decretum *in Hollandiæ Matrimoniorum* 23. Augusti 1681. tenoris sequentis, videlicet: *An in Provinciis Belgii confœderatis valeant matrimonia catholicorum cum Heterodoxis contracta coram Magistratu hæretico non obstante decreto Concilii in illis Provinciis publicato, & recepto, S. Cong. censuit respondendum negative.*

11 Nunc autem cum intelligam ab Emo Card. de Alsatia Archiepiscopo nostro ex Urbe eidem Illmo submissas fuisse authenticas responsiones S. Congr. quoad hanc materiam a D. Secret. ejusdem Congr. signatas, non dubito, quin de præmemorata responsione modo certior factus sit, & abundantem habeat materiam dubitationibus suis faciendi satis, & amplexurus sit doctrinam de invaliditate matrimoniorum præter formam Tridentinam in Hollandia contractorum, cui doctrinæ, praxique immortui sunt omnes Vicarii Apostolici confœderati Belgii usque ad Neerkasselium Episcopum Castoriensem, & quam omnes S. Theologiæ, & J. D. in alma Universitate Lovaniensi semper sustinuerunt, exceptis DD. Huynghens, de Juvaen, & Van-Espen.

12 Cum nulla pars Diœcesis Iprensis sub dominio Heterodoxo gemat, sed tota dependeat a Religiosissimo Augustissimi nostri Imperatoris, & Regis Catholici regimine, casus matrimoniales, qui in ea occurrere possent, tantum spectant milites Hollandos ibidem Præsidiarios. Circa hos unice, meo quidem judicio, observare oportet praxim per totum Belgium Austriacum vigentem: Videlicet Pastores, & Confessarii tenentur sancto, ac prudenti conatu allaborare, ut qui in partibus hæreticis non servata forma essentiali in Conc. Trident. præscripta matrimonium contraxerant, suaviter inducantur ad illud secundum d. formam in facie Ecclesiæ renovandum, & ad fidem Catholicam amplectendam, si una pars acatholica sit, quæ Majestate Divini Officii, pietate in administratione Sacramentorum, & religionis nostræ sanctitate allecta speratur cooperante Spiritu Sancto in Civitate Catholica haud difficulter convertenda, maxime si conjuges sese maritali amore sincere complectantur.

13 Vel relinquendi sunt in bona fide, in qua Milites Hollandos, aliosque, qui in centro confœderati Belgii contraxerunt, existere facile præsumendum est, cum Episcopus Castoriensis Vicarius Apostolicus doctrinam suam de valore dd. Matrimoniorum Hollandis omnibus per statuta sua inculcari mandaverit, & hæc in præsentiarum ibidem adhuc inculcetur.

14 Præterea attento, quod Ordines confœderati Belgii anno 1737. sub pœna cassationis militibus suis Acatholicis inhibuerint conjugia cum mulieribus Orthodoxis, absque dubio Ipris rarior imposterum evenit occasio contrahendi talia Matrimonia, & Episcopus vix aliquam desuper offensurus est molestiam.

15 Interim liceat hic reflectere, quod cum talia decreta hæretici audeant

deant condere, Ecclesia Romana Catholica ob eorum contumaciam merito non abroget, aut relaxet legem, vel in ipsa Hollandia hoc tempore observatu facillimam, quam omnibus prætensis incommodis, ac suscitandis ex parte Hæreticorum molestiis pondere Sanctuarii mature prævie perpensis, instinctu Spiritus Sancti stabilivit Sacrosanctum Œcumenicum Concilium.

16 Graviora enim vero, & animarum saluti periculosiora profluerent incommoda, si contraria ob particulares quosdam, & rariores casus Roma venirent rescripta.

Ita dabamus Brugis Flandrorum in Palatio nostro Episcopali hac 21. Junii 1739.

L

Relatio Eminentissimi Episcopi Gandavensis.

PRaxis, quam induxit Episcopus Castoriensis in Hollandiam circa Matrimonia ibidem celebrata, non observata Concilii Tridentini forma, nullo modo viget, neque unquam viguit in illa Diæcesis meæ parte, quæ Federatorum Ordinum Dominio subest. Matrimonia enim illa pergemus habere, ut invalida, nisi Sancta Sedes, quod non confido, aliter aperte declararet.

Juxta illam sententiam semper egi Ipris, & etiam nunc sic ago cum Præsidio Acatholico Teneramundæ, nequidem umquam permitto, ut Pastor, aut Missionarius assistat Matrimonio partis Catholicæ, & partis hæreticæ.

M

Relatio Reverendissimi Episcopi Antuerpiensis.

NOtitiam, & praxim, quam circa Matrimonia Hoetherodoxorum in parte Dioecesis meæ, quæ Fœderatorum Ordinum dominio subest, successive observatam reperi, hic reverenter subjungo.

In primis quantum ad Matrimonia, quæ Acatholici inter se contrahunt, nullum apparet vestigium, talia a sæculo, & ultra, servata utique Concilii Tridentini forma, seu coram proprio Parocho ibidem fuisse contracta, utpote variis decretis diversis temporibus editis Presbyteris Romano Catholicis sub Generalitate (ut vocant, cui duo integri hujus Dioecesis districtus subjacent) degentibus omni prorsus functione, & assistentia in celebratione Matrimoniorum severissime interdicta: Unde contigit, ut vel ipsi Catholici aliquandiu, imo per annos plurimos ad Viciniores Pastores excurrere, & benedictionem nuptialem exposcere coacti fuerint, donec sensim rigore illo tantisper relaxato, & mitigato per proprios Parochos denuo solemnizatio adhiberi cœpit, hac tamen nota, ut etiam-

etiamnum servata cautela, ut non assistant ullorum Matrimonio, qui prævie coram loci Magistratu, aut Ministro illud non contraxerint. Tantum abest, ut Pastores nostri Acatholicos inducere, aut compellere præsumant, ut coram se contrahant, persuasi certe nulla re magis offendi confœderatos Ordines, injuriosissimum sibi arbitrantes, validitatem Matrimoniorum ita contractorum in dubium revocare, quippe qui etiam aliquando Edictis suis in contrarium editis nulla, & irrita declararunt Matrimonia, quæ coram Sacerdotibus Romano Catholico attenta fuissent.

Eadem fere est ratio de parte Acatholica contrahente cum Catholica, quantumvis enim allaborent Pastores inculcare, & impedire, ne pars Catholica conjugii jugum ducat cum Acatholica, contingit nihilominus aliquos vesano amore ductos ad talia prosilire, ex quo non minor Parochis suboritur difficultas, dum nequidquam ipsorum juvante hortatu, aut persuasu pars Acatholica pertinaciter ritu nostro conjungi renuit: quamvis subinde res felicius succedat, & Ecclesiæ Romano Catholicæ Legi ad complacentiam usque Acatholici se subjici patiantur; prout meo tempore unum, aut forte duos casus habui, in quibus præter gravissimas aliunde causas, ob allegatam spem conversionis dispensandum judicavi. Porro memini istiusmodi dispensationis propter decretum aliquod immediati mei Prædecessoris, quo Pastorum laxiorem in iis procedendi modum reprimere satagens stricte inhibuit tales sine speciali sua licentia conjungere.

Idem quoque Parochis imminet laqueus, dum ritum Hæretico conjugatorum pars una adFidem Catholicam convertitur, altera in hæresi perseverante, & refraetaria manente. In gratiam partis conversæ quidquid possunt conferre, non desinunt, licet frequentius inani conatu id fiat. Interim nulli sunt, qui hos, aut supramemoratos a Sacramentorum Communione arcere præsumant, utique rati eorum Matrimonia civiliter esse valida.

Neque etiam apparet ea ibidem usquam in dubium fuisse revocata, saltem post tractatum Pacis Monasteriensis, in quo potissimum super hac materia pactum, & conventum fuit, ut Matrimonia in Fœderato Belgio celebrata, in Belgio Hispanico quoque valida, & legitima haberentur, & reciproce ea, quæ juxta solemnia in Belgio Hispanico recepta inirentur, in Belgio etiam fœderato legitima censerentur.

Quibus omnibus attentis, junctisque simul rationibus Reverendissimi Domini Episcopi Castoriensis pro fundamento Praxis suæ olim adductis optandum maxime videtur, ut tandem Sedes Apostolica ad tollendas anxietates sæpenumero exortas benigniore aliquo decreto eidem utcumque favere non dedignaretur, & sic animarum lucro salubrius providere.


UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 14 19 08 005 2